h Is præmissis ad inclytam prolem primi dei gentilium ueniendum est: Cuius primum filium uoluere litigium: eo ꝙ primum eum ex chaos pregnantis e utero: ex incerto tamen patre eductum uelint. De cuius eductione talis a Theodontio recitatur fabula. Dicit enim a pronapide poeta ī ꝓtocosmo scribi: ꝙ semel residēte Demogorgone: ut quiesceret in æternitatis antro: sensit ī utero chaos tumultuari. Quāobrē commotus extensa manu chaos uentrē aperuit: & euulso litigio tumultum faciente: eo ꝙ turpem & inhonestam haberet faciem abiecit in auras: Qui confestim euolauit in altum: non enim poterat ad īferiora descendere: cum omnium reꝝ inferioris esse uideretur: qui illum ex utero mr̄is exemerat. Ast inde chaos acri fessa labore: cū nō haberet quā inuocaret lucinam: madens tota in sudorē uidebat̄ resolui debere igni ta exalans infinita suspiria: insistēte forti manu demogorgone: ex quo factum est: ut iā diuulso litigio tres parcas & panem educeret una cum eis. Inde autem cum illi pan rebus gerendis uideret̄ cæteris aptior: euꝫ domui præfecit suæ: & sorores illi dedit pedissequas. Chaos autem liberata pondere: iussu panis Demogorgonis cessit in sedem. Litigiū uero qđ nos uulgatiori uocabulo discordiam dicimus: ab Homero in iliade lis uocatur: & Iouis dicit̄ filia: quam ipse ait: eo ꝙ a iunōe per eā lesus fuerit circa natiuitatem Euristei & Herculis: de cælo in terra eiectum Theodontius autem de litigio plura insuper recitat: quæ ubi decentius in processu ponenda uidebuntur: apponam: quæ hic ad præsens omittūt̄. Habes rex inclyte ridiculam fabulam. uerꝝ eo uentuꝫ est: ut opportunum sit a ueritate āmouere fictionis corticem: sed prius respondendum ē persæpe dicentibꝰ: quid poetæ dei opera: uel naturæ: uel hominū hoc sub fabularū uelamīe tradidere. Nō erat eis modus alter: Erat equidem: sed uti non æqua facies oībus: sic nec animoꝝ iudicia. Achilles arma præposuit ocio. Aegisthus desidiaꝫ armis. Plato philosophiā obmissis cæteris secutus est. Statuas celte sculpsere phidias appelles

pēniculo imagines pinxere. Sic & reliqua hoīum studia sinā. Poeta de/
lectatus ē tegere fabulis ueritatē. cuius delectationis Macrobius super
somnio Scipionis scribens satis aperte cām uidetur ostendere dū dicit
De diis aūt dixi cæteris: & de aīa non frustra se: nec ut oblectēt ad fa
bulosa conuertūt: sꝫ quia sciūt inimicam esse naturæ undiqꝫ apertā ex
positioneꝫ sui: quæ sicut uulgaribus hoīum sensibus intellectuꝫ sui ua
rio reruꝫ tegmine operimento subtraxit: ita a prudētibus archana sua
uoluit per fabulosa tractari. Sic ipsa misteria fabularū cuniculis operi
untur: ne uel hoc adeptis nudā rerū talium natura se præbeat: sꝫ sum
matibus tantū uiris sapientia interp̄te ueri archani cōsciis contēti sūt
reliqui. Hæc Macrobius. Et si multa plura dici possunt satis responsū
arbitror exquirentibus. Insuper rex præcipue scienduꝫ est his fictioni
bus non esse tantuꝫ unicū intellectuꝫ: quinimo dici pōt potius polyse
num: hoc ē multiplicium sensuuꝫ. Nā sensus prim⁹ habetur per corti
cem: & hic litteralis uocatus est. Alii per significata per corticeꝫ: & hi
allegorici nuncupantur. Et ut quidueliꝫ facilius assumatur ponem⁹ ex
emplum. Perseus Iouis filius figmento poetico occidit Gorgonem: &
uictor euolauit in æthera. hoc dū legitur per litterā hystorialis sensus
præstatur. Si moralis ex hac littera quæritur intellectus: uictoria ostē
ditur prudentis in uitiū: & ad uirtutē accessio. Allegorice auteꝫ si uelli
mus assumere: piæ mentis sprætis mundanis deliciis ad cælestia eleua
tio designatur. Præterea posset & analogice dici per fabulaꝫ Christi as
censum ad patrem mundi præcipue superato figurari. Qui tamē sensus
& si uariis nuncupentur nominibus: possunt tn̄ oēs allegorici appella
ri: quod ut plurimū fit. Nam allegoria dicitur ab allon quod est alienū
latine siue diuersum: & ideo ꝙ diuersi ab historiali seu litterali sint sen
su: allegorici possunt: ut dictum est: merito uocitari. Veruꝫ nō est ani
mus mihi ſm̄ omnes sensus enucleare fabulas: quæ sequūtur: cum sa
tis unuꝫ arbitrer ex pluribus explicasse. Esto aliquando apponētur for
tasse plures. Nūc autem quid Pronapidem sensisse putē explicabo pau
cis. Videtur etenim mihi pronapideꝫ creationem mundi designare uo
luisse ſm̄ erroneam eorū opinionē: qui rati sunt deū ex materia p̄para
ta produxisse quæ creata sunt. Nā sensisse Demogorgonē tumultū fie
ri ī utero chaos nil aliud reor ꝗ̄ diuinam sapientiā aliqua eaꝫ mouēte
cā: utputa maturitatem uentris. i. tempus propositi horam aduenisse:
& sic cœpisse uelle creationeꝫ: & quæ īmixta erant certo ordine segre
gare & hinc extēdisse manū. i. operā uolūtati dedisse: ut ex īformi col
luuie formosuꝫ atqꝫ ordinatū produceret opus: & ante alia euulsis ex u
tero laborantis. i. laborē cōfusionis patientis litigium: quod totiens au
fertur a rebus: quotiens ammotis discordantiæ causis illis debitus im
ponitur ordo. Patet igitur hoc ante alia fecisse: disgregasse. s. quæ īter

se erant.erant elementa confusa:calida enim frigidis:sicca humidis:& leuia grauibus repugnabant.Et cũ primus dei uideret actus a discordãtibus ordinando subtraxisse litigium:Demogorgonis primus filius dictus est.Eum obiectũ ob turpẽ faciem:quia turpe sit utplurimum litigare.Euolasse ad sublimia potius uidetur fabuloso ordini præstare decorem:q̃ aliud uelle significare.Præterea eiectum quo se efferret ĩ altum tendere non habebat:cum in inferioribus iam producti orbis ptibus in lucem constet eum fuisse productum.ꝙ a superis in terram demum deiectum sit:scribit homerus ob id factum:ꝙ opere suo añ herculem Eurystheus natus sit:ut suo narrabitur loco.Verum quãtũ ad ĩtrinsecum sensum hoc ego sentio:ꝙ a motu corporum superiorꝝ apud mortales sæpissime oriant litigia.Insuper dici potest illud in terras eiectum a superis:cum apud superos omnia certo & perpetuo agantur ordine:ubi apud mortales uix inuenitur aliquid esse concors.Deinde cuꝫ dicit sudore madefactam chaos & ignita emittentem suspiria:nil alid intelligat reor:q̃ elementorum segregationem primam:ut per sudorẽ sentiamus aquã:per ignita uero suspiria aerem atqꝫ ignẽ:& quæ desursum sunt corpora:& per grossitiem molis huius terram:q̃ panis consilio confestim creatoris sui domus & sedes facta est.Eductum auteꝫ pana post litigium credo ratos ueteres ea in separatione elementorum naturã naturatam habuisse initium:& euestigio domui.i.orbi demogorgonis ꝑpositam:quasi eius opere sic uolente deo:omnia producant mortalia.Parcas autem eodẽ partu productas:& pædissequas fratri datas ideo fictum existimo:ut intelligatur naturam his cum legibus ꝑductaꝫ ut procreet:seu gignat:nutriat:& ĩ finẽ nata deducat:q̃ tria sũt pcarꝫ officia in quib' cõtinuũ naturæ ꝑstãt obsequiũ:ut latius in sequentib' apparebit.

De Pane secũdo Demogorgonis filio. Ca.iiii.

p Ana Demogorgonis fuisse filium iam satis supra demonstratum est.De quo talem Theodontius recitat fabulam. Dicit enim eum uerbis irritasse cupidinem:& inito cum eo certamie superatũ: & uictoris iussu syringam nymphaꝫ archadẽ adamasse:quæ cum satyros ante lusisset:eius etiam spreuit coniugium. Pan autem cum illam urgente amore fugientem sequeretur:contigit ut ipsa a ladone fluuio ĩpedita cõsisteret:& nympharum auxilium ꝑcibus imploraret:quarum opere factum est ut in palustres calamos uerteretur.Quos cum Pan motu uentorum sensisset:dum inuicem colliderentur esse canoros.tam affectiõe puellæ a se dilectæ:q̃ delectatione soni permotus calamos libens assũpsit:& ex eis septem disparibus factis fistulaꝫ(ut aiũt)composuit:eaqꝫ primus cecinit:ut etiam testari uidetur Virgilius.Pan primus calamos cæra cõiũgere plures instituit ⁊c.Huius præterea poetæ & alii ĩsignes

uiri mirabilē descripsere figurā. Nam ut Rabanus in libro de origine
rerū ait. Is ante alia fronti habet īfixa cornua in cælū tendentia barbā
prolixaꝫ: & in pectus pendulam: & loco palii pellē distinctā maculis:
quam nebridē uocauere prisci: sic & manu uirgā atqꝫ septem calamoꝝ
fistulā. Præterea inferioribus mēbris hirsutum atqꝫ hyspiduꝫ dicit: &
pedes habere capreos: & ut addit Virgilius purpureā facieꝫ. huc unuꝫ
& ideꝫ cum Siluano arbitrabat̃ Rabanus: sed diuersos esse describit
Virgilius dicēs. Venit & agresti capitis siluanus honore Florentes fe/
rulas & grandia lilia quassans. Et illico sequitur. Pan deꝰ archadiæ ue
nit. Et alibi. Panaqꝫ siluanūqꝫ senē nymphasqꝫ sorores &c. His igitur
præmissis ad intrinseca ueniendū ē. Et qm̃. s. pana naturā naturatā ēe
dictū est: quid sibi uoluerūt fingentes eum a cupidine superatum: faci
le reor uideri pōt. Nam qꝫ cito ab ipso creatore natura producta est:
euestigio cœpit operari: & suo delectata ope illud cœpit amare: & sic
a delectatione irritata amori succubuit. Syringaꝫ autem quam aiunt a
Pane dilectā: ut dicebat Leōtius: dicitur a syrin græce: quod latine so
nat deo cantās: & sic poterimus dicere syringam esse cælorū seu sphe
rarum melodiā: quæ (ut Pythagore placuit) ex uariis inter se motibus
circulorū spherarum conficiebatur seu conficitur: & per consequens
tanqꝫ deo & naturæ gratissimū a natura conficiente diligitur. Seu uolu
mus potius Syringam esse circa nos agentibus supercælestibus corpo
ribus naturæ opus tanto organizatuꝫ ordine: ut dū incertū & determi
natuꝫ finē cōtinuo deducitur tractu: nō aliter qꝫ faciant rite canentes
armoniā facere: quod deo gratissimū fore credendū est. Cur aūt hanc
nymphā archadem fuisse dixerint: & in calamos uersam: ideo dictum
puto: quia (ut placet Theodōtio) archades primi fuere qui excogitato
cantu emittētes per calamos lōgos & breues spiritū: quattuor uocum
inuenere discrimina: & demuꝫ addidere tria: & ad postremum quod ꝑ
multos faciebant calamos in unam cōtraxere fistulaꝫ foraminibus ori
flantibus ꝓximis: & remotioribus excogitatis. Macrobiꝰ uero hoc re
pertuꝫ dicit Pythagore ad ictus malleorum grauiū & leuium. Iosephꝰ
uero in libro antiquitatis iudaicæ dicit longe uetustius Iubal inuentuꝫ
fuisse ad tinnitū malleorum Tubalcain fratris sui: qui ferrariꝰ faber fu
it. Verū quoniam fingentibus uerius uisuꝫ ē archades inuenisse: eo ꝙ
illo forsan æuo cæteros excederent fistula: Archadeꝫ nympham fuisse
uoluere. Syringaꝫ aūt lusisse satyros: & Pana fugientē atqꝫ a ladōe mo
ratam: & nympharum suffragio in calamuꝫ uersam Circa nostros can
tus iudicio meo aliquid bonæ considerationis abscondit. Hæc eī spre
tis satyris. i. ingeniis rudibus: fugit pana. i. hominem aptum natum ad
musicalia: nec equidem aptum fugit: sed extimatione cupientis: cui in
delectatione uidetur cessari qđ optat. Hæc tūc a ladone sistitur donec

instrumētū ad emittendā meditationē perficitur. Est.n.ladon fluuius in ripa & nutriēs calamos: ī quos uersu syringam aiunt: ex qbus post modum confectam fistulam nouimus: ex quo sumere debemus uti calamorꝝ radix terræ infixa est: sic & meditatio musicæ artis & cōpertus exinde cantus tā diu latet in pectore inuentoris: donec emittendi pstetur organu: quod ex calamis suffragio humiditatis a radice emissis cōficitur: quo confecto sonus præmeditatus emittitur suffragio humiditatis spūs emittentis. Nam si siccus esset nulla sonoritatis dulcedo: sed mugitus potius sequeretur: ut uidemus ex igne per fistulas emisso contingere: & sic in calamos uersa uidetur syringa: eo qꝛ per calamos rēsonet. Possibile præterea fuit a cōpertore fistulæ calamos adhuc primo fuisse compertos ladonem secus: & sic a ladone detento. Restat uiderē quid sensisse potuerint circa panis imaginem: in qua ego arbitror ueteres uniuersale naturæ corpus tam. s. agentium qꝫ patientium reru uoluisse describere: utputa sentientes per cornua in cælum tendentia sup cælestium corporum demonstrationem: quam duplici modo percipimus arte. s. qua discursus syderum inuestigantes cognoscimus: & sēsu quo eorum in nos infusiones sentimus. Per ignitam autem eius faciem ignis elementum: cui annexum aerem uoluere sumendu reor: quos sic iunctos iouem dixere nōnulli. Per barbam autem per qua uirilitas demonstratur: uirtute actiuam horum duorum elementorum sic iunctorum intelligi uoluisse existimo: & eorum opus in terram & aquam dum demissam illam in pectus: & ad partes inferiores traxere. Eum aūt maculosa pelle tectum descripsere: ut per illam ostenderet octauæ sphæræ mirabilis pulchritudo crebro stellarum fulgore depicta: a qua qdē sphera sicut pallio tegitur homo: sic oīa ad naturā rerū spectantia conteguntur. Per uirgam autem naturæ regimen intelligendum reor: quo omnia & potissime ratione carentia reguntur: & in determinatū finem in suis operibus etiam deducuntur. fistulam ad armoniam cælestem designandam illi apposuere. qꝛ illi circa inferiora sit hyspidum corpus & hirsutu: terræ superficiem montiū: & scopulorū gibbosam: et siluarꝝ uir gultorum et graminū tectā intelligo. Alii uero sensere aliter: Sole s. per hanc imaginem designari: quē rerū patrem dominumqꝫ credidere. Quos īter fuit Macrobius. Et sic eius cornua uolūt lunæ renascētis indicium per purpuream faciem aeris mane seroqꝫ rubescētis aspectu per prolixam barbam ipsius solis in terram usqꝫ radios descendentes. per maculosam pellem cæli ornatum a solis luce deriuantem. Per baculum seu uirgam rerum potentiam atqꝫ moderamen. Per fistulam cæli armoniam a motu solis cognita: ꝑut supra. Credo Rex magnifice uideas qꝫ summotenus exponendo transeam: quod duplici de cā facio. Primo quia confido: quoniam tibi nobile sit ingenium: quo possis quā

tuncūq; paruis datis iudiciis: in quoscūq; profundissimos sensus pene
trare. Secūdo quia sequētibus credendū ē. Nā si oīa quæ ad expositō
nem huius fabulæ possent induci describere uelle;, inuidia forte poste
ritatis fecisse uiderer: & ipsa sola fere totū excogitatū uolumē occupa
ret: quod & de reliquis dictu; uolo: & ut redeam ad omissa hūc Pana
seu ꝙ in processu eundē cu; Demogorgone arbitrarentur archades:
ut Theodontio uisu; ē: seu ꝙ illo negleto in istum totos uerterēt aīos
sacris ēt horrendis: utputa hūano īmo natorū illi litantes sanguine ꝑ
cipue coluere: eūq; dixere Pana a pan: quod totu; latine sonat. Volē/
tes ob hoc ꝙ oīa quæcūq; sint in naturæ gremio cōcludātur: & sic ip
sa totū sit. Iuniores inde: eo ꝙ īnouata placeant pana lyceū uocauere
Alii dēpto panis noīe lyceū tantū dixere: & nōnulli Iouē lyceū existi
mantes naturæ seu Iouis opere lupos a gregib⁹ āmoueri: qb⁹ ipsi fere
uacabant oēs: & sic a lupis fugatos cognomen meruisse uidet̄. Græce
eni; lupus dicitur lycos. Augustinus uero ubi de ci. dei scribit. dicit ne
ob hoc cōtigisse pana lyceū uocari: quinīmo ꝓpter crebrā mutationē
hoīum in lupos quæ in archadia cōtigebat: quod nisi diuina operante
uirtute fieri nō posse arbitrabantur. Hinc præterea uidet̄ Macrobium
sūpsisse pana nō Iouē sed solē esse: eo ꝙ sol oīs mortalis uitæ sit pater
eo ꝙ surgente cōsueuerint lupi dimissis insidiis aduersus greges insil/
uas abire: & sic ob istud beneficiū eum dixere lyceum.

De Cloto: Lachesi: & Atropos Demogorgonis filiabus. C. V

Loto Lachesis & Atropos: ut. s. ubi de litigio: filiæ fuere Demo
gorgonis. Cicero aūt has parcas uocat: ubi de naturis deoꝶ scri
bit: & filias herebi noctisq; fuisse dicit. Verꝶ ego iō Theodōtio poti⁹
adhæreo: qui illas cum reru; natura creatas dicit: quod lōge magis ue
ritati uidetur cōforme: eas. s. naturæ reꝶ esse coeuas: has easdē ubi su
pra uocat Tullius in singulari fatū: illudq; herebi noctisq; filiū dicit:
quod ego longe magisq; q̄ parcas habito respectu ad id quod de fato
scribitur: ut post sequetur Demogorgonis filiū dica;. Seneca uero has
in epistolis ad Lucillū fata uocat dato cleantis dictum dicēs. Ducūt uo
lentem fata: nolente; trahunt. Circa quod non solum eorum describit
officiū: eas. s. sorores oīa ducere: sed etiam trahere: non aliter q̄ si de
necessitate contingant oīa: quod longe apertius sentire uidetur ī tragœ
diis Seneca poeta tragic⁹: & in ea potissime cui titulus est oedipus: ubi
dicit. Fatis agimur credite fatis. Nō sollicitæ possūt curæ Mutare rati
staīna fusi. Quicquid patimur mortale genus Quicquid facimus uenit
ex alto Seruatq; sua decreta colus Lachesis dura reuoluta manu: Om
nia septo tramite uadunt. Primusq; dies dedit extremu;. Non illa deo
uertisse licet: Quæ nexa suis currunt causis. It cui ratus prece nōnulla

Mobilis ordo Multis ipm timuisse nocet. Multi ad fatū uenere suū dū fata timent &c. Hæc ille. Quod etiam Ouidius sensisse uidetur dum in maiori suo uolumine dicit ī persona Iouis uenerii. Tu sola insuperabi le fatum. Nata mouere putas: intres licet ipsa sorores. Tecta trium cer nens illic molimine uasto. Ex aere & solido rerū tabularia ferro. Quæ neq; concursū cæli neq; flumis irā. Nec metuūt ullas tuta atq; æterna ruinas. Inuenies illic īcisa adamāte pēni: Fata tui generis &c. In quib⁹ pter iā dānatā opiōnē sumi pōt has tres sorores esse fatū: & fata q̄tū cūq; tullius in parcas & fata distinxerit: uolens potius: ut reor diuersi tate nominū diuersitatē offōꝝ q̄ psonaꝝ ostēdere: Nos autē d'his tri bus redigendis postremo in unū quid nōnulli sentiant uideamus. Has supra diximus seruicio panis dedicatas a patre: & causam demonstraui mus. Fulgentius uero ubi đ mythologiis: dicit eas attributas obsequio plutonis inferorū dei. Credo ut sentiamus actiones istarum circa terre na tantum uersari: & pluto terra interpretatur. Et ait idem Fulgentius Cloto interpretari euocationem: eo ꝙ suum sit iacto cuiuscunq; rei se mine: illud adeo in crementum trahere: ut aptum sit in lucem emerge re. Lachesis autem (ut idem dicit) interpretatur protractio: eo ꝙ qd a cloto compositum est: & in lucem euocatum: a lachesi suscipiatur: & ꝓ trahatur ī uitam. Atropos autem ab a quod est sine & tropos qđ ē con uersio: absq; conuersione interpretatur: eo ꝙ omne natum euestigio: ꝙ in terminū sibi præsignatū uenisse cognouerit: demergat in morteꝫ a qua nulla retro naturali opere conuersio est. Apuleius uero medaurē sis non mediocris auctoritatis philosophus: de his in libro quē cosmo graphiam cognominat scribit sic. Sed tria fata sunt numero cū ratione tēporis facientia: si potestatē eaꝝ ad eiusdē similitudinem temporis re feras. Nā quod infuso perfectum est: præteriti tēporis habet spēm: & quod torquet' in digitis momenti præsentis indicat spacia: & qd' ñ dū ex colo tractū est: subactuꝫ curæ digitorum: id futuri & consequentis sæculi posteriora uidetur ostendere. Hæc illis conditio & nominū eius dem proprietatem contingit: ut si atropos præteriti tpis factum quod non deus quidem faciet infectū: & futuri tēporis. Lachesis auteꝫ a fine cognominata: qd' etiam illis quæ futura sunt: fineꝫ sui de⁹ dederit. Clo to p̄sentis temporis habet curam: ut ipsis actionibus suadeat: ne cura solers rebus omnibus desit. Hæc Apuleius. Sunt insuper qui uolūt la chesim eam esse: quam fortunam nuncupamus: et ab ea omīa mortali bus contingentia agitari. Nunc autem quid de fato sentiant ueteres da to non multum a p̄cedentibus differant uidendum est. Dicit ergo đ fa to sic Tullius in libro quem de diuinatione scripsit. Fatum id appello qd' græci marmedinem. i. ordinem: serieq; causarum: cū causa causaꝫ ex se gignat: ea est ex omni æternitate fluēs ueritas sempiterna: Quod

cum ita sit: nihil est futurũ cuius nõ causas idipsum efficientes natura contineat. Ex quo ĩtelligitur ut fatũ sit nõ id: qđ supsticiose sꝫ id qđ philosophice dicitur: cã æterna rerũ: cur ea quæ pterierint facta sunt & quæ instant fiant: & quæ sequũtur futura sint. Hæc Cicero. Boetius aũt torquatus uir disertissimus atqꝫ catholic⁹: ubi de philosophica cõsolatõne scripsit: cũ diffuse de hac materia cũ philosophia magistra rerum altricetur: dicit inter alia de fato sic. Omniũ generatio rerum cũctusqꝫ mutabiliuꝫ naturarũ progressus: & quicquid aliquo mouetur mõ causas: ordinem: formas ex diuinæ mentis stabilitate sortitur: hæc in suæ simplicitatis arce composita: multiplicẽ rebus gerendis moduꝫ statuit. Qui modus cũ ipsa diuinæ intelligentiæ puritate cõspicitur: ꝓuidẽtia noĩatur. Cũ uero ad ea quæ mouet: atqꝫ disponit refertur: fatũ a ueteribus appellatũ ẽ. Hæc ille. Poteram & apponere quid Apuleius de fato in cosmographia determinet: & aliorũ sententias: sꝫ quoniã satis dictũ reor: cur Demogorgonis aut Herebi noctisqꝫ parcæ seu fatũ uel fata dicantur filiæ breuiter describã. Cũ sæpe euenturũ sit in sequẽtibus: & iam in præcedentibus contigerit ꝙ causatus causantis dicat filius: possumus ad presẽs dicere has tres sorores uariis nũcupatas nominibus dei filias tanqꝫ ab eo causatas: qui prima causarũ est: ut satis per uerba supra proxime Ciceronis atqꝫ Torquati uideri põt. hunc deum ut dictum est: Demogorgon ẽ ueteres dixere. Quod aũt ex Herebo & nocte: ut dicit Tullius natæ sint: talis ratõ reddi põt. Est hereb⁹ ut apparebit latius in sequẽtibus terræ profundissimus & abscondit⁹ locus: queꝫ allegorice possumus accipere pro profunditate diuinæ mẽtis: in quam mortalis oculus penetrare non põt. & cum diuina mẽs uidens tanqꝫ seipsam: intelligens quid actura esset: & inde has actu cum natura rerum produceret satis ex herebo. i. ex arcano & profundissimo diuinæ mentis penetrali natas dicere possumus. Noctis aũt filiæ dici possunt quantũ ad nos: quia oĩa in quæ acies oculorum nostrorum penetrare non põt: obscura dicimus: & noctis luce carentia similia: & sic dum ad intrinseca diuinæ mẽtis intellectu transire nequeamus: mortali offuscati caligine: cũ in seipsa splendissima sit: & uiuæ atqꝫ indeficiẽtis lucis corusca: uitium illi nostræ habitudinis nominãdo attribuim⁹ noctem perennẽ diem nuncupantes: & sic noctis erunt filiæ: seu uolumus dicere quia nobis incognite sunt dispositiones earꝫ: eas obscuras & noctis filias uocitamus. De nominibus propriis prædictuꝫ est de appellatiuis dicendum. Vocat igitur has Tullius parcas: ut arbitror ꝑ antiphrasim quia nemini parcant. Nulla eĩm apud eas est acceptio personarum. solus deus potest peruertere earum uires & ordinem. Fatuꝫ autem aut fata a for faris tractum nomen est: quasi uelint: qui id imposuere nomen: quod ab eis igitur adeo quasi irreuocabile dictum

sit seu præuisum: ut per uerba Boetii satis assumitur: ut etiaȝ sentire ui detur Augustinus ubi de ciuitate dei: sed abhorret ipse uocabulum ad/monens: ut si quisq̃ uoluntatē dei seu potestatem nomine fati appellet sniam teneat linguam coerceat.

De Polo sexto Dæmogorgonis filio. C.vi.

d Icūt insup Polū dæmogorgōis fuisse filiū: & hoc ī prothocosmo asserere pronapidem talem ex hoc fabulam recitantem: Qūd dū secus undas in sede sua cōsisteret dæmogorgon: & ex exili limo speru lā cōposuisset: eam nuncupauit polum. Qui spretis patris cauernis & ī ertia euolauit in altum: & eo ꝙ adhuc mollis esset in taȝ grande corp⁹ euolans conflatus est: ut omnia quæ a patre fuerant ante cōposita cir/cūdaret. Verum nūdum sibi aliquis erat ornatus. cum fabricanti patri lucis globum assistens uideret ignitas plurimum ad ictum mallei fabri lis: hinc inde fauillas euolare: omnes sinu facto collegit: & in domum suam detulit: eamq̃ ex illis ornauit omnem Haberē rex inclyte: qd' riderem uidens compositi orbis tam ineptum ordinem: sed ante testa/tus sum nullum uelle mordere. Sequitur enim ut ī cæteris pronapides opinionem uolentium ex terra: a mente diuina terris īclusa: fuisse pro ducta Dum polum quem ego cæluȝ intelligo ex terra extensibili factū ait: & in maximum ac circūplectens omnia corpus eductū. Qud auteȝ ex fauillis ex luce prodeuntibus domum ornauerit suam: hoc ideo di ctum reor: quia solis micātibus radiis: stellæ in cælo cōpositæ: natura sua luce carentes lucidæ factæ sint. Polus autem dicitur ut arbitror a quibusdam potioribus suis partibus: Constat enim ut uenerabil' an dalo præceptor meus: & ueteres astrologiæ auctores asserūt cæluȝ oē super duos polos conflecti: quorum alterum nobis propinquiorem ar cticum uocant: oppositum autem antarcticum: hunc tamen aliqui po lucem uocant causam ego non uideo.

De Pythone septimo dæmogorgonis filio. C.vii.

p Yton pronapidis testimonio dæmogorgonis filius fuit & terræ: ex natiuitate cuius ipse talem recitat fabulam. Dicit enim dæmo gorgonem continuæ caliginis affectum tedium acroceraunos conscen disse montes: & ex eis ingentem nimium & ignitam euulisse molem: eamq̃ primum rotundasse forcipibus: deinde in caucaso mōte malleo solidasse. Post hæc ultra taprobanem detulisse: & globum illuȝ lucidū sexeis undis mersisse: totidemq̃ circumrotasse per auras: & hæc iō ne ulla unq̃ posset circuitione diminui: aut æui labefactari rubigine: & ut agilis feretur undiq̃ Qui confestim se tollens in altum: domum intra uit poli: patrisq̃ sedem omnem compleuit fulgore. Ex immersionibus autem eius aquæ ante dulces amaritudinem sumpsere salsedinis: & aer ad ꝑcipiendos lucis radios: ex rotatiōibus actus factus est. Orpheus

uero qui fere poetarũ omniũ uetustissimus fuit: ut Lactantius in libro diuinarum institutionũ scribit: opinatus est pythonem hũc primũ maximũ & uerũ deum esse: & ab ipso cũcta fuisse ꝓducta atq; creata: qđ forsan hoc in opere locũ illi primũ quæsisset: tanto afferente teste: ni ipsemet Orpheus minus aduertens reor: seu quia nequiret aĩo cõcipere quẽq; fuisse ingenitũ scripsisset. Protogonus python perimetheos neros & yos. Quod in latinũ uersu; sonat. Principio genitus pythõ lõgo aere natus. Et sic nõ primus ut dixerat si aere genitus est. Hũc præterea Lactantius ubi supra phaneta uocat. Sed iam sumptus expetit ordo: ut uideamus quid contegat fictio: quod explicato sensu nominũ fere apparebit liquido. Vgucio in libro uocabulorũ dicit pythonẽ solem esse: & hoc illi quæsitũ nomen a pythone serpente: ab eodẽ superato. Sic & Paulus in libro que; collectionũ intitulat. dicit phanos seu phaneta idẽ esse quod apparitio. Sic eĩm pythonẽ hunc Lactantius uocat. quod quidẽ nomen soli optime cõpetit. ipse eĩm ẽ qui surgẽs apparet: eo enim cessante nulla erit cæterarũ creaturarum mortaliũ apparitio seu etiam syderũ. Ergo solis creationẽ uult ostendere Pronapides. Circa quam ut eorũ cõsequatur opinionẽ: qui ex terra oĩa uolunt conditã: inducit deũ seu terræ diuinam mentẽ: ex acroceraunĩis mõtibus sumpsisse materiam: ratus ignitam terra; ad cõponendu; lucidum corpus aptiorem. Quod aũt hanc molẽ forcipibus rotũdasset: intelligo diuinam artem qua adeo solis globus adeo spericus factus ẽ: ut nulla superfluitate eius superficies gibbosa est. Aequo mõ & malleus dici põt sũmi artificis intentum: quo in caucaso mõte. i. in cæli sumitate adeo corpus illud solidũ formauit: ut nulla ex parte dissolui aut minui uideatur. Inde dicit eũ delatũ ultra taprobanẽ ut ostendat ubi creatu; opietur. Est enim taprobane orientalis insula hostio: gangis fluminis opposita: qua ex parte nobis in æquinoctiis sol oritur & sic in oriente uidetur compositum uelle. Mersum enim ibi sexies undis dicit imitatus fabriles actus: qui ad durandum ferrum feruidum aquis ĩmergunt. & in hoc arbitror pronapidem uoluisse perfectionem & æternitatem corporis huius designasse. Est equidem sex: perfectus numerus se ex suis ꝑtibus omnibus conficiens ex quo uult intelligamus & artificis & artificati perfectionem. Quođ autem sexies rotatum sit: puto per numerum perfectum rotationis uoluerit eius circularem & indeficientem motu; describere: a quo nunq; exorbitasse aut destitisse compertum ẽ. Quđ ob ingentis & igniti corporis demersione aquæ primo dulces amare factæ sint: non ob aliud dictum puto nisi ut ostendatur ꝙ ob continuatam radiorum solis feruentium percussionem aquaru; maris: aquæ superficietenus salsæ factæ sunt: ut approbant physici.

De terra ex filiis Demogorgonis octaua: quæ ex ĩcognitis parẽtib⁹ quinq; genuit filios. Quoꝝ primus Nox: scds Tartar⁹: terti⁹ Phama: quartus Taygetes. quintus Antheus. C. viii.

t Erra ut supra patet Demogorgonis fuit sedes & filia: de qua Statius ĩ thebaide scribit sic. O hoĩum diuũq; æterna creatrix: Quæ fluuios siluasq; animarum semina mundi Cuncta prometheasq; man⁹ pyrrheaq; saxa Gignis: & in pastis quæ prima elementa dedisti: Mutastiq; uiros quæ pontum ambisq; uehisq;. Te penes & pecudum gẽs mitis: & ira ferarum. Et uolucrum requies firmũ atq; ĩmobile mũdi. Robur: & occidui te uelox machina cæli. Aere pendentem uacuo te curr⁹ uterq; Circuit. o rerũ media indiuisaq; magnis. Fratrib⁹: ergo simĺ tot gẽtibus alma: tot altis Vrbibus ac populis subterq; & desup una Sufficis astriferũq; domos atlanta supnos: Ferre laborãtẽ nullo uehis ipa labore 2c. In qbus ꝓfecto carminibus satis terræ opus & laudes ostenduntur: de cuius generatione quoniam supra ubi de litigio dictum est reiterandum non censeo. Eam tñ ueteres titanis dixere coniugẽ eamq; ex patris concubitu: ut præmonstratũ ẽ quosdã suscepisse filios. & ex Oceano nepote: atq; ex Acherõte ĩfernali fluuio: necnõ & aliis ĩcognitis: ut decenti mõstrabitur loco. Vocauere eam præterea multis nominib⁹ utputa Terrã: tellurẽ: tellumenẽ: humũ: arridã: bonã deã mr̃eʒ magnam: faunam: fatuam. Habet & præterea hæc cũ quibusdam deabus cõia nomina. Dicitur enim cybeles berecyntia Rhea: opis: Iuno: Ceres: proserpina: uesta isis: maia & medea. Sʒ qd circa p̃dicta theologi uoluerũt ueteres uidendum est. Dicũt eã titanis: qui sol ẽ cõiugẽ eo ꝙ in eã sol agat tanq; in dispositam materiam ad ꝓducẽdum animãtia quæcũq;: atq; metalla: & præciosos lapides & huiusmodi nonnulli uolũt titanũ hominem ingentis potentiæ fuisse & terræ uirum dictum eo ꝙ multum terræ possideret: & filios suscepisset tanta præstãtes fortitudine & corporis mole: ut nõ ex muliere: sed ex ingentiori corpe ut puta terræ suscepti uidebantur. Et ut ad nomina ueniamus dicit Rabanus: in libro de originibus rerum eo terram nũcupari: eo ꝙ teratˀ qdˀ ad superficiem solam spectat. Tellus autem ut idem testatur Rabanus dicta est: quia fructus ex ea tollamus. Seruius autem dicit eam terram esse quæ teritur: tellurem uero deam: Et alibi dicit tellureʒ deã eẽ: terram autem elementum: sed quandoq; tellurem pro terra ponitur: sicut pro igne uulcanum: & cererem pro frumẽto. Tellumenem uero ut ego coniectura possum ꝑcipere eam terræ partem dixere: quæ nẽc teritur nec graminũ radicibus aut arboruʒ usui ẽ: eo ꝙ lõge sit tellure ĩferior Humus uero ut asserit Rabanus ea pars terræ dicitˀ: quæ plurimũ hʒ humiditatis: utputa palustris & propinqua fluminibus. Arridam auteʒ terram uocauere: nõ quia sic illaʒ a creatione: creator nũcupauerit: ut

eius ueraꝫ cõplexioneꝫ ostenderet: sꝫ eo ꝙ aretur. Bona aũt dea: teste Macrobio saturnaliorũ. ideo dicta est: ꝙ nobis oĩum bonorũ ad uictum cã sit: cũ ipsa germinantia nutriat: fructus alat: escas auibus & pabula brutis exibeat: ex quibus & ipsi nutrimur. Martẽ aũt magnam ut Paulus ait uocari uoluere qui arbitrati sunt eam rerũ oĩum creatricem Ego equidẽ arbitror: quia tanq̃ pia mater: & maxima sua ubertate nutriat cuncta mortalia: & suo gremio morientia cũcta suscipiat. Cur autem Faunam dixerint: Macrobius saturnaliorũ libro describit dicẽs: ꝙ omni usui faueat animantiũ: quod adeo manifestũ ẽ ut litteris explicari nõ egeat. Fatuam uero a fando dictã dicit ideꝫ Macrobius ueteres uoluisse: eo ꝙ infantes partu editi nõ prius uocẽ habeãt uel emittant: q̃ ipsaꝫ cõtingerit. Quæ uero ex noĩbus cũ aliis cõmunia sunt: ubi de illis in sequentibus mentõ fiet: intelligenda dicentur: & ad explicandũ de filiis quos ex incerto patre genuisse dixerũt ueteres ueniemus.

De Nocte prima terræ filia. C. lx.

X ĩcerto patre dicit Paul' noctẽ terræ fuisse filiã: de qua Pronapides talẽ ĩ ptocosmo fabulã scribit. eã. s. a phanete pastore dilectam: cui petẽti cũ mater uellet copulare cõnubio: dixit se ignotũ hẽre hoĩeꝫ: nec unq̃ uidisse: audiuisse tamen illũ suis aduersuꝫ moribus: & ideo mori malle: q̃ illi nubere. q̃obreꝫ indignans Phanetes ex amatore hostis factus: dũ illam occisurus sequeretur: illa se copulauit herebo: nõ ausa ubi Phanetes esset apparere. Dicit insuper Theodontius huic a Ioue concessaꝫ quadrigã: eo ꝙ illi fautrix fuisset: dũ ante luceꝫ accederet ad Alcmenaꝫ: hanc insup q̃tũcũq; fusca sit: picta ornauerunt chlamyde: & in eius laudem: & ut eius pro parte demonstraret effectus. Statius hos in thebaide cecinit uersus. Nox quæ terrarũ cæliq; cõplexa labores Ignea multiuago transmittis sydera lapsu. Indulgens reparare animũ: dum proximus ægris Infundat tytã agiles animãtib' ortus &c. Sed nũc quid fabulæ ueri tegant uideam'. Dicũt igit᷑ ãn alia eã absq; cognito patre terræ filiaꝫ: qđ ob id arbitror dictũ: quia terra dẽsitate sui corporis operatur: ut radii solares nequeãt ĩ ptẽ oppositã penetrare. & sic cãm dãte terra ũbra tã grandis efficitur: q̃tũ spacii a dimidio corporis terræ occupat᷑: quæ qdẽ ũbra nox dicit᷑: & sic tã q̃ a terra & nõ ab alia re cãta absq; cognito patre noctis tm̃ filia arbitratur. Quđ aũt a Phanete pastore dilecta sit: hoc mõ ĩtelligẽdum reor. Phanetẽ ego solẽ puto iõ pastorẽ dictũ: quia suo opere uiuẽtia cuncta pascunt᷑. eũ autẽ adamasse nocteꝫ fictum existimo: quia tanq̃ dilectã sibi uidere cupiẽs rapido cursu seqtur: & illi uidetur appeter᷑ copulari. Illa uero renuit nec min' uolucri passu fugit q̃ sequatur eo ꝙ sibi mo

1

res aduersus habeat cum illuminet ille: ipsa autem obscuruꝫ faciat: nec frustra se: si illi iungatur morituram dicit: cum sol luce sua oẽm dissol/uat obscuritatem: & sic eius hostis efficitur. Demum nox herebo iūgit̃ i. inferno in quem cū nūq̃ꝫ solares penetrẽt radii nox uiget: atq̃ꝫ secura consistit. ꝙ autem Ioui fauerit: fabula manifestat: ut patet p plautum ĩ ãphitrione. nam cum accessisset in diluculo Iupiter ad alcmenam: nox ut illi præstaret obsequium tanq̃ꝫ a crepusculo nocturno incoasset: perseuerauit in longum: exquo quadrigam meruit: per quam circuitõꝫ terræ continuam quam facit intelligo. Per quattuor autem Rotas: ex quibus quadriga cõstat: quattuor arbitror significari noctis tpa: soluꝫ nocturnæ quietis seruientia. Diuiditur autẽ nox a macrobio ĩ libro saturnaliorū in septem tempora: quoꝝ primuꝫ sole intrante incipit: & dicit̃ crepusculū a crepero qđ est dubium: eo ꝙ dubitari uideatur diei ꝑte/ritæ: an uenienti nocti attribuendum sit: & hoc nõ deseruit qeti. Secūdum autẽ cū iã obscurum sit: fax prima dicitur: eo ꝙ tūc faces accendẽtur: nec hoc quieti accõmodū. Tertiū uero cum iam nox densior sit nocte concubia nūcupatur: eo ꝙ quieturi uadamus cõcubitum. Quartum nox dicitur intempesta: eo ꝙ nulli operi tempus aptum sit. Quintum autem gallicinium uocitatur: eo ꝙ a medio sui nocte ĩ diem tẽdente galli cantent. Sextum uero dicitur conticinium iam aurore ꝓximum & iõ sic dictū: eo ꝙ tūc uideatur ut plurimū grata quies: & ob id oĩa conticescunt: & hæc quattuor quieti præstantur. Septimum appellatur diliculum a die iam lucente in quo solertes assurgunt operi: quod minime somno aptum est: Et sic totidem rotæ sunt currui noctis: quot ĩ ea sunt tẽpora quieti tantūmodo seruientia: Seu uolumus more nautaruꝫ & castrensiū uigilum noctem in partes quattuor diuidere: in primaꝫ. s. & secūdaꝫ & tertiã atq̃ꝫ quartã uigiliã: & sic quadrigæ rotas quattuor ex totideꝫ uigiliis componemus. Quđ aūt picta palla amicta sit: facile uideri potest: illam cæli ornatum significare quo tegimur. Nox autem ut ait papias ideo dicitur: quia noceat oculis: aufert enim illis uidendi officium: cum nil nocte cernamus. Nocet insuper: quia male agentibus apta est: cum legamus qui male agit: odit lucem: exquo sequit̃ ut tenebras amet: tanq̃ꝫ malo operi aptiores. & dicit etiaꝫ Iuuenalis. Vt iugulẽt hoĩes surgūt de nocte latrones. Homerus præterea in iliade eaꝫ domitricem deorum uocitat: ut sentiamus: quoniam nocte magnanimes ingentia pectoribus uersant: tamen nox minime talibus apta ebulientes opprimit spūs: eosq̃ꝫ tanq̃ꝫ domitos in lucẽ usq̃ꝫ coherceat. Fuerūt insup huic tã ex uiro q̃ꝫ ex aliis filii plures ut ĩ sequẽtibus describetur

De Phama secunda terræ filia. Ca. x.

u Irgilio cælestis ĩgenii poetæ placꝫ phamã tetræ fuisse filiã: dū dic

in eneide. Illam tera parens ira irritata deorũ Extremam ut perhibent cæo encheladoq; sororem Progenuit &c. De hac ut appareat originis suæ causa: talis a Paulo recitatur fabula. ꝙ cum ob regni cupidinẽ bellum inter titanos gigantes terræ filios: & Iouem esset exortum: eo itu; est: ut oẽs terræ filii qui Ioui aduersabant̃ occiderent̃: & a Ioue & diis aliis: Quo dolore terra irritata: & uindictæ auida: cũ sibi aduersus ta; potentes hostes arma deessent: ut illis quibus poterat uiribus aliquid mali ageret: coacto utero Phamam emisit scelerũ superum relatricem. Huius aũt incremẽtu; & formam describens Virgilius ait sic. Phama malu; quo non aliud uelocius ullum: Mobilitate uiget uiresq; acquirit eundo. Parua metu primo: mox sese tollit in auras Ingrediturq; solo: & caput inter nubila condit. Et paulo post hæc ait: Et pedibus celere; & pernicibus alis. Mõstrum horrendu; ingens: cui quot sunt corpore plumæ Tot uigiles oculi subter mirabile dictu Tot linguæ: totidẽ ora sonant: tot subrigit aures: Nocte uolat medio cæli terreq; per umbrã Stridens nec dulci declinat lumina sõno. Luce sedet custos aut summi culmine tecti: Turribus aut altis & magnas territat urbes Tã ficti pra uiq; tenax q̃ nuncia ueri. Sentis optime rex quanto uerboru; orna tu: quanto lepore: q̃ suci pleno: q̃q; industriosa fictione Virgilius ꝙ eius opus conetur ostendere: & ostendat: sentis equidẽ. s; ut q te præter lecturi sunt ampliuscule uideant libet explicare paululũ: præmisso tamen quid uelit fabula pauli. Dicit ergo primo irritatã terram ira deorum. Circa quod pro iratis diis syderum opus circa quædam intelligo Sydera eni; seu supercælestia corpora procul dubio in nos agũt potẽtia eis a creatore cõcessa ẜm dispositiones suscipientium eorum influẽtias: & hinc fit ꝙ puer uel adolescẽs augetur eorum opere: cum diminuatur senescẽs: & cum nũ q̃ a ratõne gubernatoris optimi separetur nõnũ q̃ aliqua faciunt: quæ mortalium repentino: falsoq; iudicio tã q̃ irata fecisse uidentur: ut puta dum iustum regem: dum fœlicem imperatorẽ: dũ strenuũ militẽ in finẽ suũ deducũt. Et ideo iratos dixit deos Paulus: quia occiderint illustres uiros: quos ꝑpetuandos rebantur hoĩes. Sed quid ex hoc sequitur: irritatur ab hoc opere: quod deorum ira; uocant: terra. i. animosus hõ. na; terrei sumus oẽs: & ad quid irritatur: ut pariat phamã ultrice; futuræ mortis. i. ut id agat: propter qđ phama sui noĩs oriatur: ut dum deorum ira ceciderit: illius nomẽ agẽte meritorũ phama superstes: Sic etiam nolentibus his qui hominem occidendo eu; oĩo auferre conati sunt: ad quod nos ide; hortatur Virgilius dum dicit. Stat sua cuiq; dies breue & irreparabile tẽpus Omnibus est uitæ: sed phamam extendere factis. Hoc uirtutis opus & cætera. Hanc aũt phamam ideo malũ dicit Virgilius: quia non æquo passu ad eam perquirendam tendimus omnes. ¶Nã per fraudes ut plurimum

sũma occupari sacerdotia cernimus: dolo uictorias obtineri: prĩcipat⁹ possideri uiolentia: & ea quæcũq; per fas & nefas: quæ noĩa solẽt ĩ lu/ men extollere. Nam si per uirtutem agatur: tũc nõ malũ uiuere dicitur phama. Veꝝ ĩproprie locut⁹ ẽ auctor: usus ꝑ ĩfamia uocabl'o phamæ cum sic fictionem inspiciamus: seu potius fictionis causam satis aduer temus: ex ea infamiam non phamaꝫ secutam. Hanc insuper dicit metu primo paruam & sic est. Nam quantuncunq; grandia sint facinora: ex quibus oritur: a quodam tamen audientium metu uidetur ĩcipere: mo/ uemur quidẽ auditu primo rei alicuius: & si placet eam falsam eẽ time mus: si uero displicet æquo mõ: ne uera sit extimescamus: mox sese at tollit in auras. i. in ampliationem locutionis gentium euolat: seu medio cribus miscetur uiris: & inde se solo ĩfert: hoc est in uulgus & plebeios & tũc caput inter nubila cõdit: cũ se ad reges atq; maiores effert. Per nix etiam est. i. uelox: nil enim ut ipsemet dicit uelocius ẽ. Mõstrũ aũt ingens asserit: & horrendũ ratione corporis quod illi describit: uolẽs ĩ hoc ꝙ omnes eius plumæ: cum auem dicat propter eius celereꝫ motũ habeant hominis effigiem. ad hoc ut per hoc intelligatur unumquemq; de aliqua re loquentem pennã unaꝫ addere phamæ: & sic ex multis cuꝫ multæ sint auium pennæ: non ex paucis phama conficitur. Seu potius monstrum horrendum hanc uocat: quia fere nunq̃ superari potest. nam quãto magis quis illam conatur opprimere: tanto magis exĩde fit maior: quod mõstruosũ est. Dicit insuper omnes oculos eius uigiles eẽ eo ꝙ nõ nisi a uigilantibus personet phama. nã si in somnũ tẽdet locu tio: phama uertitur in nichilũ. Nocte eam e medio cæli uolitãtẽ: ob id dicit ꝙ sæpissime contigisse cõpertũ est sero. s. factum aliquid: & mane etiam in remotissimis partibus cognitũ nõ aliter: q̃ si nocte uolauerit. Seu id dicit ut ostendat uigilantiam gerulonum. In die autẽ eaꝫ sedere dicit custodem: ut ostendat ꝙ ab eius relata custodes portis terrarum urbium apponantur: & in turribus ad excitandũ uigiles: uel speculãdũ a longe. Et cum inter ueritatem & mendacium nõ distinguat: contenta est pro ueris quæcũq; audita referre. Cuius præterea domuꝫ in maiori suo uolumine sic describit Ouidius. Orbe locus medio ẽ inter terrasq; fretũq; Cælestesq; plagas triplicis cõfinia mũdi. Vñ qđ est usq̃ q̃uis regionibus absit Inspicitur: penetratq; cauas uox omnis ad auras. Pha ma tꝫ sũmaq; locũ sibi legit in arce Innumerosq; aditus: ac mille fora mina tectis Addidit: & nullis inclusit limina portis Nocte dieq; patet tota est ex ore sonãti. Tota fremit uocesq; r̃fert iteratq; qđ audit. Nul la quies intus: nullaq; silentia parte Nõ tantũ ẽ clamor: sꝫ paruæ mur mura uocis Qualia de pelagi si quis procul audiat undis Esse solent q̃ lem ue sonũ cũ iuppiter atras Increpuit nubes: extrema tonitrua red/ dũt Atria turba tenet: ueniũt læue uulgus eũtq; Mixtaq; cũ ueris pa/

riter coniuncta uagantur Milia rumorũ confusaq; uerba uolutant Ex quibus hi uacuas replent sermonibus auras. Hi narrata ferunt aliis mẽ suraq; ficti Crescit & auditis aliquid nouus adicit auctor Illic creduli/ tas: illic temerarius error Vanaq; lætitia ẽ cõsternatiq; timores Sedi tioq; recens: dubioq; auctore susurri Ipsa quid in cælo rerũ pelagoq; geratur Et tellure uidet: totũq; inquirit in orbẽ &c. Satis hæc etiam minus erudito patientia sunt: & ideo quid sibi uelit Paulus du; addidit fabulæ: famam genitã: ut turpia deorũ facta narraret: uidisse superest quod nil aliud autumo præter ꝙ cũ minores in maiores nil uirib' pos sunt: illata uerbis maioribus infamia conantur ulcisci. Terræ aũt ideo filiã uoluere: qa nõ aliũde q̃ ex gestis ĩ terris phama sit. ꝙ ãt p̃re ca reat nõ absurde dictũ ẽ: cũ ut sæpissime rerũ a phama gestaꝝ q̃ ut plu rimũ falsissime sũt ignoret auctor: q cõptus loco p̃ris describi posset.

De Tartaro. iii. terræ filio. C. xi.

Artarũ asserit Theodõtius absq; patre terræ fuisse filiũ. hũc bar laam dicit inertẽ atq; torpentẽ: matris adhuc iu utero iacere: eo ꝙ ĩuocata lucina fauere partui uoluisset: ob id ꝙ phamã ĩ deorũ igno minia; peperisset. Figmentũ hoc ab effectu cãm sumpsit non erat eni; lucina nõ nasci turo: seu partui nõ futuro præstatura fauorẽ: Arbitra/ ti sunt quidem ueteres circa terræ cẽtrum locũ esse cõcauũ: & in eodẽ sontiũ animæ pœnis affligi: ut satis in descẽsu Aeneæ ad inferos ostẽ dit Virgilius. Hũc tartarum dici uolunt: & hoc ꝓm Isidorũ ubi de ety mologiis a tremore frigoris dictũ. Nam ibi nec solis unq̃ potuit pene trare radius: nec aeris motus est aliquis: cõfricatiõe cui' calefieri pos sit. Quđ aũt in utero matris torpeat satis apparet: nõ enim ad supio/ ra põt ascendere: & si ascendat non erit amplius tartarus. Terræ autẽ filius ĩproprie dicitur. Nam q̃tũcũq; conceperit mulier: nisi in luce; conceptus uenerit iure filius dici non poterit. Dicitur aute; absq; patre conceptus: eo ꝙ credamus terræ corpus cõcauitates habere: nõ tam̃ satis certi sumus: an a creatione: an a secuto post creationẽ euentu ha buerit. In testimoniũ aũt prædictoꝝ dicit Virgilius. Tartarus ipse. Bis patet in præceps tantum tenditq; sub umbras Quantus ad æthereum cæli suspectus olympũ &c. Nec multo post ait. Hic genus antiquũ ter ræ titania pubes. Fulmine dieđi fundo uoluũtur in imo &c.

De Tagete. iiii. terræ filio. C. xii

Ages ut asseruere gẽtiles: & potissime thusci absq; cognito geni/ tore terræ filius habitus ẽ. De quo refert Paulus pusin' : ꝙ cum apđ etruscos ĩ agro tarquinensi aliquãtum tellus intumuisset: is uiculli cus cui' erat agellus nouitate rei pmotus: auidusq; uidere qd ess; ostẽ ti monstratura turgiditas: aliq̃diu expectauit: tande; impatiens more ligõe sumpto locũ cœpit sensi; effodere: nec multũ effodit: & ecce ex

glebis prosiluit infantulus Quo monstro perterritus rudis homo uoca uit affines: nec diu & is qui modo infans erat ætate prouectus uisus est & inde senex: & cum incolas aurufpicinam docuisset: repente nusq̃ cō paruit: Auditores autem arbitrati numen: & terræ credidere filium & nominauere tagetem: qđ idem olim lingua sonabat etruscha: qđ latina deus: eumq; postea loco summi numinis colluere. Isidorus uero ab ar/ ratore gleba: uomere submota īfantē cōpertū dicit: nec āplius ab etru scis uisum: & in illa eos aurufpicinam docuisse: & ex ea libros etiam re liquisse: quos postea romani in linguam propriam transtulere. Cuius figmenti talem fuisse sensum existimo Quēdam. s. esse potuisse: qui diu studens circa aurufpicinam: & ob contemplationis commodum cōsor tio hominum aspernato: doctus repente: unde minime credebatur cō paruit. Et qr forsan ex antro aliquo exire uisus est terræ puerperium si ctum est: uel in oculos agrum colentis inopinatus affuit: quasi ꝓdisset ex glebis: a rudi uulgo terræ filius dictus est: & ideo absq; patre: qr in cognita eius fuerit origo. Consueuere præterea ueteres exteros ignotos terrestri itinere ad se uenientes terræ filios uocitare: uti neptūni qui ad ueherentur nauigio. Infans autem dictus quia nouus & confestim pro / uectus: & senex: eo ꝙ eruditus & prudens: quod senū est: cōpertus sit ꝙ in agro tarquinensi contigerit: seu quia aut sic fuit ibidem. s. tagetem primo cognitum: seu quia etrusci aurufpicinam clarissimi fuere. In bre ui autem termino more designatur affectio grandis incolarum ad eum Nam dilectæ rei mora etiam si longissima sit: diligenti uidetur breuissi ma. Eum autem deum habitum ob id contigisse puto: ut doctrinā quā summe colebant deo actore nobilitarent.

De Anthæo. v. terræ filio. Ca. xiii.

a Nthæum omnes terræ dicūt filium: & quia nemo illi patreꝫ desi gnat: inter genitos īcerto patre eū apponere necesse fuit: de quo sic scribit Lucanus. Nōdū post genitos tellus effeta gigantes Terribilē libycis partu cōcœpit in antris: Nec tam iusta fuit terrarum gloria ty phon: Aut tytios briareusq; ferox cæloq; pepcit. ꝙ nō phlegræis an/ thæū sustulit aruis. Hoc quoq; tā uastᵘ cumulauit munere uires Ter ra sui fœtus: quæ cū tetigere parentem Iam defeta uigent renouato ro bore mēbra. Hæc illi spelūca domus: latuisse sub alta Rupe ferūt epu las: raptos habuisse leones. Ad sōnos non terga feræ præbere cubile. Assuerūt: nō silua torū uiresq; r̄sūpsit In nuda tellure iacēs: periere co loni Aruoꝝ libyæ pereūt quos appulit æquor: Auxilioq; diu uirtᵘnon ausa cadēdi Terræ spernit opes inuictus robore cūctis Quāuis staret erat 2c. Appet ergo p lucani carmē ꝙ grādis ꝗꝗ fortis & ferᵘ fuerit anthæus: ad quem ut idem testatur Lucanus: ut cū eo luctam iniret ac cessit hercules laborū uictor: & cū ī agone essent: eūq; sæpiᵘ postratū

robustiorem resurgentē cerneret: aduertēs ꝙ a terra uires recuperarꝫ iam fessuꝫ ulnis in altū extulit tanꝗ̃ diu tenuit donec spirauit. Fabulæ huius sensus duplex ē: hystoricus & moralis. Videtur.n. Pōponio me læ in libro cosmographiæ placere: hūc regem in extremis mauritaniæ fuisse: asserens apud Ampelusiaꝫ promontoriū in oceanuꝫ athlanticuꝫ tendens: esse specum Herculi sacram: & ultra Tingeꝫ oppidū per ue/ tustum ab Anthæo: ut ferunt cōdituꝫ: & in testimoniū ostenditur ab ī colis: parma ingens ex elephante: & ob magnitudinē nulli nūc habilis quā ab eo gestatā afferunt & sūme colūt. Necnō mōstrat̄ ab eisdē: col lis modicū resupini hoīs iacentis habens imaginē: quē eius tumulū fu isse cōfirmant. Aduersus hunc dicit Theodōtius Dionysiuꝫ thebæuꝫ qui ob insignem eius uirtutē: Hercules appellatus fuit: bellū habuisse & qui cū aduertisset eū sæpiꝰ in mauritania prostratū: & euestigio ex/ ercitus restaurantē: ficta fuga eum ad se persequendū in libyā usqꝫ tra xit: ibi eū uero superauit & occidit. Leontius uero dicebat hūc Hercu lem fuisse nili filiū: quē ego unū & idem cū superiori puto. Eusebiꝰ au tem in libro temporū dicit hūc Anthæuꝫ palestricæ artis fuisse doctis simū: & quorūcūqꝫ certaminuꝫ: quæ exercerentur in terris et ob id os tendit se arbitrari fictuꝫ: ꝙ terræ fuit filius: et ꝙ uiribꝰ restauraret̄ ab ea. Fulgētius quidē moralē sensuꝫ fictioni subesse demonstrat: dicens Anthæū de terra natū libidinē esse: quæ sola ex carne nascitur: qua ta cta et si fessa sit in uires resurgit. Verū ab hoīne uirtuoso: carnis dene gato tactu superatur: hunc fuisse dicit Augustinus regnāte argis danao Eusebius aūt regnāte athænis Aegeo. Leōtius regnante apud argiuos Argo.

De Herebo. ix. Demogorgōis filio: cui fuerūt filii. xxi. quoꝝ primꝰ Amor. ii. Gratia. iii. Labor. iiii. Inuidentia. v. Metus. vi. Dolus. vii. Fra us. viii. Pertinacia. ix. Egestas. x. Miseria. xi. Fames. xii. Querela. xiii. Morbus. xiiii. Senectus. xv. Pallor. xvi. Tenebra. xvii. Somnus. xviii. Mors. xix. Caron. xx. Dies. xxi. Aether.

Xpeditis terræ filiis ad Herebū stilus reuocādus est: q ut Paulꝰ ait a Chrisippo traditū: filius fuit Demogorgonis et terræ: Hūc ego arbitror unū et idē cuꝫ Tartaro: cū eū oēs ueteres existiare uideā tur ī remotissimis terræ uisceribꝰ ēe: et in eodē uti: de tartaro diximꝰ supplicis sōtes pūiri. De hoc tn̄ multa scribunt̄ ab ātiqs: et potissīe a Virgilio ī. vi æneide libro: q̄ sub cōpēdio ptrāsibo: eo ꝙ fere de oībꝰ fiet ī sequētibꝰ ꝓlixior mētio. Dicit ergo Virgilius ꝙ ī faucibus huius sunt terribiles uisu: hæ formæ uidelꝫ luctꝰ et ultrices curæ: morbi pal

lētes: & tristis senect⁹: atq; met⁹ & fames egestasq; terribilis: & horri/
biles uisu: letū: laborq; sopor: & mala mentis gaudia: Bellūq; lætifeꝝ
& eumenides: & discordia & ulmus sōnioꝝ: sedes Cētauri: scillæ bria/
re⁹: lernæusq; serpēs: & flāmis armata chymæra una cū gorgonibus
harpyis: & tricorporeo geryōe: & trifauce cerbero limīa seruāte ditis.
Præterea hūc herebū quattuor rigari fluminibus Acheronte.s.& phle
getōte: stigeq; atq; cocyto: & acherōtis nautam dicit esse charonē mo
rientium animas ad profundiora herebi transferentem. Insup minoem
Radamantum eacūq; uersantes urnis merita intrantium inesse descri
bit: & prostratos fulminibus titanos gigantes: & salmonez ac titiō di
scerptum a uulture Isiona perpetua circū uolutum rota: nec non & sisy
cum q̃ ĩ inferiori est emisperio a physicis proserpina appellata sit. Et sic apud assyrios & phoenices quos penes & ueneris & adonis fuit religio ĩgẽs.tũc uenus cũ adone a se dilecto delectaretur:cũ circa superius emisperiũ sol ampliori circũflectitur ambitu:& inde ornatior q̃a flores frõdes & fructus eo tẽpore terra producit. Dũ uero breuiores circũducit circulos:de necessitate maiores apud ĩferius emisperiũ agit & sic autũnus & hyemps imbribus assiduis terram decore suo priuatã lutosã faciũt:quo aper qui hispidũ animal ẽ delectat̃:& sic ab apro.i. ab ea tp̃is qualitate qua delectat̃ aper:adõ.i.sol terræ.i.ueneri sublatus uidetur:& inde uenus lutuosa efficit̃.Quod aũt sit adon transformatus ĩ florem:ob id fictum puto:ut nostri decoris breuitas ostẽdat̃ mane quidẽ purpureus est:sero lãguens pallensq; marcidus efficitur: sic & nostra humanitas mane.i.iuuẽtutis tp̃e florẽs & splendida est.sero aũt.i.senectutis æuo pallemus:& in tenebras mortis ruimus. Sane quicquid assyrii sentiant uel macrobius:historia tñ uidetur sentire & tullius testatur ubi de naturis deorũ:uenerem fuisse syria cyproq; conceptam.i.ex syrio homine & cypria muliere:quã astarcõ uocauere syri:eamq; adoni nupsisse ut dicit Lactantius in libro diuinarũ institutionũ:in sacra historia cõtinetur hanc meretriciam instituisse artem & stuprum mulieribus suasisse:& ut uulgato corpore questum facerẽt & hoc ideo dicit ĩperasse:ne sola præter alias mulieres ĩpudica:& uirorũ appetẽs uideretur.Ex quo cõsecutũ ẽ & longis perseueratum tp̃ibus:ut phoenices de prostitutione filiarũ donarẽt añq; eas iungerẽt uiris:ut ĩ libro de ciuitate dei testatur Augustin⁹ & Iustin⁹ ĩ epithoma pompei trogi:ubi didonẽ.lxx.uirgines in littore cyprio que in questũ uenerãt rapuisse demõstrat.Fuit igitur Adon rex cypri & ueneris maritus:quẽ ego ẽt seu ab apro:seu alia nece ueneri subtractum reor:eo q; ad imitationẽ lachrymarũ eius ueteres anniuersario plãgore cõsueuerint adonis ĩteritũ flere:quos ĩ suis uisionibus ĩcrepat Isaias.

De Pirode Cylicis filio. C.liiii

Yrodes ut Plinius asserit ĩ libro naturalis historiæ filius fuit cylicis:ex quo & si nil aliud habeamus eodem Plinio teste: saltẽ habemus eũdem primo ignem ex silice excussisse.

De Phoenice.iiii.Agenoris filio qui genuit Phylistenum & Belum. C.lv.

Hoenix ut dicit Lactantius fili⁹ fuit Agenoris.hũc dicit Eusebi⁹ in libro temporũ:regnante argiuis danao una cum cadmo fratre a thebis ægyptiis uenisse in syriam:& apud tyrũ & sidonẽ imperasse quod quidem fuisse potuit circa annũ mũdi.m.dcc.xlvi.post paululũ aũt dicit eũ anno primo lyncei regis bithiniam condidisse:quæ prius mariãdina uocabatur.quod fuit anno mũdi.m.dcc.lxxix. huius tamẽ

aduētū ī syriā ñ cōuenit cū dictis supra: ubi de Agenore a theodōtio & ēt ab Ouidio discrepat: qui uidet uelle agenorē uenisse nō phœni/cē: cū cadmū missū ad perquirēdā europā ab agenore: non a phœni/ce describat. Sed has ego uarietates ultro concordare uolentibus lin quam: & de phœnice quid cōpererim prosequar. Hunc autem artificio sum fuisse hominem ostēdit Eusebius: eo ꝙ primus quasdam lr̄as seu litterarū caracteras phœnicibus dederit: deinde ad scribendū eas isti tuisse uermiculū: unde & color ille phœnicius dictus est: credo ab in/uentore qui postea mutata littera est puniceus appellatus.

De Philisthene filio Phœnicis qui genuit/
Sicæum. C.lvi

Hilistenē dicit Theodōtius filiū fuisse Phœnicis: Qui cum eēt herculis sacerdos q pſanctissime a phœnicibus colebatur: uide retq; phœnice patre mortuo Belū fratrē natū maiorem regnare: reli cto sicæo filio sacerdotio: & copiarū parte sūpta uaues conscendit: & post multos casus cum herculis colūnas cursu superasset: ibidē in lit/tore oceani sedes assumpsit perpetuas: cōdita ciuitate quā gades uoca uere sui: & ne sacerdotiū abdicasse uideretur oīno: templū ibidē cōsti tuit herculi: & sacra oīa ritu tyrio innouauit.

De Sicæo Philisthenis filio &
Didonis uiro. Ca.lvii.

Icæus secundū Theodontiū fuit filius Philisthenis: cui abeunte patre sacerdotiū derelictū est ut supra dicitur: qđ a rege ꝓximus erat honor. hūc dicit Seruius sicarbā uocatū: esto eū uirgilius semper uocet Sicæum. Et Iustinus semper illū uocet acerbā: hic autem seu re lictis seu aliūde quesitis thesauris: ut Theodōtio placet: & r̄liquis co piosus factus plurimū: Belo mortuo Elisam filiā eius accepit uxorem q̄ postea Dido uocata est quā p̄cipue dilexit. Verū cū pigmaleon Beli filius patri successisset ī regno: auri auidus: ei⁹ desyderatis diuitiis: clā illi tetendit insidias: & in cautum interemit.

De Belo phœnicis filio: qui genuit
Pigmaleonem & Didonē & Annam. .C.lviii.

Elus qui & metres secūdū Seruiū appellatus ē: ut ait Theodon tius filius fuit Phœnicis: uir bello & armis insignis adeo: ut cy/prios littus phœnicū pyratica infestātes subigeret: quod Virgili⁹ in pſona Didonis pſūctorie tāgit dicēs. Genitor tā Belus oppimā: Va/stabat cyprū & uictor dictione tenebat.

De Pigmaleone filio Beli.. C.lix.

Igmaleon ut Theodontio placet filius fuit Beli regis tyri: & p̄re moriēte ut ait Iustinus una cū sororibus tyriis derelictus ē. Cui adhuc puero populus paternū tradidit regnum: hic uero auarissimu3

cū animū ad diuitias Sicæi patruelis sui iniecisset:illū dolo interemit
hoc solum scelus ex rege isto nobis reliquit antiquitas.

De Didone filia Beli & Coniuge Sicæi. C.lx.

Ido præcipuū matronalis pudicitiæ decus:ut Virgilio placet Be
li regis fuit filia.Hanc insignis formæ uirginē tyri Belo mortuo
Acerbe seu sicarbe uel sicæo herculis sacerdoti dedere in coniugē:qui
ob auaritiā a pigmaleone occisus est.Hæc aūt post longa fratris mē/
dacia:in somnis a uiro præmonita:sumpto uirili animo: pluribus ex
his quibus sciebat pigmaleonē exosū clā in suam sniam tractis:sum/
ptis nauibus fugam cæpit thesauris secum delatis.Et cum ī littus de
uenisset africum:ut placet etiam Titoliuio mercato ab incolis suaden/
tibus:ut ibidem sedem sumeret:tantū littoris quātum posset bouino
corio occupare:illudq; in cartā redactū & in frustra cōcisū occupauit
plurimū:& ostensis sociis thesauris suis:eisq; aīatis ciuitatē cōposuit
quā postea uocauere Carthaginē.Arceʒ uero eius a bouino corio qd'
sic uocitant byrsam nuncupauit.Ad hanc accessisse æneā ꝓfugū ui tē
pestatis impulsuʒ:& hospitio thoroq; susceptū ab ea: Virgilio placet
eamq; discedēte a se ænea:ob amoris īpatientiam occisaʒ. Verū Iusti
nus & historiographi ueteres aliter sentiūt. Dicit.n.Iustinus a musita
norum rege sub belli denuntiatiōe a prīcipibus carthaginēsibus postu
latam in cōiugē:quod cum ipsa rescisset:& sua se ante sniam ad oēm
casum pro salute patriæ dānasset ægre tulit:sed terminū impetrauit:
infra quē se ad uirum promisit ituram.Qui cum uenisset constructo ī
gēti rogo:in eminentiori ciuitatis parte:quasi sicæi placatura manes
illū cōscēdit.Et astātibus ciuib' atq; expectātib' qdnam factura esset
ipsa educto quē clam gesserat cultro dixit. Optimi ciues ut uultis ad
uirū uado.Seq; hoc dicto interemit:mortē potius eligēs q̄ pudicitiā
maculare.Quod ēt longe est a descriptione maronis.

De Anna Beli regis filia. C.lxi.

Nna filia fuit Beli ut uidetur placere Virgilio:qui illā sæpissime
Didonis sororem appellat:hæc didonis fugæ comes fuit:quam
postq̄ mortuā uidit:& carthāginē a Iarba rege occupatā:ut Ouidi'
dicit ubi de fastis ad Bathum regē corisæ insulæ: aufugit uetusti ho/
spicii cōfisa iure.Tādē sentiēs quia Pigmaleon arma aduersus eā mo
ueret hāc ob causā a Batho licētiata ītrauit mare:& tēpestatem passa
ubi cameren petere ītēdebat:ī laurētū littus delata ē.p qd' dū æneas
iā superato turno:cū Achate spaciādo deābularet:eo uiso fugam cæ
pit:tādē præstita ab ænea fide sustitit:& ab eo in regiaʒ deducta est:
cuius ob aduentū suspicata Lauinia ei tetendit insidias. Verum Anna
a Didone per quietem monita nocte regiam exiuit:& si satis potest ex
Ouidii uerbis concipi:in numicū flumen sese præcipitem dedit.Sane

fortior Ouidius ad ulteriora procedēs dicit: ꝙ cuꝫ postea exquireret & a perqrentibus pueniretur ad numicū flumen: uisum ē illis e fluuio uocē audiuisse dicentē. Placidi suꝫ nympha numici amne pemne latēs āna penna uocor. Post ipsuꝫ aūt Ouidiuꝫ dicit Macrobius in saturna lioruꝫ libro: aprili mēse publice & priuati sacrifacatū iri ut amnare & perennare comodi liceat.

De Europa Agenoris .v. filia. .C.lxii.

Vropa filia fuit Agenoris: ut per Ouidiuꝫ pꝫ: ex qua talis narratur fabula. ꝙ cū ob formositatē suam summe diligeretur a Ioue ab eo eodem Mercurius missus est: eiqꝫ imperatū: ut quæ cerneret armenta: in mūtanis phœnicū in littus īpelleret: quo cū puellis ludere consueuerat Europa. Quod cū Mercurius fecisset Iuppiter in candidum taurū transformatus: se armentis īmiscuit. Hūc cū cerneret uirgo pulchritudinis & mansuetudinis eius delectata: illū primo tractarē manibus cœpit: at inde eius conscendit dorsuꝫ: qui paulatim se in undas deducit: dum illam territā & cornibus atqꝫ dorso innitentē sensit natās in cretā transtulit: ubi in uerā redactus formā: eam opressit: & oppressuꝫ prægnantē fecit: quæ illi postea peperit: ut nōnullis placꝫ: Minoeꝫ Radamantū & Sarpedonem. Ipse uero in eius sempiternam memoriā tertiam orbis partē Europā ex eius noīe nūcupauit. Huius fabulæ figmētū adeo tenui tegitur cortice: ut facile possit apparere qd uelit. Naꝫ Mercuriū armenta depellēteꝫ in littus: ego eloquentiā & sagacitatē alicuius Lenonis uirgineꝫ e ciuitate in littus deducentē intelligo: seu mercatorē fictum se iocalia ostensurū: si nauē cōscenderet po licentē. Iouem in taurum trāsformatū uirginis delatorē iam apud deliras auiculas uulgatū est: nauem fuisse cui erat insigne albus taurus: qua quacūqꝫ fraude cōcessa: a uirgine illico remigantiuꝫ ope factuꝫ ē ut deferretur in cretaꝫ ubi Ioui cōiugio iuncta est: seu secunduꝫ Eusebiuꝫ in libro tēporuꝫ Asterio regi: ex quo ipse supra dictos filios asserit procreatos. Augustino tn̄ placet hunc nō Asterium sed Santuꝫ appellatuꝫ fuisse. Discrepant insuper de tempore: huius rapinæ plurimuꝫ autores. Cuꝫ sint: ut Eusebius refert: qui dicant Iouē anno Danai regis argiuoruꝫ .xl. europæ mixtuꝫ: eamqꝫ postea Asteriuꝫ cretensiuꝫ regem in cōiugeꝫ assumpsisse qui annus est mundi .m. dccc. lxix. Alii uero dicunt eā a cretensibus raptam: regnante argis acrisio circa annuꝫ mundi .m. dccc. lxxviii. Quidam auteꝫ uolunt eam raptaꝫ Pandione athenis regnante: āno .s. mundi .m. dccc. xvi. Quod quideꝫ tempꝰ magis conuenit eis quæ de Minoe eiusdem europæ filio leguntur. Huius imaginem egregiam ex ære a pitagora tarenti positaꝫ. Dicit Varo ubi de origine linguæ latinæ.

De Cadmo Agenoris .vi. filio: qui genuit Semelem.

Admus antiquorum omnium uulgata fama fuit filius Agenoris: quem una cu; phœnice fratre a thebis ægyptiorū uenisse: anno danai argiuorū regis.xvii.& apud tyrū & sydonē regnasse scribit Eusebius in libro tēporū: cū ut supra patet lōge ante ibidē uenit agenor peste pulsus: a quo agenorem patrem horū nō nulli uolūt duxisse originem. Qui Eusebius post hæc scribit: āno regni lyncei.xvi.cadmum armeniā occupasse: qd'a cylice factū supra memorauimus. Hic tamen ut scribit Ouidius: cū rapuisset iuppiter europā: ad ipsius p quisitiōe; ab agenore patre missus est: hac ei indicta lege ne absq; eā reuerteretur in patriā. Qui sumptis sociis cū quorsum q̄reret ignoraret: nouas sibi exquirere sedes statuit. Et cū haud longe a parnasso applicuisset: oraculum cōsuluit: & habito responso ut bouem sequeretur īdomitam & ibidem ubi consisteret sedes assumeret: q īdestinatū sibi locū duct⁹ acquieuit: & regiōe a boue uocata bœtia ciuitatis fūdamenta iecit: eā q; ab antiqs thebis ægyptiis: ex qbus p̄decessores ei⁹ aduenerāt thebas appellauit. Sane ut dicit Ouidius: dum uellet sacrum cōficere: & ex sociis quosdā misisset ut aquā afferrent: nec reuerterent̄: eos secutus cōperit a serpente īgenti deuoratos. Quē cū spectaret audiuit qa & ip̄e serpens īspiceret̄. Eo tāde; occiso monitu sūpto dentes illi euulsit ac seruit: & repente hoīes ī armis exorti sunt: & prœliū īuicem habuere spectante cadmo: nec ante cessauit prœlium: q̄; quinq; tantum supstites remanerent. Qui inita pace sese iūxere cadmo: & cepto operi adiutoriū præstitere. Palefactus īsup scribit eū spinga; habuisse coniugem: eandemq; ꝑpter zelu; hermionæ ab eo discessisse: & aduersus cadmeios bellum inisse. Sunt p̄terea qui uelint eu; secus hypocrene; fontem sedentem atq; meditāte;.xvi.litteraru; caracteres adinuenisse quibus postea omnis grætia usa ē. Sic & plinius ī libro naturalis historiæ: dicit eū apud thebas lapicidinas inuenisse: & auri metallorūq; cōflaturā: dato theofastus eu; dicat hæc apud phœnices fecisse. Verum longe post designatum tempus. Nam quod supra de eo scribit fuit circa annum mundi.m.dccc.v.hæc aūt circa annos.m.dcccc.xxxviii. Inde dicit Ouidius fuisse sibi cōiugem hermionē martis & ueneris filiā ex qua cōstat.iiii.genuisse filias: eidemq; hermiōi a uulcano uitrico exitiale monile cōcessum. Post hæc autem cum plurima ex nepotib⁹ & filiab⁹ euenissent īfortunia: ipse iā senex ab anphione & Zetho pulsus ī illirios abiit: ubi miseratōne deorū in serpentes ip̄e & hermiona uersi sunt. Huius historia fabulosa aliqua habet īmixta quorū uidere sensum superest Serpentē igit̄ marti sacrū: Ego sene; hominē atq; prudentem olim armigerum & bellicosum intelligo uerbis suis: &

pcontationibus: cadmi socios detinẽtes: cuius cõsilio: quod ego p dẽtes assumo inter incolas seminata discordia ẽ: q aduersus eũ ipingæ ĩ pulsu surrexerant. Ex qua repẽte sumptis aduersus se armis in pugnã deuenere: quorũ princeps attritis cede popularibus cũ cadmo in concordiam deuenere: & ex incolis atq3 forensibus unũ fecere populũ. qꝑ aũt ipse exul cũ cõiuge serpens effectus sit: eos designat factos esse lõgeuos: prudẽtes. n. more serpentus suut senes: & rerũ experiẽtia cauti: & ætate annosi: & si etiã æuũ impulerit: & subsidia desint ritu serpentus curuo incedunt pectore. De tempore aũt huius regni etiã dis/cordes fuere ueteres. Dicit. n. Eusebius in libro tẽporum anno regni Abantis regis argiuorum. viii. qui fuit mũdi annis. m. dccc. xxvii. cadmus ab Amphione & Zeto regno pulsus. Nec multũ post dicit regnãte argis acrisio cadmũ regnasse thebis: cum acrisius abanti successerit quod tamen esse potuit circa annum mũdi. m. dccc. lxxv. Cui tempori cõgruit quod postmodus idem scribit Eusebius. s. Acrisio argis regnãte: ea fuisse quæ de spartis memorantur. Quos dicit palefatus qꝑ cum proximarus essent regionus aduersus cadmus subito constitisse: & pp repentinos contractus quasi de terra natos: & quia ex omni confluxissent parte spartos uocatos. Sed tamen male conuenit tempori quo supra raptam diximus europam. hi ueritatem comperiant: quibus ma/gis est curæ: ego autes nil amplius reperire potui.

De Semele filia Cadmi. .Ca. lxiiii.

Emeles Cadmi filia fuit & Hermionis: ut satis per Ouidiũ p3 in maiori uolumine. Hãc ex Ioue prægnantẽ cũ ægreferret Iuno: ei in uetulã beroẽ epidaureã transformata suasit: ut experiretur nũqd amaretur a Ioue: ut ab eo postularet ut secũ prout cũ Iunone cõcuberet. Quæ cũ Iouem per stygias undas iura cõpulisset ut sibi postulata concederet: petiit ut secum prout cum Iunone iaceret. Iuppiter aũt dolẽs quia iurasset: sumpto minore fulmine eã percussit: & mortua ẽ eiq3 ex utero nõdum perfectus infans eductus est: q bacchus postea fuit. Figmenti huius ego ueritates puto: hanc fœminam prægnan/tes ut ipsa sonat fabula fulmine pcussam: nõ enis ignis Iuppiter Aeri idest Iunoni miscetur nisi per fulmen ad inferiora descendens.

De Agaue filia Cadmi. C. lxv.

Gaues: ut satis notũ ẽ: Cadmi & Hermionis fuit filia: quã Cadmus Echioni uni. s. ex sociis: q illũ iuuere thebas ponere mr̃imonio cõiunxit: ex quo ipsa concepit & peperit filium: quẽ uocauere Pẽtheũ elati animi iuuenẽ: Qui cũ sacra bacchi sperneret celebrantibꝰ matre & sororibus & aliis ab oĩbus ĩ furiã uersis: occisus est. Dicebat Leontius Pentheũ hunc abstemiũ fuisse: & ob id a temulẽta matre & aliis occisum: quia sæpius ebrietatem & temulentiam dãnasset earum

De Auctonoe filia Cadmi Cap.lxvi.

Vctonoe Cadmi & Hermionis fuit filia: ut ait Ouidi⁹. Hæc Aristei fuit cõiunx: & ex eo peperit Atheonem.

De Inoe Cadmi filia Cap.lxvii.

No æque Cadmi & Hermionis: ut ait Ouidi⁹: fuit filia: quæ cũ nupsisset Athamãti Eoli filio: eiq; Learcũ & Melicertẽ pepisset: cũ ab insano patre Learcũ uidisset occisum: sibi timens & reliquo: ex prærupto saxo se præcipitẽ dedit in mare: ex quo aũt eã marinã deã leucotoem factã & melicertẽ palemonẽ miseratione Neptũni. Credo ego loca illa fuisse: ad quæ necata cadauera mare detulerit: & delatis ad solatiũ superuiuentiũ imposita deitatis noĩa. Seu potius: ut infra legitur đ learco & melicerte.

De Labdaco septimo Agenoris filio: qni genuit Laium Cap.lxviii.

Abdacus: ut dicit Theodontius: iunior fuit filiorũ omniũ Agenoris. Qui cũ audisset fugatũ fratrem & Amphionẽ propria manu peremptũ: & Lycũ occisum ab Hercule: ab amicis sollicitatus p̃cibus: ut syria relicta ueniret in græciã: cũ eẽt ob seniũ nimis inhabilis ad laborẽ Laium ex filiis iuniorẽ transmisit. Qui confestim occupato regno rex dictus ẽ. Paulus aũt dicit Labdacũ phœnicis fuisse filium senẽq; thebas uenisse uocatũ: & ibidẽ regnasse aliquandiu: & Laiũ filium genuisse.

De Laio rege thebarum Labdaci filio: qui genuit Oedipum Ca.lxix.

Aius thebarũ rex fuit: & ut satis đmonstratũ ẽ Labdaci filius: q seu ex phœnice missus uenerit thebas: seu ibidẽ natus sit: regnans Iocastã Creõtis thebani filiã sũpsit uxorẽ. Quã cũ audisset cõcepisse: consuluit de futura prole oraculũ: & in responsis habuit se nasciturí manu periturũ. Qui uolẽs consilio obstare periculo: iussit Iocastæ: ut quicquid nasceret̃: exponeret. Quæ cũ mœsta infantem fecisset exponi: altus ab extero dũ adolescens patrem exquireret: & ab oraculo se andiuisset illũ apud phocĩ inuenturũ: cũ uenisset ibidẽ patrẽ incognitũ: seditionẽ ciuiũ & exterorũ seperantẽ occidit: & sic Laius occubuit.

De Oedipo filio Laii: qui genuit Antigonã & Ismenam & Etheoclen & Pollynicem Ca.lxx.

Edipus Rex thebarũ fuit: & Laii filius & Iocastæ: ut in thebaide testatur Statius. Hũc iussu patris: ut supra dictũ ẽ: a matris utero in siluas abiiciendũ feris delatũ dicunt. Quem cũ deferrent ꝑui eius: ætati innocuæ cõpatiẽtes: nõ abiecerũt iuxta mãdatũ: qnĩmo p foratis ei pedib⁹ arbori uimine alligarũt. Ad uagitũ cui⁹ tract⁹ pastor

quidā polibi coryntkiorū regis: eum ab arbore abstulit & ad polibiū detulit. Qui cū filiis careret patria affectione suscepit: & filii loco educauit. Is tamen cū adoleuisset audissetq́; se nō polibi filium perquirere patrem disposuit: & cū apollinē cōsulnisset accepit se phocis patrem repturum: & matrē sumpturū in coniugem. Qui phocim ueniēs orta inter ciues forensesq́; seditione dū faueret forensibus Laiū conantem sedare tumultū incognitū interemit. Tandem tanq́; ab oraculo lusus thebas petens: Spingem inuenit quā solutis problematib' cū occidisset: thebas intrauit: ubi filius polibi creditus: illi iocasta mater cōiugio iuncta est: quā libens sumpsit meroes olim polibi cōiugis: quam matrē suspicabatur timēs cōiugium: & rex thebarū factus: &. iiii. filiorum ex iocasta pater: orta letali peste thebis: habitū ē ab oraculo: nō defuturā ciuitati pestem: in regnātis exilio: incestuosū iocastæ coniugium purgaret. Sane dum hæsitaret iam īfœlix uenit cotrinthius unus cū polibo mortuo in regnū uocans. Qui dū se matris nuptias timere diceret quonāmodo corinthū deuenisset audiuit a sene. Quod cū audiuisset Iocasta memor quæ a seruis audiuisset: q illū detulerāt inspectis eius pedibus eum extēplo recognouit in filiū. Quod ille audiens & a se Laium patrem occisū cognoscēs: dolore pcitus sibi manus iniecit in oculos: eisq́; eiectis se ppetuis dānauit tenebris. Filii uero discedentes eius spreta humilitate uenientes ī bellū: & inde in mutuā mortem Iocasta iam gladio pempta mœstus dolēsq́; altera filiarū ducēte exul creontis imperio in cyteronē montē abiit. Quo aūt inde abierit mihi īcognitū ē. Sibi tñ ab atheniēsibus nescio quo merito tēplum & sacra tanq́; deo: Valerio referente constituta sunt.

De Antigona Oedipi filia. C.lxxi.

Ntigona: Statio teste Oepidi & iocastæ fuit filia: Hæc patri cæco & in exiliū a creonte pulso ducatū miseranda pstitit: inde eū ad exibendas ultimas lacrymas fratribus: & officiū funebre nocte aduersus creontis imperiū uenisset. ibiq́; argiam pollynicis cōiugem cōperisset. Cremarētq́; ambæ cadauera fratrum cum argia capta ē: & iussu creontis occisa.

De Ismene filia Oedipi. C.lxxii

Smenes Oedipi fuit filia: ut asserit Statius: De qua nil habetur nisi ꝙ cuidam Athy iuueni Cyrreo desponsata fuerat: qui ante nuptias a Tydeo occisus est.

De Etheocle Oedipi filio & Iocastæ. C.lxxiii.

Theocles Oedipi filius spreta pr̄is hūilitate: hīta cum pollynice fr̄e de regimine regni sub hac lege cōcordia: ut uicissim singulis ānis altero interim exule regnarent: repetito a pollynice exule p Tydeum amicū regno: non solum seruare legē uoluit: sed insidias Tydeo

legato posuit. q̄ obrem septem regum obsidionem passus est: & demū in duellū cum fratre ueniens: ab eo iam uictus illum cultro transegit: & sic mutuis cecidere uulneribus: nec eorūdem ignes cremantes cadauera: fuere concordes.

De Pollynice filio Oedipi: q genuit Thessandrū. .C.lxxiiii

Ollynicē Oedipi fuisse filiū & Iocastæ notissimū est: hic cū fratre ut proxīo supra inita de regimine pactione: primus in exiliū tendēs agentibus hymbribus & uento nocte argos intrauit: & cū sub regia porticu quiesceret: adueniente Tydeo qui exul patriā fugiebat ītrante eo sub porticū: aduersus eum surrexit in rixā: & ut supra dictum ab Adrasto rege pacati: & in regiam deducti sunt: & eius etiā generi facti. Tractu aūt tēporis cū Tydeus sub legationis noīe pro pollynice etheocli regnū postulasset frustra: eiq̄ cōtra ius gentiū in mortem insidias ab Etheocle sibi positas cōperisset. Eo itū est: nato iā ex argia Pollynici paruulo filio: ut Adrastus cōgregatis argiuis principibus: aduersus Etheoclē & Thebanos iret in bellū: ubi hiatu terræ absorto āphiarao: & Tydeo sagitta letali uulnere icto: reliquisq̄ pemptis uariis mortibus pugnādo regibus actū est: ut in singulare certamē deuenirēt fratres: In quo cū iā uictor uideretur Pollynices: clā a fratre iacēte trāsfixus est: & sic ambo mutuis uulneribus periere. Quorū tā efficax atq̄ īflexibile odiū fuit ut etiam eis mortuis inter cadauera pseueraret: Nā eis in eodē rogo ab Argia pollynicis cōiuge: & antigona sorore positis: nō primo ignis acēsus est q̄ diuisæ sint flāmæ: adeo ut liquido appareret cadauera recusare uno eodē igne comburi.

De Thessandro Pollynicis filio. .C.lxxv.

Hessander Pollynicis fuit filius ex Argia: Statio teste: Qui cū robustus euasisset iuuenis inter proceres cæteros: ad troianū excidium iuit cū græcis. Et ut ait Virgilius unus fuit ex illis qui cū ulixe ligneum equum intrauere: qd tandem ex eo fuerit non cōperi.

De Scyta. xiii. filio primi Iouis. .C.lxxvi.

Cyta: ut Plinio placet in libro de historia naturali: Iouis fuit filius: de quo nil aliud legimus: præter q̄ ipse asserit Plinius eū. s. arci sagittarūq̄ reptorem primū fuisse. Quē longe antiquiorē sacræ testantur litteræ. Ex quibus sumitur Lamech sagittarium extitisse.

Vpererat de stirpe ætheris celius quem ut sequēti libro daret initium reseruare satius uisum est.

Genealogiæ deorum gentilium Liber Secundus Explicit.

Genealogiæ Deorum Gentilium Liber Tertius Incipit.

Vlcanti mihi exiguo cortice errorũ uetustatis salũ
Et ecce inter aspreta scopulorum & frequẽtia freta
grãdeuus senex.numerius philosoph⁹ uir qdẽ suo
sæculo auctoritatis ĩclitæ se obtulit obuiũ: & placi
da satis uoce sermõeq; cõposito iqt. Quid labore
tuo numina ledis:ubi qete illis poteras placuisse:fu
it olĩ mihi q̃ tibi nũc cura ẽ:theologizãtiu;.s.poetarũ claustra uulgo
ẽt r̃serare.Et dũ Eleusiorũ sacrorũ archanũ totis uiribus ĩ propalatũ
trahere conarer.Ecce sopito mihi inquiete ꝓfũda:uisæ sunt Eleusinæ
deæ meretricali ornatu uesteq; deturpatæ ipsis fornicũ ĩ faucib⁹:se q
buscũq; adeũtibus prostrãtes ultro.Quod cũ uideretur dignitati ĩde-
cens:nimiũ mirareturq; tam pudicas deas in tam prophanũ meretrici-
um corruisse.repẽte quæsiuit:tã ĩepte ignominiæ causam.Ast ille tor
uis oculis & rugosa frõte:ĩ me uersæ irato uultu uerbisq; cæpe:Quid
leno scelestẽ poscis:tu tã obsceni facinoris cã es.Excessu qdẽ nostræ
integritatis atq; pudicitiæ renitentes in crinibus captas abstrahis:& ĩ
publicũ lupanar tu ipse castissimas olim passim subiicis. Ego aũt & si
sumno plurimo marcerem:non aliter q̃ uigilans intellexi: ĩdignãtes
illico & cognoui dormiens:quod uigilando nõ uiderã:sacra scilic; mi
steria paucorũ esse debere:& extẽplo a cæptis destiti:ne ĩdignationẽ
acriorẽ incurrerem.Tu autem longe plus cupiens:q̃ tibi cauẽs uerti
ginosum intrasti gurgitẽ:& quod omisi præsumis ipse: sino nunquid
credam tm̃ tibi luminis præstetur ingenii quantũ operi tam sublimi:
opportunũ sit:& hoc tacuisse nolim.Caue quid feceris iam ꝑmonitus
Crisitones ob læsam cererem periclitatus est.Pentheus bacchi sacra
despiciẽs:capite mulctatus a mr̃e pænas dedit. Niobes ob uilipẽsã la
tonã perditis filiis & uiro in silicẽ riguit:& ne plures enumerẽ tu for-
san credis deorum aulas ĩpune reserare uulgo? Deciperis & ni desistas
eorũ iram nõ antequam experiaris agnosces:tũ ego & si æstuãtis ma
ris obsisteret impetus:paululum tamen substiti:dixitq; Quibus te ar
boris quæso nimiũ hos ĩter scopulos euehis? Ab ĩferis arbitror. Odo
re eĩ sulphureo cuncta reples & os inferna caligine fuseris:& hæc ue-
teris infausti plutonis mandata sint credo:quasi christiano hõi uti ia;
dudũ gẽtilibus cõsueuerat:talibus timorẽ putet incutere. Ille quidem
ueteres cecidere cathenæ:& arma hostis antiqui cõtrita sũt.uicin⁹ ꝑ
cioso redẽpti sanguine:& in eo renati lotiq; suas decipulas ñ curam⁹
Attamẽ ego dearum tuarũ nõ resero thalamos:nec deorum tuorum
secessus aperio quasi uelim illecebras eorũ magis ex ꝓpĩquo conspice
re:sed ut appareat poetas:si bene d'deo sensissẽt hoĩes fuisse ꝑclaros

& ob mirabile artificium uenerandos: & ut uideas q̄tipendam hos tu os fabulosos deos similem stratonico sibi iram alabandi imprecanti & hercul' ĩmolestum exoranti precem faciaꝫ. Ipsi ergo oẽs quorũ tu me ortaris iram fugere mihi irati sint quæso. Tibi autem illisq; & tam in/ epta credentibus christus ihesus his dn̄s e uestigio euanuit ille. Ast e go attentus nauigio in æгeum euehar mare: cæli prolẽ perquisiturus amplissimã. Ille autem iter prestet placidum: q ex Sabæis magos ad se orãdũ atq; muneribus honorandũ stella duce deduxit in Syriam.

De Cælo Aetheris & diei filio: qui genuit. xi. filios. Dato q̄ in presen ti tertio libro de. viii. tantũ tractetur. Vt puta de Opi. de Thetide ma gna. de Cerere prima. de Vulcano primo. de Mercurio tertio. de Ve/ nere magna. & de Venere secunda. & de Toxio. .C. I.

Aelum nõ illud quidẽ prægrãde corpus ꝯornatũ syderibus: qđ dicebat orpheus a phanete cõpositũ: in domiciliũ suũ atq; alio/ rum deorũ: & q̄ nos semp ambire circuitu cernimus. Verũ hõ quidã sic uocatus: ut ait Tulli' ubi de naturis deorũ: fili' fuit aetheris & diei idest ignite uirtutis & claritatis eximiæ: a qbus eius nomen ꝓcessit in lucẽ. Et q̄ hõ fuerit: satis in libro diuinarũ institutionũ p Lactantiuꝫ pꝫ: dicit. n. sic in sacra historia: repi Vraniũ potentẽ uirũ: Vestã ha buisse cõiugem: & ex ea Saturnũ atq; Opim & alios suscepisse: q Sa/ turnus cum regno potens efficeretur: patrem Vraniũ cælum appella/ uit: & matrem terram: ut hac mutatione nominũ: fulgorem suæ origi nis ampliaret &c. Huic præterea ut in sacra historia dicit Ennius Iup piter nepos eius primo in panæo monte arã statuit atq; sacrificiũ ado leuit: & ab eo cælũ ipsum uerũ denoĩauit. Euemerus uero dicit hunc cæliuꝫ seu cælũ in oceano mortuum: & in oppido aulatia sepultum.

De Opi prima Cæli filia & Saturni cõiuge. .C. ii.

Ps seu Opis: ut placet Lactantio libro diuinarũ ĩstitutionũ filia Cæli & Vestæ: & Saturni fratris cõiunx: & Iouis aliorũq; pluri mum deorũ mr̄: q̄obreꝫ apud orbos: orbis plurimũ uenerationis ob tinuit. Sane seu antiq theologizãtes ad suos palliãdos errores fecerit seu ad occultandũ uulgo fictionibus magnarũ rerum ueritatẽ ut præ tactuꝫ ẽ. Seu potius ut Ioui adularentur maxĩo regi: historia obmissa Hanc miris fictionibus ornauere: atq; illam ex eis extullere: adeo ut loco maximi numinis coleretur a multis: eiq; templa & sacra sacerdo tesq; uariis constituerentur in locis : de quibus ut distinctius uidea/ mus apponẽda sũt aliqua. Prĩo eã deorũ dixere matrẽ: eiq; cõstituer̄ quadrigam: a leonibus tractam eiusq; capiti turritã descripsere coro nã: & sceptrũ manib' addidere: Veste præterea ramorũ circuitioĩb'

& herbarū cōspicua ornauere: illāque īcedētē sacerdotes: quos eo q eunuchi ex īstituto essent gallos uocauere: tympana tāgētes: & æra præcedere demōstrarunt: eiusq; ī circuitu sedes uacuas posuere: & chorybātes armatos illā ābire uoluerūt. Quid ex his tot senserit ui deamus. Deorū enī mater ideo habita est: quia terrei sunt homines: qui ab hōib' dii facti sunt. Turita uero corona qua insignita est satis pro terra sumēda ostēdit: cū sit terræ circuitus: ciuitatū & opidorum ad instar coronæ insignitus. Vestis autē ramis herbisq; distincta mō strabit siluas: et fructeta & herbarū species īfinitas quibus terræ sup ficies tecta ē. Sceptrū autē quod manibus defert regna diuitias & po tentiam imperātium sup terra monstrabit. q quadriga uehatur cū sit īmobilis. Intellexere ordinem in operibus terræ per. iiii. anni tēpora: circulari quodā incessu seruari cōtinue. Cur autē a leonibus trahat: ratio hæc reddi potest. Voluere quidē agricolarū in tardēdis terre se minib' cōsuetudinē demōstrare Cōsueuere quidē leones ut solin' ī li bro mirabilum dicit: si per puluereū solū inter faciāt: cauda pedū su orum uerrētes turbare uestigia: ne uenatoribus sui itineris prestēt in dicium. Quod & agricolæ seminibus iniectis sulsis euestigio faciunt re tegētes: ne semē surripiatur ab auibus. Præterea cū sint ossa leonibus ossibus cæterorū aīaliū duriora: intelligi uoluerūt: uertētiū terram mēbra esse oportere solidiora: q cæteris. Vel potius ut ostēdatur p leones: quos quadrupedū reges dicim': iugo opis subditos: orbis prī cipes: terræ legibus esse suppositos. Sedes autē uacuæ illi circūpositæ existimo: nil aliud uelit q ostēdere: quia non solū domus sed ciuitates quæ īcolentiū sunt sedes uacuentur: psæpe peste agente uel bello: seu quia in supficie terræ uacuæ sint sedes plurimæ. i. loca inhabitata. Seu quia ipsa terra semp sedes seruet uacuas nascituris. Seu ad demōstran dū q hii ad quos pertinet terræ cultū: non dico de agricultoribus tā tū: sed etiā de principibus qui ciuitatibus & regnis psunt: nō debēt se ocio & īepte quieti concedere: qnimo stare continue & uigilare: cū de nouo sēper emergant quæ exercicio talium īdigeant. Chorybātes autem has armatos ābire designauerūt: uolunt unūquēq; mortalium pro patria se debere bellis exponere: & arma Pro salute patriæ sume re. Gallos autem sacerdotes habere: ob id cōtigisse dicunt: q cū deū mater: athym decorū adamasset puerū: eūq; cū pellice cōpisset: zelo pcita illi abscidisse uirilia: & ob id sil's sacerdotes appetere quos gal los a cōtrario sensu dixere. Sane per dilectum athym uult macrobius saturnaliorū libro solem intelligi: qui anno quolib& iuuenescere uide tur: & adeo a terra diligitur: ut in se eius suscepta influentia quas cer nimus herbas flores: & fructus pariat. q eum castrauerit hoc ideo si ctū credo: quia certo anni tēpore: solis radii uideantur steriles esse:

& potissime circa autūnū & hyemem : ī quib⁹ tēporib⁹ nil gigni uide
turab eis. Velut dicit ꝓphyrius : athys flos ē a terra dilectus tāq̄ or
namētū suū : q tunc a terra castratur : cō ueniente fructu flos decidit.
uel si cadat ante fructū nō sit ulterius ad fructū apt⁹ : ꝙ hi sacerdotes
tympana ferāt : & æra : uolūt pro tympanis quæ uasa sūt semisperica
& semp bina ferūtur : duo intelligi emisperia : terræ : in quibus ābob⁹
ut nō nulli opinati sūt terre opus ostēditur. Per æra uero intelligi uol
uerūt īstrumenta ad agriculturā accōmoda : quæ quondā anteq̄ ferri
usus ī ueniretur ex ære confici consueuerant : Hanc præterea multis
nūcupauere nominib⁹ : de quib⁹ non nulla significata exposita supra
sūt : ubi de terra & certa hic sūt cū aliquibus deab⁹ cōmunia : de qbus
in sequētibus dicetur : & ob id quæ sua sunt propria censui apponēda
Vocāt igitᷣ eam Opim : Berecīthiā . Ream. Cybelem. Almam. & ma
gnā Palē : Opim autē ideo uocitatā uolūt : ꝙ ut ait Raban⁹. opeꝫ fe
rat frugib⁹ : & ope melior fiat : Berecinthiā autē dicit fulgētius uocita
taꝫ quasi mōtiū dominā : eo ꝙ deorū sit mater : q ꝓ mōtib⁹ ītelliguꝫ
sᷣ. i. elatis hominib⁹. uel ut placet aliis & mihi aberecynthio mōte seu
opido phrygiae ī quo ꝑsancte colebatᷣ ab īcolis. Rhea autē eo ꝙ idē
græce sonet quod ops latine. Cybelē uero uoluere nō nulli eā a cyba
lo quodā denominatū : quē primū illi sacerdotio fūctū aiūt. alii uero a
cybalo oppido ī quo dicunt sacra eius fuisse cōpta. Quidā uero dictaꝫ
uolūt a. Cybel : quod capitis motū sonat : q plurimus ī sacris eius fie
bat. Almā autē ab alēdo nō nulli credidere dictā. eo ꝙ suis fructibus
omnes alat. Paleꝫ autē eā uocauere pastores : & pabulorū dixere deā :
eo ꝙ gregib⁹ & armentis pabula prestet.

De Tethy magna Cæli secunda filia.
Et Oceani coniuge. Cap. iii.

Ethyn magnā dicit paul⁹ a crysippo traditū filiā fuisse Caeli at
q̄ Veste & Oceani cōiugē. ꝙ quidē Lactāti⁹ asserit eāq̄ matrē
dicit fuisse nympharū. Verū ꝓui⁹ eā uocat Dorī ꝙ arbitror a uirgilio
sūpsit dū dicit Sic ubi cū flct⁹ subterlabere sicanos. Doris amara suā
nō ītermisceat undā &c. In his igitᷣ cū nil historiographū habeat alle
goric⁹ sēs⁹ uidēd⁹ ē. Tethys ꝓcul dubio aqua ē quā dicit Crysipp⁹
ui feruoris cælestis e uiscerib⁹ eductā terræ : & sic ex cælo n̄ hoīe Ve
staq̄. i. terra natā. Doris autē amaritudo īterpretatᷣ : quæ qdē solᷣ agē
te freuore aq̄ marine ut physici testātᷣ addita est : ꝙ expiētia notū ui
detᷣ. Nā ut aiūt nautæ. Salsedo illa supficiei aquæ maris tātū īmixta ē
cū īfra deceꝫ passus dulcis īueniatur. Sed quid ꝙ eam oceano coniu
gē iūgit : cū oceanus aqua sit. & sic idem uideatur uir & uxor. Credo
hoc fingētes sensisse : oceanū accipi debeᷣ ꝓ elemēto aquæ sīplici ꝙ
quidem agens creditur ubi aquæ actio requiratur. Tethym uero

pro aqua elementata seu mixturā aliorū elementorū habente: Cuius mixtionis opera potest cōcipere & nutrire. Seu cū utrūq; sexū diis ēe describant: ut ualerii ferrani carmine patet dicentis. Iuppiter omni nipotens regū rex atq; repertor. Progenitor genitrixq; deū deus unus & idem &c. Volūt cū agat aliquid aqua eam uocari oceanū: cū uero patiatur tethym. Seneca autē ubi de questionibus naturalibus scribit aliter uidetur sentire: dicit enim: aquā uirilē uocant maro: muliebrē omnē aliam. Vocauere aūt eam tethym maiorē: ad differentiam the tis matris Achillis: quam nympham uoluere ueteres: nō maximā deā nisi & nimphas ut qñq; sit dixerimus deas. Hæc autem magna thetis multos ex Oceano peperit filios: de qbus postea.

De Cerere Prima. Cæli Secunda filia quæ peperit Acherontē. C.iiii.

Eres ut placet Lactantio in libro diuinarū institutionū filia fuit Cæli & Veste. Hanc dicit Theodontius sicani uetustissimi sicilie regis fuisse cōiugem: siculosq; primū frumēti docuisse usū: & sicano plures peperisse filios: nullum tñ nominat. Hanc præterea testimonio pronapidis dicit Acherontē fluuiū peperisse: & ob hoc ex ea talē re citat fabulam. Eam. s. cōcepisse & rubore excrescentis uteri: in abditā crete specū secessisse: & ibidē Acherontē peperisse: qui nō ausus lucē aspicere defluxit ad inferos: & ibidem infernalis effectus est fluuius.

Cuius fictionis ipsemet Theodontius talē explicat rationē. dicit. n. pro cōstanti habitum cererē suasisse saturno fratri ne titano regnū ali quo pacto restitueret: & aduersus cōditionē inter titanū & saturnū initā: quos saturnus filios masculos procreauit. clā nascētes surripuis se: una cū Vesta matre atq; educasse. quod cū detectū esset. & audisset saturnum opēq; a Titano detineri captiuos: sibi timens: in cretā abi ens latebras petiit: nec ausa est cōparere: donec certior facta ē: Iouē uictoria liberasse parentes. Ex quo Cererem cōcepisse uoluit Pronapi des dolorem ex captiuitate fratrū: eūq; ĩ specu. i. in latebris peperisse idest emisisse seu reliqsse: dū uictoria Iouis læta ta uenit ĩ publicū. Eū aūt Acherontē dictū ab a quod ē sine: & cherō gaudiū: nā absq; gau dio ē qui dolet: & iodeo lucē uidere noluisse dicit. quia dolentes ut plu rimū deiectis in terram oculis recessus appetūt: & obscura loca. Ibi enim ĩfernalis fluuius factus ē: quia apud inferos nulla unq; sit lætitia. nec illi iō pater ascribitur: quia nostra tantū existimatione procreatur

De Acherōte ĩfernali fluuio Cereris filio: Qui genuit sex filios. s. Alecto. Thysiphonē. Megeram. Victoriam. Aschalphū. & Stygem.

Cheron ĩfernalis fluui⁹ absq; patre: Cereris fuit filius: ut premō

stratuꝫ ē. Hūc Paulus titanis & terræ filiū dicebat: & ob id a Ioue de iectū ad inferos. quia sitientibus titanis lipadas pstitisset aquas. Sane noster Dantes in prima sui pœmatis parte quæ ĩfernus dicitur: aliter de origine huius sentire uidetur. Dicit. n. in sumitate idæ montis cretē sis: statuā esse ingentē cuiusdā senis. cuius aureū caput ē: pectus uero & brachia argētea: corpus & renes ex ære cōfectos: tibias atq; crura & sinistruꝫ pedem ex electissimo ferro factū: dextruꝫ aūt pedē ex ter ra cocta consistere: & in eū fere corporea moles: omnis ĩ romā uersa ĩniti. Et has oēs partes præter aureuꝫ caput rimulas habere: ex qbus effluunt guttæ aquæ seu lacrymæ: quæ collectæ & p cauernas ad infe ros descendētes flumen faciūt acherōtis. Sꝫ quid sibi tam uarie uelint fictiones uidendū ē. Cur Cereris dictus sit filius premonstratum ē. ꝙ titanis & terræ fuerit etiā cōcedi pōt: ubi titanum soleꝫ intelligere ue limus. ut etiam ueteres uoluere: & sic nō nulli opinati sunt: agente ca lore solis aquas maris trahi in uiscera terræ: & ex eis a frigore terræ dulcoratas: effluere. & sic cū sol cām dederit eius filius dici pōt. ac il lius cuius uidetur uterū exire. Qd' inferorum sit fluuius hoc mō po test accipi: sunt eĩm fluuii duo quibus acheron nomen ē. Vnus quidē apud molossos defluit: ut dicit Titus liuius: & in stagna quæ inferna uocantur effluit: & ex eis in thelespontiū sinum mergitur. Alter uero apud lucanos fluens morte Alexādri epirote insignis in inferū cadit: & sic horū ad inferos unusqsq; descendit. Nā q apud molossos ē in re gno quondam Plutonis qui deus inferni dictus ē: eo ꝙ ab oriēte sole factum esset inferior uagatur. Et sic si in regno Plutonis est: in inferno est. Attamen de secundo sic sensere quidaꝫ. Afferunt quippe priscis tē poribus græcis fuisse cōsuetudinē: dānatos exilio in italiam mittere. seu ipsi exules sua sponte uenire: quam eo ꝙ apud inferum mare dice bant: seu quia inferior græcia ab ortu sit solis: iō & flumē & dānatos esse apud inferos testabantur. ex quo uolunt locū fabulæ adinuentum cū etiam ethymologia nominis fluuii faueat fictioni: cū sonet sine gau dio uel salute: quasi exules patria pdita absq; gaudio uel salute essent: Qui uero aliter senserunt ut Seruius: & post eū Albericus dicūt ache rontem fluuiū nō esse: sꝫ solū italiæ. uerū de hoc alias. Dantes aūt no ster de uero acheronte infernali intelligit & dicens quia in creta ĩsula senex sit statua ex uariis metallis adannata syrie ciuitate ĩ Romā uer sa intendit loci cōgruentiā origini designare: & tēpora causasq;. Sed primo de loco uideamus. Dicit ergo statuam senis seu seneꝫ stare erec tum: ut p hunc intelligamus humanū genus: quod adhuc stat esto an tiquum sit: & stat in mōte Ida. Ida. n. idem ē quod formositas: p quaꝫ sentire uult formositatem tēporalium rerum: quam ut perituram desi gnet dicit. olim montem illum letum: hodie uero tristem atq; desertū

In mōte aūt cretēsi dicit: eo q Creta īsula triptiti orbis media uidea tur. nā illi ab arctoo ægeum est mare: & ab occiduo Ioniū seu myrte nū q̄ europæ sunt maria. A solis ortu est illi ichareū mare: atq; carpa tiū seu ægyptiū: q̄ asiatica maria sūt. A meridie uero & occiduo affro allitur ponto. & sic tribus orbis partibus terminus ē: ut ītelligamus ñ solū unā harū partiū: sed omnes operam dare ut acheron cōcreetur Ipse aūt ex guttis cadētibus. i. ex criminibus & operibus prauis fluxis q; antiquarū ætatū: & presentis cōfectus ē olim: & cōficitur hodie: ut sentiam' ex criminibus mortaliū amitti gaudiū sēpiternū. Veruȝ ut appareat: quia nō oīs ætas ī hoc cōueniat: aureū caput solidū eē dicit ut p illud intelligatur innocentiæ primi parentis tempus: & nostrū dū renati baptismate in infantia simplices perseueremus. Demū uenit ar/ gentea: quæ & si corporeis uiribus uideatur ualidior: uitiis tamen effi citur uilior. & sic argentea scissa rimis. i. criminibus. Tandem tertia se quitur prioruȝ sonorior: & operū longe deterior: & hæc æquo modo scissa est: & in augmentuȝ agit miseriæ. Inde sequitur ferrea fortior re liquarū etiā prior & obstinatior. Vltimo sequitur testea: ī quā oīs mo les corporea īclinatur: & per quā mortaliū fragilitas: & seniū designa tur: & hæc scissa ē. Ex quibus quidē scissuris: fit ut lachrymæ effluāt faciētes acherōtē. i. gaudii pditionē: ex qua acqsitio tristitie sequatur necesse est: ut stygis habeatur origo: & ex tristitia: doloris īcēdiū: qui phlegeton ē. Et ex hoc luct' miseriæ: frigiditas sempiterna quā cocit' significat. Quod aūt adamiata ī romā uersus sit describit humanū gen' quod in cāpo damasceno: pricipiū habuit romā regnoruȝ mundi ulti mā. i. finem suum prospiciat.

De furiis filiabus Atherontis in generali. C. vi.

Vrias tres esse omnes uidētur uelle poetæ: de quibus ī generali libet pauca præfari: ut de particularibus sūmatur facilius intelle ctus. Prīo igitur eas dicūt acherōtis fuisse filias atq; noctis. q acherō illis pater fuerit testatur Theodōtius: q autē ex nocte matre natæ sit carmine patet uirgilii dicētis: Dicūtur geminæ pestes cognomie diræ Quas & tartareā nox intēpesta megerā. Vno eodēq; tulit partu &c. His īsuper plura esse nomina uoluere. Nā apud īferos eas uocari dixe re canes: ut uidetur uelle Lucanus dum dicit. Iam uos ego nomine ue/ ro. Eliciam stigiasq; canes in luce superna. Destituā &c. Apud morta/ les furias ut ab effectu pȝ p uirgilii carmē. Ceruleis unum đ crinibus anguem. Conicit inq; sinu precordia ad intima subdit Quo furibunda domuȝ monstro permisceat omnem. Eumenides etiaȝ apud nos appel lari dicuntur: ut per Ouidium patet dicentem. Eumenides tenuere fa/ ces de funere raptas &c. Et hoc apud nos factū ī infortunato cōiugio satis cōstat. Diræ etiā appellātur: & hoc apud superos: ut ait Virgil'

At procul ut dirae stridorem agnouit & alas. Infelix crines scindit iu
turna solutos &c. Nam iuturna dea stridorez dire in aere non in terris
agnouit. Vocantur & uolucres: ut idez dicit Virgilius. Iam iã linquo a
cies ne me terrete timentẽ. Obscene uolucres alaruz uerbera nosco. Di
cit praeterea Theodõtius apud littorales harpyas appellari. Post haec
illas aiunt Iouis atq; Plutonis obsequio deputatas: ut Virgilius testat̃
scribens de eis. Hae Iouis ad soliũ saeuiq; in limine regis. Apparẽt acu
untq; metuz mortalibus aegris. Si qñ laetum horrificuz morbosq; deũ
rex. Molitur meritis aut bello territat urbes &c. Sz iam quid ista ue
lint uidenduz. Dicunt igit̃ eas acherontis & noctis filias: & rõ uidetur
talis. Non succedentibus ꝓ uotis rebus: & rõne cedente ut ꝑturbatio
mentis oriatur de necessitate uideat̃: quae nõ absq; mentis caecitate iu
dicii ꝑseuerat: & ꝑseueratione fit maior donec erumpat in actũ: q abs
q; rõne factus furiosus appareat necesse ẽ. Et sic ex acherõte furie na
scunt̃ & nocte. Dicũtur praeterea apud inferos canes. s. apud hoĩes cõ
ditionis infimae: q duz in perturbationẽ ueniunt nõ existentibus furo
ri uiribus: clamoribus oĩa cõplent: canum more latrantes. Apud me
dios aũt furiae uel eumenides dictae sunt: eo ꝙ maiori laedant incẽdio
furiosuz. mediocris. n. hõ ꝑturbatus ut in se agat seq; intus rodat: at
q; cõsumat quaedam faciũt. nã ne in minores agat lex publica ꝓhibet
in maiores potẽtia. & more uulgi inferioris clamores emittere indigna
tio uetat. secum igit̃ furit & si eruperit uix desistet quin ĩ maximũ tẽ
dat incendiũ multis opitulãtibus furori. Eumenides dicũtur ab heu:
qđ ẽ interiectio dolentis: & men: qđ ẽ defectus: eo ꝙ ipẽ q patit̃ sibi
ipsi poena sit. seu ꝑ antifrasiz dicunt̃ ab heu & mane: qđ utrũq; sonat
bonũ: & ipae omni bono carẽt. Apud supos uero appellant̃ dirae a se
uitia maiorũ in minores: ad quã cõfestim euolat maiorũ furor. Volu
cres aũt appellãtur a uelocitate furoris: cũ repẽte a mansuetudine ĩ fu
rorez erũpant hoĩes. Harpye aũt apud littorales a rapacitate dicuntur
Tanto eĩm feruore littorales efferuntur in praedam: ut in nullo discre
pet a furore. Plutoni aũt ideo obsequiosas uocant: quia diuitiarum di
citur deus: ut aduertamus crebro ꝑturbatiões irasq; & rixas: ob ĩmo
deratam auri cupidinẽ suscitari. Qđ aũt Ioui assistant: nõ ẽ mirãdũ
esto illũ piũ mitẽq; dixerimus. pio eiz iudici opportunũ est ultores sce
lerũ habere ministros: quibus si careat aut non utatur legũ auctoritas
facile dissoluetur. Est insup aliquando ob populorũ crimina diuina ꝑ
missio ut in elementis misceatur furor: & eis discordantibus inficiatur
aer: & pestes laetifere oriantur: quibus misceri absorbemur. Sic & eo
rundẽ supbia: bella nascãt̃: ex qb⁹ ĩcẽdia populatiões & excidia con
sequunt̃.

De Alecto filia prima Acherontis. C. vii.

Lecto furiarũ prima ẽ Acherõtis: et noctis filia: quã sic dscribit

Virgili⁹. Luctificā alecto dirarū a sede sororū Infernisq; ciet tenebris cui tristia bella. Iræq; īsidiæq; & Crimīa noxia cordi. Odit & ipse pr̄ pluton: odere sorores. Tartaree monstrū tot sese uertit ī ora. Taʒ sæue facies: tot pullulat atra colubris. Et paulo īfra. Tu potes unanimes armare ī p̄lia fratres. Atq; odiis uersare domos: tu uerbera tectis. Fu/nereasq; īferre faces: tibi numina mille. Mille nocēdi artes &c. Satis hoc carmīe h⁹ furiæ officia apparēt: satis potētia: satis & truculētia: cū ēt plutoni & sororibus odiosa sit. Sonat eī alecto iuxta fulgentium īpausabilis: ut ītelligatur omnē furiā ab animi īquietudine initiari: q̄ quidē inquietudo totiens intrat mentes: quotiens desistimus nosipsos & deum cognoscere.

De Thisiphone furia Acherontis. ii. filia. C. viii.

Hisiphones furiarū secūda: est Acherontis & noctis filia: quam sic designat Ouidius. Nec mora Thisiphone madefactā sanguīe sumit. Importuna facē: fluuidoq; cruore rubentē. Induitur palam: tortoq; incingitur angue. Egrediturq; domo: luct⁹ comitātur eūtē. Et pauor: & terror trepidoq; īsania uultu &c. Quib⁹ claudian⁹ addit. Cētuʒ illi stātes uibrabāt ora cerastæ. Turba minor diri capitis sedet ītus ab actis. Ferrea lux oculis qualis per nubila phebes. Atracia rubet arte color suffusa ueneno. Et his superaddit Statius dicēs. Suffusa ueneno Tēdit̄: ac sanie gliscit cutis igne⁹ atro Ore uapor: quo lōga sitis morbiq; famesq;. Et populis mors una uenit &c. Sic igit̄ uti per Virgiliuʒ alecto qualitas: sic per hos tres uates Thisiphonis demōstrata ē. Fulgētius præterea dicit thisiphones idē quod tritoniphones. i. irarū uox in quā postq̄ pectus turgidū fecit inquietudo facile deuenitur. & ideo progressum talem facem sanguine madentē dicit Ouidius: eo q̄ ignea ira nunq̄ egreditur nisi in sanguine: & ideo fluuido cruore rubētē di/cit ob colorē faciei hominis irati: & ad dispositionē animi demonstrādā. Nec ante cōsurgit iratus q̄ illū amicorū cōmitant̄ lachrymæ illi minus sano timētes. qui ideo a terrore comitatur: quia iratus oīs terribilis uideatur. Serpentes nūc eidem appositi habēt iræ seuitiā denotare. Hinc deueniēs iratus in uocē emittit uapores. i. uerba p q̄⁹ sæpe desolatiōes oriūtur locorū & populorū mortes atq; egestates.

De Megera furia. iii. Acherōtis filia. C. ix.

Egera furiarū. iii. Acherōtis & noctis filia: sic a Claudiano ubi đ laudibus stilliconis effigiatur. Improba mox surgit tristi de sede megæra. Quā penes īsani fremitus animiq; ꝓphan⁹ Error. & undātes spumis furialibus iræ. Non nisi quesitū cognata cede cruorē. Illicitūqʒ bibit primū quē fuderat ensis. Quē dederīt fratres: hæc terruit herculis ora. hæc defensorū terrarū polluit artus. Hec Athemanteæ direxit spicula dextræ. Hæc agamēnonios īter baccata penates. Alterius lusit

iugolis: hac auspice tede oedipodem matri nate & iunxere thiestē &c. Et qm̄ megæra magna sonat contentio seu lis: satis cognoscere possumus per superiores uersus facta nomini cōuenire. & sic fit ut ex ĩquietudine animi deueniamus in clamorē: & ex clamore in odium & rixā ex quibus furiosi in exitium sæpessime ruimus.

De uictoria. iiii. Acherontis filia. Ca. x.

Victoriam dicit Paulus Acherontis fuisse filiam: ex styge filia sua susceptā: cui adeo Iouem fuisse gratū aiunt: ut cū ei fauisset ĩ pugna gigantū sibi loco muneris exibuisse: ut dii per stygē matrem eius iurarent: & si qui aduersus iuramentū agerent per certū tēpus a nectare abstinerēt. Hanc Claudianus ubi de laudib' Stiliconis sic describit Ipsa duci sacras uictoria pāderet alas. Et palma uiridi gaudēs & amicta tropheis custos ĩperii: uirgo quæ sola mederis uulneribus: nullūq; doces sentire laborē &c. Theodontius uero fere cōcors Claudiano in descriptione eā insup ornat triūphalibus ornamentis. Verum Paulus discrepat eāq; dicit lætam: sed rubigīe atq; puluerulēto squalore obsitam: armis indutā & cruentis manibus nunc captiuos nūc spolia recensentē: & ornamenta quæ Theodontius huic apponebat filio eius: quē honorē dicunt exhibent oīa. Sed quid senserint exquiramus. Victoriā Acherontis filiam iō uoluisse ueteres credo: quia nō ex ĩcuria & ocio acquiratur: sed ex cogitationibus cōtinuis: quæ dum ex ingenio exprimūtur utiliora consilia: angunt ꝓfecto cogitantē: & ab eo gaudiū oē admouent: & sic iam adest Acheron. Præterea nec in cōmessationibus atq; ioculationibus inuenitur: qnimo ex uigiliis circultionibus & laboribus assiduis cōstanti aīo & forti pectore: dolore uulnerū & tolerantia incursionū excerpitur: quæ absq; tristitia patientis euenire aut tollerari non possunt. Verū ut differat hæc tristitia a tristitia furiarum: illa ab ægritudine mētis: hæc a corporea ut plurimū oritur. Et sic cui pater Acheron uenerat: stix accedit euestigio mater. E contra aūt festantes nec aliqua præmeditātes facile deueniūt in ruinā Troya anxia capi non potuit: læta confestim capta ē. Alatam uictoriam dicit Claudianus: quia facile etiam una opportuna obmissa uigilia nō nūq; in partē euolat alterā: Palma ornatur: quia nūq; lignum palme corrūpitur: frondesq; uiriditatē conseruant: ut uictoris auctū robur & nomē in longū uirere intelligamus. Tropheis aūt amicta est ut secunda honoris spēs ĩpensi uictori mōstretur: minor. n. erat triūph' & quia in eo sacrificaret ouem uictor: ouatio uocabatur. Seu uocabāt ueteres tropheū truncū: ad instar supati hoīs factū: & armis eiusdē indutū habitus uictoriæ a Paulo designatus aptior uidetur: q; is qui a Theodontio scribitur: Non eim extēplo uictor ornamentis ornatur: nō uictoriæ: sed ob uictoriam ei postea exhibetur.

De Honore Victoriæ filio. C. xi.

Onorem Thedontius & Paulus filium dicũt fuisse Victoriæ: ex quo patre nõ dicunt. Hũc tamen arbitror ideo Victoriæ dictum filiũ: quia ex uictoria quæsita cõsequatur honor: qui quidẽ ĩ presẽtia suscipiẽtis & exhibebatur: cũ laudes ĩ absentia pstaretur. Huic a Romanis olĩ templũ constructũ fuit tẽplo uirtutis iunctũ: ad qđ nisi per templum uirtutis non erat introitus: ut appareret neminẽ nisi per uirtutem honorem cõsequi posse: & si ob aliam causã cuiquã fiat: ñ honor sꝫ ridiculæ atqꝫ lætales blãditiæ sunt. huic cõiugẽ fuisse reuerẽtiã uolunt: & ex ea illi maiestatẽ exortam. Sunt tamen qui idẽ dicãt reuerentiã & honorẽ cũ differant. Est honor publicus & priuatus. public9 cum alicui laurea uel triumphus decernitur. priuatus is est qui a priuatis ĩpeditur: ut dũ alicui priuato assurgimus: eũ premittimus primum locũ in tẽplo uel mensa prestamus. Reuerentia uero est quã maiorib9 nõ ex decreto sed spõte uel cõsuetudine exhibemus. cũ flexis genibus & adapto capite uenerabiles uiros alloqmur. Quæ solius dei sunt esto sibi ambitiosi prĩcipes occuparint.

De Maiestate Honoris filia. C. xii.

Aiestatẽ Honoris atqꝫ reuerentiæ filiã dicit Ouidius: đ qua ubi de fastis sic ait. Donec honor placidoqꝫ decens reuerentia uultu Corpora legitimis imposuere toris. Hinc sacra maiestas que mundum temperat omnẽ. Quaqꝫ die ptu est edita magna fuit. Nec mora consedit medio sublimis olympo. Aurea pnrpureo cõspiciẽda sinu &c. hãc honoris & reuerentiæ filiã uoluisse reor: quia ex honore ĩpẽso & exhibita reuerẽtia fit quidã maioritatis status ĩ suscipiẽte: exquo maiestas est dicta deo soli cõpetens.

De Aschalapho. v. Acherõtis filio. C. xiii.

Schalaphus Acherontis & ornæ nymphæ fuit filius: ut ait Ouidius Aschalaphus audit quẽ quõdã dr̃ ornæ Inter auernales nõ ignotissima nymphas: Ex Acherõte suo fuluis peperisse sub undis &c Hũc aiũt rapta pserpina a plutone: cũ q̃rerẽ nunqd aliqd apud inferos gustasset: eã accusasse atqꝫ dixisse tria grana mali punici ex uiridaris ditis gustasse: ex quo factũ est ut non restitueretur ex toto pserpina: & ipse uerteretur a cerere in bubonẽ. Circa qđ figmentũ nil credo aliud uoluisse poetas: qꝫ ostendere odiosissimũ eẽ accusatoris officiũ & idcirco aiũt in bubonem uersum aschalaphũ: eo ꝙ sicut bubo funesta est auis: & sinistri semper augurii reputata. sic & accusatot semp laboris: & anxietatis prænũti9 est accusato. Præterea bubo stridula auis ẽ: ut ostẽdat clamosos eẽ accusatores. sic & uti bubo sub multitudĩe uariarũ penarũ modicũ habet corporis: & æque accusatoris sub lõga uerbositate ut plurimũ reperitur modicũ ueritatis. Igitur nõ incõgrue

filius dicitur Acherontis: ad similitudinē saltē officii: quia sicuti ache ron gaudio priuat quos transuehit: sic & accusator hos replet tristitia in quos inuehitur. Quđ aūt ornæ mater eius dicatur: a cōsuetudīe bu bonis sumptū est: qui sæpissime ut aiūt qui de ꝓprietatibꝫ rerū scrip sere die mortuorū sepulchris ĩhabitat: quæ ut ait Papias ornæ uocan tur: & Lucanus ait. Cælo tegitur qui nō habet urnā. Spectantia ad ce rerem & proserpinam ubi de eis in sequētibus apponetur.

De Styge Acherontis sexta filia. Ca.xiiii.

Tyx inferna dicitur palus & acherontis & terræ filia extimatꝛ a cūctis: & ₰m Albericū deū nutrix & hospita. ꝑ quam etiā ut su pra dictū est dii iurant: neqꝫ timore pœnæ audent deierare ut ait uir gilius. Stygiam paludē dii cuius iurare timent & fallere numen &c. pri uabatur. n. ad tēpus qui deierasset nectareo poculo. Et hoc iō illi uo lunt concessuꝫ: quia uictoria eius filia: diis aduersus titanos pugnanti bus fauisset. Styx .n. interpretatꝛ tristitia iō Acherontis q̇ sine gau dio ē dicta filia: eo ꝙ ut ait Albericus: qui gaudio caret in tristitiā la bitur facile: imo ut labatꝛ necesse ē. Terra aūt illi attribuitꝛ mater: qa cū oīs aqua a fonte illo aquarū uno oceano ꝓcedat: trahi per uiscera terræ: usqꝫ ad illū locū unde prorūpit in publicū necesse ē: & sic ter/ ra stygis dicitur mater. Seu ₰m aliū sensuꝫ. Inter humores ab elemētis ĩpressos mortalibus: a terra ĩprimitur melancolia: quæ ꝓcul dubio tri stitiæ mater & alatrix est. Deorū aūt nutricē & hospitam nō absqꝫ mi nisterio Stygem uoluere. Circa qđ aduertendū est duplicē esse tristiti/ am. Aut tristatur quia detestanda nostra desyderia: quacūqꝫ ex causa sit consequi nequeamus. Aut tristamur cognoscentes quia aliquid seu multa minus iuste peregimus. Tristitia prima nunq̄ꝫ deorū fuit nutrix aut hospita. Secūda uero fuit & est: nam ex minus bene cōmissis dole re & tristari nil aliud est: q̄ꝫ alimenta præbere uirtuti per quam in dei tates suas gentiles ruere: & nos christiani in beatitudinē imus æternā in qua dii nō inanes aut perituri sumus. Has tristitiæ spēs optime sen sisse in vi. Eneidos ostendit Virgilius. ubi perfidos & obstinatos ĩ ma luꝫ hoīes: mittit in tartara ubi nulla ē redemptio. Alios uero post ex/ actas ob culpam pœnas elysos ducit in campos. Seu nolumus dicere quod magis forsan sensere poetæ: deos. i. sol & sydera ad ægiptios ali quando abiisse: quod hyemali tēpore cōtingit quando sol remotus a nobis tenet solstitiū ātarticuꝫ quod ultra meridionales ægyptios Ce/ nith capitis habitantiū ibidē facit. & tunc a palude stygia pascuntꝛ sy/ dera ₰m opinionē eorū qui existimabant superiorū corporū ignes ex humiditate uaporū ex aquis surgentiuꝫ pasci: & apud eam hospitantur donec uersus arcticū polum gradum nō flexerint. Stygem autem esse sub australi plaga demonstrat seneca: eo libro quem scripsit de sacris

ægyptiorū dicēs. Stygē paludem apud superos esse. i. apud eos qui in superiori sunt emisperio: ostēdēs inde ꝙ circa syrenē extremā ægypti partē uersus austrū locū esse: quē phyalas hoc ē amicas īcolæ uocitent: & apud eas paludē esse ingentē: quæ cū transitu difficillima sit limosa nimis & papyris īplicita: styx appellata est: quasi tristitiā & laborē nimiū transeūtibus inferens. Iurare autem deos per stygem pōt esse ratio talis: consueuimus enim per eas res quas timemus aut optamus iurare. Sane qui summe gaudet nō uidetur habere quod cupiat: cū non desit quod timeat. & ex iis dii sunt quos felices faciunt: quāobrē restat ut iurēt per tristitiā quā sibi noscūt aduersam. Quđ deierantes nectareo priuētur poculo: eo dictū puto: qa q ex fælicitate ī miseriā deuenere: deierasse. i. minꝰ bene egisse dicebāt: & sic a nectareo poculo ad amaritudineꝫ infortunii deuenisse.

De Cocyto Infernali fluuio Stygis filio. Qui genuit Flegetontem. C. xv.

Ocytus īfernalis ē fluuiꝰ: quē ex styge palude natū dicit Albericus. qđ ob id arbitror dictū: qa luctꝰ quē per Cocytū ītelligunt ex tristitia quæ styx est oriatur.

De Flegetōte fluuio infernali Cocyti filio. Qui genuit Lethem. Ca. xvi

Legeton & hic inferni fluuius ē: & secundū Theodontiū Cocyti fluuius: ob id (ut extimo) dictū: quia ex diuturno luctu quis facile ueniat in furorem: quod quidem ut nō nullis placet natura cōtīgit Nam ex hausto lacrimis humiditate cerebro: ferueutes cordis impetꝰ frenari nō possunt: & sic quis in furiā labitur. Flegeton enim ardor interpretatur: ut cōprehendatur ex feruore cordis nimio: hominū excitari furores.

De Lethe fluuio infernali Flegetontis filio. C. xvii.

Ethem inferni dicunt fluuiū: & Flegetōtis filiū quod ideo dictuꝫ puto: eo ꝙ ex furore nascatur obliuio. Cernimus eī furiosos suæ suorūqꝫ dignitatis oblitos: & lethes īterpretatur obliuio. Hunc fluuiū ponit Virgilius apud Elyseos cāpos: & eo illos potari quos Mercuriꝰ uult reuerti ad corpora: de quibus supra dictū est: ubi đ mercurio primo. Dantes uero noster illum describit in summitate montis purgatorii: & ex illo dicit aīas mūdas & cælo dignas potare: ut obliuiscātur ꝑteritorū malorū: quorū memoria felicitati ꝑpetuæ ꝑstaret īpedimētū

De Vulcano primo Cæli filio quarto: qui genuit Apollinem. C. xviii.

Vlcanus primus teste tullio ubi de naturis deorū cælo natꝰ ē: đ quo nil aliud repitˀ nisi quia ex minerua secūdi Iouis filia ut dicit Thedontius Apollinem genuerit primum. Credo ego hunc igneum &

inexhausti uigoris hoīem fuisse & Saturni frarem.

De Apolline primi Vulcani filio. C.xix.

Pollo ut Ciceroni placet & Theodōtio filius: fuit primi Vulcani atq; Mineruæ: & ut ipsemet Tullius asserit ubi de naturis deorū hic omniū apollinu3 fuit antiquior. hunc dicit Theodontius fuisse medicinæ artis repertorē: & primū uiriū herbarū cognitorē: q̄tuncūq; Plinius in libro historie naturalis asserat Chironem Saturni & Phylaræ filiū primū fuisse herbarū uiriū atq; medicamentorū repertorem.

De Mercurio quinto Cæli filio. C.xx.

Ercurius qui tertius ē: ut ait Tullius de naturis deorū: Cælo patre: & Die matre natus ē: obscenius tamē excitata natura: eo q̄ aspectu Proserpinæ motus sit. huic ornamēta quæ cæteris apponunt Dicit tñ Theodōtius ægiptios uirgæ huius circūuoluisse serpentē. qđ testatur Valerius martialis æpigramatū libro septimo dicēs. Cylenes cæliq; decus facunde minister. Aurea cui torto uirga dragōe uiret. Aiunt insup eum ex uenere sorore sua Hermophroditū filiu3 suscepisse

His præmissis quid sensisse ueteres fictionib⁹ uoluerint exquiram⁹ & primo quid eū a cælo obscene genitū dicant. Hoc circa multa dicebat Leontius ut ꝑspectū cæli in terrem & rarā planetæ Mercurii apparitionē & alia huiusmodi: quæ qm̄ friuola uisa sūt: eis obmissis barlae relatum apponere libuit. Dicebat eīm huius Mercurii a natiuitate nomen Hermes fuisse: seu hermias: eūq; ex stupro Phylōis archadis & Proserpinæ eiusde3 filiæ: in quā se balneantē īpudicos iniecerat oculos procreatū. & sic satis p3 quia obscene excitata natura sit īspecta Proserpina: Hermetem aūt eū nominatū dicit: eo q̄ eo nato: cum đ futuris eius subcessionibus Phylon cōsuluisset mathematicū: habuit ꝑ responso eū diuinū futurū hoīem & maximū diuinarū rerū ītrepretem: q̄obre3 Phylon qui illū exponi ꝓposuerat: seruari fecit: atq; cū diligentia nutriri: eūq; uocauit Hermetē: eo q̄ hermena græce latine sonet interpres. Post hæc cū adoleuisset: ob rubore3 scelestę originis in ægyptū secessit: ubi mirabiliter ꝓfecit in multis: & potissime in arismetrica geometria & astrologia: adeo ut ægiptiis cæteris præferetur. & cum ob excellētiam prædictorū iam Mercurii nomē meruisset: medicinalibus operam dedit tā q̄ in his sublimis effectus ē: ut nō obmisso Mercurii nomine crederetur Apollo: & longe ꝓfusius ī sacris ægiptiorū instructus: cūctis factus ē hō mirabilis: ibiq;. seu ad eius nobilitandam originē: seu potius ad ignominiā originis contegendē: Cæli dictus est filius & diei. quasi a cælo missus: & in diei luce factus cōspicuus. De hoc præterea Hermes trimegistus: q se testat̄ ei⁹ fuisse nepotē mentionē facit: eo ī libro quē de idolo scribit ad Asclepiū dicēs q̄ esto mortuus: uenīētes ad eius sepulchrū adiuuet & cōseruet. S3 quid

in hæc uelint insignia aduertendū: cū aliud in planeta: aliud in medico aliud in rhetore: & aliud ī mercatore: uł fure mercurio habeāt demō strare. Dicunt ergo eū ut præmonstratū est ubi de mercurio prio gale ro tectū: ut per illum cælū ītelligamus: a quo & si tegamur oēs: a me dico potissime cognosci debet: circa planetarū motus uarios & eorū dispositiones & sydeꝝ speculādo: ut p ea tanq̄ ī humana corpa agē tia: & causātia plurima: & ægritudinū causas: successus & opportuna remedia possit agnoscere: atq; ea quæ ad salutē ægrotantis necessaria mōstrātur disponere. Talaria uero illi apponūt pēnata: ut p ea nosc/ mus oportere medicū promptū & ad remedia cōtingētiū habere sciē tiā: ne ante egritudinē leborans deficiat: q̄ accesserit tardi medici ar/ gumentū. Præterea ut ipsi cognoscant cum naturæ ministri sint omni alia seposita cura: se debere ad necessitates uocātiū euolare. Est illi in super uirga quā supra diximus illi ab apolline fuisse cōcessam: ut ītelli gatur prīo: quia cōcessa est ab apolline medicinæ auctore .i. a medico experto & doctore auctoritas approbātis: absq; qua nemo hercle de beret tale officiū exercere. Insuper dicūt eū hac uirga ab orco pallētes euocare aīas: ut appareat multos iaz dudū iudicio & arte multorū me dentiū in mortē ituros: scientis medici adiutorio ī uitā retētos: seu a morte .i. ab orco potius reuocatos. Sic uersa uice dū minus morboꝝ noscūtur causæ: hac eadez uirga .i. auctoritate uel artificio minus con grue operato: animæ quæ stetissent emittūtur ad tartara .i. in mortem Somnos etiā hac uirga .i. arte dat medicus: persæpe in somnū declina re nequeuntibus: & aufert in suam pnitiē dormientibus nimium. Ven tos īsup hac uirga medicus amouet: dū stultas egrotantiuz opiniones suasionibus & rationibus ueris amouet: auferēdo timorē. Seu etiā dū uentositates uiscera in grauissimū patiētis dolorē agitātes suis aut po tionibus: aut remediis aliis: resoluūt ī nihilū. Sic & nubila tranāt duz humiditates superfluas educāt: quasi tranātes .i. ad se trahētes: a cor/ pore languido. Serpens aūt ideo circūuoluitur uirgæ: ut ītelligamꝰ me dicinale exercitiū absq; naturali & debita discretione tēdere nō forte minus ī permitiem q̄ salutem. Pendent enī nō minus ex aīaduertētia medentis q̄ ex arte quādoq; remedia. Iubet enī ars reubarbaro e cor poribꝰ expelli supflua: qđ si debilitato nimiū dabit̄: facile uita: cū su/ perfluis emittet̄. & iō circa talia & alia oīa medentis plurimū opportu na discretio: quæ per serpentē prudētissimū ałs designat̄ uirgæ: ideo circūuolutū ut nūq̄ absq; discretiōe exerceatur auctoritas. Quđ her mophroditū genuerit dicit paulus uerū ñ eē: sed ideo fictū atq; appo sitū ē: quia primus ægyptiis qui monstruosum arbitrabantur hermo/ phroditos nasci atq; tāq̄ rē preter naturā abiciebāt: si quādo aliquē nasci cōtigisset: ostendit. quia naturali gigni ratione poterāt: & qua in

parte matricis susciperetur a foemina.

De Hermophrodito Mercurii & Veneris filio. C.xxi.

Ermophroditū dicit Theodontius ex Venere filium fuisse Mercurii: quod ēt testatur Ouidius dicens. Mercurio puerū & diua cithareide natū. Naiades ideis enutriuere sub antris. Cuius erat spēs ī qua materq; paterq; cognosci possent: nomē quoq; traxit ab illis &c. Ex quo insup Ouidius fabulam recitat talē. Qđ cū ida monte phrygiæ in quo fuerat nutritus derelicto: uagans in cariaȝ usq; deuenisset: fontē limpidū uidit: quē Salmacis nympha incolebat: quæ cū eū formosissimū uidisset: euestigio amauit: & blandis uerbis in suam sententiā trahere conata ē. Tandē cū uerecundaret adolescentulus: asperna retur uerba nymphæ pariter: & amplex⁹ illa simulato recessu post ueprētū latuit. Iuuenis aūt putans abiisse nymphā nudus fontē ītrauit. ꝙ Salmacis uidens abiectis uestibus cōfestim & ipsa in fontē se nudā dedit: renitentēq; tenuit. Verū cum eū inflexibilē cerneret: orauit ut ex ambobus efficeretur unus: & factū ē: & sic qui masculus intrauerat fontē: mascnlus illum exiuit & foemina. & deprecatus ē ut qui ī ea bal nerentur in posterū: hanc eandē ignominiā reportarent: quod obtēptum ē fauente precibns utroq; parēte. Hermophroditū ex Mercurio & Venere genitū uult Albericus lasciuientē preter oportunitateȝ esse sermoneȝ: qui cū uirilis esse debeat: nimia uerborū mollitie uidet effeminatus. Ego uero hermophroditū habere utrūq; sexū ad naturā Mercurii refero: quē uenerabilis Andalo aiebat: eo ꝙ cuȝ masculinis planetis masculus esset: cū foeminis aūt foemina: inferre inter cætera iis quorū natiuitatibus præerat: ni planetaruȝ alius obsisteret: uel cæli locus ut utriusq; sexus cōcupiscentia tenetur. Sȝ uolunt nōnulli altius intellexisse poetā: dicētes ī matricibus mulierū septē conceptui aptas cellulas esse: quarū tres ī dextera uteri sūt: & totidē in sinistra: & una media. Ex his una quæq; duos posse cōcipere: q̄tūcūqȝ dicat Albericus ī libro đ naturis aīaliū: se ab ortu cuiusdā mulieris aduertisse eā. cl. filios īuicem cōcepisse. Ex hiis eīm quæ in dextera sunt cū semē cōcipiunt: masculos pariūt: quæ aūt ī sinistra foeminas. cū uero in ea quæ media ē concipitur: nascūtur utrūqȝ sexū habētes: quos hermophroditas dicimus: & sic in cellula tanq; ī fonte utriusqȝ sexus lucta est: & dum uincere conatur uterqȝ ne alter succūbat: efficit ut uriusȝ uictorie uestigia uideantur. sic rata manet oratio: ut si quis fontē illū ītrauerit: semiuir exeat illū. Sane longe aliter sensisse poetantes existio Est. n. salmacis carie fons celeberimus: qui ne hac labe pollutus appareat: & purgare fontem: & quicquid dederit fictioni causam libet apponere. Est igitur ut uitriuio eo in uolumine quod de Architectonica

scripsit placet fons cui Salmacis nomē ē ī caria: haud longe ab alicar naso claritate precipuus: & sapore egregius: circū quē barbari olim carii. s. & lelege habitabāt: qui a nyda & a reuania: arcadib' : a qb' ibi troezē cōis deducta colonia: pulsi ad mōtana fugere: & latrociniis atq; discursionib' oīa īfestare cœpere. Sed cū de colonis archas unus lucri tractus auiditate ꝓpe fontē tabernā meritoriā edidisset : quasi aq̄ bonitas ceptis suis esset prestatura fauorē. factū ē ut tā aquæ delectatione q̄ cibi opportunitate nō nunq̄ barbari ī manes descēderēt ī tabernā. & consuetudine paulatim barbariē ponere: & græcorū mollioribus moribus atq; humaniorib' adhærere īciperēt: donec ex ferocissimis mites uiderētur effecti. Et q̄m mā suetudo r̄spectu ferocitatis uideatur fœminea dictū ē ut qui ī illo uterētur fōte effœminarentur.

De Venere magna. vi. Cæli filia. C. xxii.

Enus magna ut ubi de naturis deorū scribit Cicero: Cæli fuit filia & diei. Cū p̄ter hāc tres alias fuisse demōstret. hanc primā omniū asserit extitisse. Attamen cum figmenta plurima circa ueneres indistincte cōperiantur: his sumptis quæ ad hanc spectare uidebūtur: reliqua relinquis relinquemus. nō quia huic adaptari nō possint oīa: s; postq̄ aliis attributa sunt illis dū d eis sermo fiet apposuisse decētius ē. Hui' igitur ante alia filiū fuisse amorē geminū uoluere: ut testatur ouidius dum dicit. Alma faue dixi geminorū mater amorū &c. de patre autem dissentiunt: cū dicant: alii ex Ioue genitū. alii ex libero patre. sic & gratias quas huius etiā dicāt filias. Dicūt īsuper huic cingulū eē: quod ceston nomināt: quo cinctam eā asserunt legitimis interuenire nuptiis. Alii uero cōiunctionibus maris & fœminæ dicūt absq; cingulo interesse. Et īsuper dicunt summe solis progeniē habere odio: ꝓpter adulterium eius cū marte ab eo uulcano patefactū. Addunt præterea ī tutelam eius esse colūbas. Et cū eidem currum tribuāt: illū a cignis trahi uolunt: myrtūq; arborem illi sacram faciunt: & ex floribus rosam. Post hæc etiā dicit Theodontius eā in domo martis furias hospitio suscepisse: seq; eis familiaritate iūxisse. Et ut plurimū de reliquis diis faciunt eā multis appellant nominibus: ut puta Venerem. Cythercam. Acidaliam: Hesperū: Luciferū: & Vesperuginē. Et ut siqua alia sunt obmiserim ad sensum præcedētium ueniamus. Sane quoniā uel omīa uel fere omnia prædicta: a fingētibus: a propietatibus Veneris planetæ: sumpta forte sunt. Quid de eisdem astrologi sentiāt: ante alia apponēdū cēsui: ut facilius sumatur ex dictis poetātiū ītellectus. Et quoniā al's albumasar secutus sum: & uenerabilē andalo iuxta eorum sententiam eius fere mores & potētiam: seu circa quæ uersetur describā

Volūt igitur Venerem esse fœminā cōplexione flegmaticā atq; nocturnā: acutæ meditatōis in cōpositionibus carminū. periuria ridetē

mendacē.credulam.liberalē.patientē.& leuitatis plurimæ. honesti tñ moris & aspectus.hilarē uoluptuosam.dulciloquaꝫ maxime: atq; asp natricem corporeæ fortitudinis:& animi debilitatis: Est huius insup significare pulchritudinē faciei:& corporis uenustatem: rerūq; oīum decorē.sic & usum preciosorū unguētoruꝫ:aromatū fragantium:alea rū ludos:& calculorū seu latronū:ebrietates præterea:& cōmessatio nes:uina mella:& quæcūq; ad dulcedinē & calefactionē ptinere uidē tur.æque oīs generis fornicationes atq; lasciuias:& coit⁹ multitudinē magisteria circa statuas & picturas:sertorū cōpositiōes:& uestiū īdu mēta:auro argentoq; cōtexta:delectationē plurimā circa cātū & risū saltationes fidicinas:& fistulas:nuptias & alia multa: sed eis obmissis ad auferendā fictionis corticē ueniamus. Filiam eā dicūt Cæli & di ei:& cum de planeta intelligāt nō incōgrue.Nam quia Cælo uidet̃ in fixa:& cū eo mouetur:ab eo uidetur producta. Diei uero dicitur filia a claritate sua:qua cæteris astris fulgidior ē.Eam geminū amorem pe perisse nō caret mysterio.Ad euidentiā cuius existimandum est:ut ali quādo cōsueuit dicere uenerabilis Andalo:deū patrē oīpotentē dum oīs mundi machina ab eo fabricata ē:nil fecisse supfluuꝫ aut cōmodo carēs animaliū futurorū.Sic & supcelestia corpora:tam grādia :tā lu cida.tam ordinate suo se & alieno motu mouētia nō solum ad ornatū quē nos fere ob crebrā inspectionē floccifacimus: cōdidisse credēdū est.Sꝫ circa inferiora illis plurimū potestatis dedisse:ad hoc.s.ut eorū motu atq; influētia āni uoluentis uariarentur tēpora: gignerētur mor talia:genita nascerentur:& alerent̃ nata:atq; in tēpore deducerentur in finē.Nec hanc mixtim atq; confuse corporibus iniunctā debemus arbitrari potentiā:qnīmo unicuiq; propriū constituisse officiuꝫ.& cir ca quæ eius uersaretur auctoritas distinxisse.uoluisseq; oīa se inuicem secundū plus & minus cōiunctionum atq; reliquarum uiriū:pro uarie tate locoruꝫ ad opus in finē deducenduꝫ intētuꝫ mutuis uicisitudinib⁹ iuuare:& inter alia concessa pluribus ut testant̃ effectus Veneri plañ tæ:asserebat ideꝫ Andalo fuisse concessuꝫ quicqd ad amorē: amiciciā dilectionē:coniunctionē.societatē:& unionē inter aīalia spectare uid retur:& potissime ad procreationē prolis spectātia:ut esset qui segnē forte naturā in sui continuationeꝫ atq; ampliationē urgerꝫ.Et idcirco cāri ab ista hoīum uoluptates concedi pōt:quo cōcesso egregie finxe re poetæ:qui eius amorem seu cupidinē filiū fuisse dixere.Sꝫ quid illū geminū dicit Ouidius aduertenduꝫ.Credo ego amorē tantuꝫ unicum esse.sꝫ hunc totiēs & mutare mores:& nouuꝫ cognomen patrēq; acq rere:quociens in diuersos sese trahi permittit affectus.Et hinc Aristo telē reor triplicē designasse.ꝑpter delectabile.& ꝑpter utile.Et ne dis cordes Aristoteles & Ouidius uideantur forsan ex duobus ultimis

unum tantũ faciebat Ouidius: cũ etiã delectare minus honeste uidea
tur utilitas. Verũ; qm̃ tractatus talis potius spectat ubi de amore uel
cupidine mentio fiet. Ad reliqua ad uenerẽ pertinentia ueniendum est
Dicũt igitur eã gratias peperisse: nec mirabile: quis unq̃ amor absq;
gratia fuit. Quæ quare tres & alia ad ea spectãtia cõmodius infra ubi
de eis rõ apponetur. Cingulum uenerii quod uocauere ceston insuper
esse dixere: quod illi minime a natura datum fuerat: nec a pœtis fuis
set: nisi sanctissima: atq; ueneranda legũ auctoritate illi fuisset apposi
tum: ut aliquali cohertiõe uaga nimis lasciuia frenarent̃. Quid. n. ipm
sit ceston ĩ hyliade d̃scribit Homer⁹ dicẽs η καια ϖοσηθεσ φινε
λυσα τοκεϛονιμαρταϖοικιλονενθαδεοιθε λη τηραι
ϖαντετετυκτο. Intellectus est iste. Et a pectoribus soluit ceston
cĩgulum uanũ ubi sibi uolũtaria oĩa ordĩata erãt. ubi certe amicitia at
q; cupido: atq; facũdia: blãditiæq; furatæq; l; studiose sciẽtiũ. Circa
qd̃ si rite cõsiderẽt̃ ĩ eo d̃scripta satis circa cõiugiũ cõtĩgẽtia uidbim⁹
Dicit ibi cupidinẽ eẽ ut ĩtelligatur sponsi spõseq; añ nuptias desideriũ
Inde amicitiã quæ quide; ex cõmixtione & morum cõueniẽtia oritur
atq; in longũ trahitur. Si uero dissonent mores: inimicitiæ: iurgiũ de
spectio: & huiusmõi nasci uidimus aliquando. facũdia aũt quã oppor
tuna sit patet liquido. nã per eam affectiones panduntur cordis: amã
tium mulcẽtur aures: sedantur litigia quæ sæpissime inter cõiunges o/
riuntur: & ad tollerantiam emergentiũ etiã aĩantur. Sunt & in eo blan
ditiæ quæ habent aĩos attrahere: & ligare: iras cõprimere: & alienatũ
amorem etiã reuocare: quarum sunt tã grandes profecto uires: ut nõ
solum ab eis capiantur ignari: sed ẽt ut ipsemet dicit Homerus. hæ fu
ratæ sunt sæpissime sapiẽtibus intellectum. Hoc cingulũ dicit Lactan
tius uti nos ante diximus Venerem nõ ferre nisi ad honestas nuptias.
& ob id oẽm alium cõcubitum eo q̈ ad eũ ceston delatum nõ sit: ĩce
stũ uocari. Q̈d̃ furias ĩ domo martis hospitata sit: & eis familiaris ef
fecta: hanc ob cãm dictum reor. Sunt ei; inter signa cælestia: ut dice
bat uenerabilis Andalo duo: quæ marti ab astrologis domicilii loco at
tributa sunt. Aries. s. & Scorpio. in quam harum domoru; illas uenus
duxerit nõ habemus. Sed si in arietem duxerit: initiũ ueris p arietem
designari credo cũ tunc uer incipiat: quãdo sol arietẽ intrat. Circa qd̃
tẽpus aĩalia cuncta in cõcupiscentiam inclinantur: ut dicit Virgilius.
In furias ignesq; ruunt. Nec solũ bruta sed etiam mulieres: quarũ cõ
plexio ut plurimũ frigida & humida ẽ: agente ueris tẽperie in calore;
& uenerem acrius excitant̃. Quæ quidẽ excitatio: nisi frena rubor ini
ceret uerti in furiam uiderẽtur. Sino feruores iuuenum: qui nisi legum
auctoritate sopirentur: seu potius cohercerent̃ ĩ pestiferos ꝓfecto fu
rores excederẽt. Et sic bene ĩ domũ martis a uenere d̃ductæ sũt furiæ

eisq; familiaris effecta ē: in q̃tum īmoderata efficitur & effrenis. Si in scorpione duxisse uolumus quoniā ueneniferum atq; fraudulentū est animal: Intelligo nō nunq̃ amantiū amaritudines anxias modicæ mixtas dulcedini: ob quas sæpissime miseri adeo uexantur ardētes: ut ī se ipsos gladio: laqueo: p̄cipitioq; furentes uertātur. Seu ob susceptas iniurias: lusis amoribus uel mutatis: ob iuramēta frustrata: ob fraudes cōpertas: ob mēdacia: ex q̄bus aut desperatiōe torquētur: aut ī rixas & homicidia furiosi p̄cipitant: Et sic a uenere in scorpionem susceptæ sunt furiæ. Venerē exosam solis ꝓlem habere: ab cōsequētibus ex amore illecebri sumptū puto. Nā ut īferius leget̃ ubi de sole hyperionis filio: ꝓducit sol formosissimos hoīes & mulieres: quorū pulchritudo ꝓcul dubito trahit inspicientiū mētes ī cōcupiscētiā sui: & q̄ tracti sunt uariis artibus p̄sæpe trahentes trahūt: quod q̄dem Veneris opus esse creditur. Hi quippe īnumeris subiciūtur periculis. nam dū in libidinem suam paribus deueniūt uotis. Alii occiduntur. Alii letali p̄sequūtur odio. Alii ex ditissimis in extremā efferuntur inopiam. & nō nullæ splendidū pudicitiæ decus turpi atq; ꝑpetua denigrauerūt infamia. Et ut alia plura sinā ignominiose occubuere postremo. & sic patz liquido Venere solis prolē uetusto odio infestare: & mellitis uenenis suis opprimere. Colōbas insup eius in custodiā posuere: quod taliter cōtigisse legitur. Lasciuiētibus in cāpis uenere & cupidine in cōtentionem deuenere: q̄snā. s. ex eis plures sibi colligeret flores. uidebaturq; alarū suffragio: plures cupidinē collecturū: q̄obrem uidit cupido Peristerā nympham in adiutoriū Veneris surrexisse. qua indignatus cā eam in colōbam transformauit illico. Venus aūt trāsformatam in tutelam cōfestim assūpsit. & inde subsecutū est colōbas semper Veneri attributas. Huic aūt fabulæ sensus talis præstari uidetur. Dicit. n. Theodontius Peristerā apud corinthios origine insignem fuisse puellam: & longe magis notissimā meretricem. & iō hic Venus agens dici pōt in Peristeram patientē: agentis aūt impressio in patientem amor ē. Cui⁹ agitata stimulis uirgo adhæsit Veneri. i. coitui: qui fere agentis est finalis intentio: si forsan ob id uinci posset infestans cupido. Verū cum talis appetitus actu potius accendatur q̃ extinguatur eo deuenit ut non esset unius amantis cōtenta solatio: sed more colōbæ cuius moris est sæpissime nouos experiri amores: in plurimū deuenit amplexus. quaz ob cām ab ip̄o cupidine. i. luxuriæ stimulo in colōbā uersam uoluere poetæ. Peristera uero græce latine colōba sonat. Quæ quidē colōbæ eo Veneri in tutelā datæ sunt: quia aues sunt coitus plurimi: & fere fetationis cōtinuæ: ut p̄ eas crebro coeuntes Veneri obsequētes intelligantur. Nā hi ueniunt in tutelā alicuius qui nōdū opportuna sibi facere cognouere: & tutore habito agenda eius mandato conficiunt. Sic

& libidinosi sub tutela ueneris eē dr̄: quia sēp ī lasciuias mergunt̄ ue nere imperante. Currus autē ideo ueneri designatur: quia sicuti cæte ri planetæ p suos circulos circūagitur motu continuo. ꝙ a cignis ei⁹ trahatur curr⁹ duplex potest esse ratio: aut quia per albedinē signifi cant lauticiaꝫ muliebrē: aut quia dulcissime canant & maxime morti propinqui: ut demonstretur amantū animos cantu trahi & ꝙ cantu amātes fere desyderio nimio moriētes passiones explicēt suas. Mirt⁹ autē Veneri dedicata est: qa ut ait Raban⁹ amari dicta est: qa nascit̄ ī littoribus. & Venus ī mari dicit̄ genita: seu quia odorifera sit arbor & uenus odoribus delectatur. Seu qa huius arboris odor credat̄ a nō nullis uenerea suadere. Seu ut physici dicūt eo quod ex ea multa muli erū cōmoda fiant. Seu qa ex baccis ei⁹ aliquod cōpositū fiat: p quod excitat̄ libido: ac etiā roborat̄: qđ uidet̄ testari futurus poeta comæ dus: dum digonē meretricē īducit dicētē. Myrtinū mihi affers quod ueneri armis occurseꝫ fortiuncula &c. Rosa uero ob id illius flos di cit̄ qa suauis sit odoris. Nominū ei⁹ pluriū hæ possnnt rationes ostē di. dicit̄ primo uen⁹: quā stoici unā rem īterpretāt̄: quasi uoluptateꝫ abominātes: & hoc ītelligendū est eam uanā reꝫ a stoicis dici inquan tum ad illecebreꝫ ptem illam libidinū & lasciuiarum declinet. Epicuri uero uenerē bonā rem exponūt uti uoluptatū profesores. Nam circa uoluptatē summū existimant bonū cōsistere. Cicero autē dicit Vene rem dici: quod ad oīa ueniat: quod qdē nō incōgrue dictum est: cuꝫ amicitiarū omnium: a qbusdā dicatur causā præstare. Cytherea autē ab insula Cytherea: seu a Cythereo monte īquib⁹ potissime coli con sueuerat denominata. Acidalia autē dicta est: seu ab acidalio fōte q in orcomeno boetiæ ciuitate ē ueneri atqꝫ gratiis sacer: & ī quo arbitra bātur olim insipidi gratias: Veneris pedissequas lauari. Seu qa curas iniciat. Nouim⁹ enī quod curis amātes repleat: et græci acidas cu ras uocat. Hesperus aūt propriū planetæ nomen est apud græcos: & maxīe dū post solem occidit: & inde etiā uesper dict⁹: ut p Virgilium patet. Ante diē clauso cōponet uesper olympo. Varro autē uult ubi de origine līguæ latinæ eam ab hora ī qua apparet uesperuginē appel lari. Naꝫ Plautus sic etiā illam uocat dicens. Neqꝫ iugula neqꝫ uespe rugo neqꝫ uergæliæ occidūt &c. Lucifer autē latine dicit̄ cū apud græ cos ut asserit Tullius ubi đ naturis deorū phosphoros appellat̄ quasi lucē afferens. & hoc quādo ante soleꝫ aut auroram in oriente cernit̄ tāto splendore: corusca: ut etiam de se merito lucifer appelletur. Hāc & nautæ & idiote dianā psæpe uocāt quia diei uideat̄ prænuntia.

De secnnda Venere Celi. vii. filia.
& matre Cupidinis. Cap. xxiii.

Enerē: secūdā plures Cæli uolūt fuisse filiā. nō tamē ritu genitā

quo gignuntur omnes.ex qua recitatur.Saturnū ſcilicet ī cælum ſeuiſ
ſe patrē:& falce ſumpta ei abſcidiſſe uirilia:& ī mare abieciſſe.quor
ſū autē ceciderint nō habetur.Falcē uero haud lōge:a ꝓmotorio lili
bei ſiculi deiectā aiūt:nomenq; dediſſe loco drepanū: eo ꝙ ſic græ
ce falx dicta ſit.Teſticuli uero deiecti quacūq; ī pte maris deciderit:
ſāguinē emiſere:ex quo & maris ſpuma hanc procreatā Venerē uo
luere:ac etiā a maris ſpuma denoīata quæ græce aphrodos dicit̃.quo
niā ſic & hæc dicta ē.Macrobius autē in libro ſaturnaliorū.Venereꝫ
ex ſanguine teſticulorū:Cæli natā dicit ſꝫ maris ſpuma nutritam.Di
cūt īſuper ut.Pomponi⁹ mela refert accolæ palepaphos Cyprici op
pidi tui sereniſſime rex:penes eos.Venerem ſic natam ī terras primo
emerſiſſe.et ꝙ ob nudā et pſæpe natātē eā fingāt:qnod & noſtri etiā
quādoq; teſtāt̃ poetæ.dicit enī ei⁹ in pſona.Ouidi⁹.Et diis adde tuis
aliqua ē mihi gratia ponto.Si tamē in medio quōdā concreta ꝓfūdo
Spuma fui:gratūq; manet mihi nomē ab illa &c.Et Virgilius.Neptū
nū ei dicere ſcribit.Fas omne ē cytherea meis te fidere regnis.Vnde
genus ducis &c.Huic præterea dicūt roſas eſſe dicatas:& ꝙ marinaꝫ
geſtet manib⁹ conchā.Sic et ex ea et.Mercurio hermophroditū natuꝫ
uolūt:et ex ea ſola cupidinē.Multe quidē fictiones ſūt:ſed ex eis ta
lis poteſt exprimi ſenſus.Nā Pro Venere hac:ego uitā uoluptuoſaꝫ
inteligo:& in omnibus ad uoluptatē & libidinē ptinētibus:cū ſupe/
riori unā & eandē eſſe:& ſic etiā uidetur uelle Fulgētius.ex ſanguine
autē teſticulorū a.ſaturno deſectorū ideo natā:qa ut ex Mācrobio
ſummi poteſt:cum chaos eſſet tēpora nō erāt: naꝫ tēpus eſt certa
dimēſio:quæ ex cæli circuitione colligit̃:& ſic a cælicircuitione na
tū temp⁹:& īde ab ipſo carones natos qui & cronos eſt:quē nos.Sa
turnū dicimus:cūq; ſemina rerū omniū poſt cælū gignendarū de cæ
lo fluerēt:Et elemēta uniuerſa quæ mūdo plenitudinē facerēt ex il
lis ſeminibus fundarētur:ubi mūdus omnibus ſuis ptibus atq; mem
bris pfct⁹ ē:certo iā tēpore finis eſt ꝓcedēdi de cælo ſemina:& ſic
gentilia a Saturno.i.tēpore deciſa uidēt̃:& ī mari dejecta:ut appare
ret gignēdi atq; ꝓpagandi facultatē:quæ per Venerē aſſumēda eſt ī
humorē tranſlatā coitu:maris & foemine mediāte:qui per ſpumā in
telligitur.Nā uti ſpuma ex aquæ motu cōſurgit:ſic & ex cōfricatione
uēitur in coitū:et uti illa facile ſoluit̃:ſic & libido breui delectatio
ne finit̃.Seu ut plac; Fulgētio:ꝙ cōcitatio ipſa ſeminis ſpumoſa ſit:
& ideo marinā dicim⁹ ſpumā:ob ſalſedinē ſudoris emūcti circa co
itū.Seu ꝙ ipſū ſpuma ſalſū ſit.Sic ex humiditate nata.Ven⁹ hæc:et
a ſpuma maris.i.ſalſedine humiditatis nutrita.i.aucta:donec ī finem
cepti operis deducta ſit.Sane uidēdū que hæc ſit humiditas:ut clari⁹
origo h⁹.Veneris enodet̃.Fulgēti⁹ igit̃ uult:ubi ab aliis dr̃ Saturnū

cælo Iouem Saturno genitalia abſcidiſſet:& ſic ſuā exponit opīonem Dicit enim Saturnū græce Cronos nuncupari:quod tēpus latine: cui uires abſciſſæ falce.i.fructus qui in humoribus uiſcerū uelut in mare proiiciuntur:ex quibus dicit neceſſe ſic procreari libidinē.Nec dubiū ea ex humiditate procedit uenus:quæ ex cibo potuq; pcedit: cū raro ruant in libidinē ieiunantes:& tunc procedit maxīe quādo cibi potuſ q; calor uires mouet & ſuſcitat naturales.Et uere in mari naſcitur:ſcz in gurgite ſalſo ſanguinis calefacti:& eiuſdē ebuliētis ſpuma.i.pruritu nutritur:cum eo tepeſcente libido deficiat.Falcem aūt nōnulli uolunt apud drepanū fuiſſe deiectā:ut oſtendatur ſicuti falx aliquid operata eſt circa ueneris originem:ſic & abūdantia frugum:ex quibus demū cibaria cōponuntur:plurimū etiam operetur quæ quidem abundantia eſt:& alia incitatoria multa apud inſulam Siciliæ:in qua & Drepanū ciuitas eſt.Ego autem reor huius particulæ & nomē oppidi & littoris formā:quæ falci ſimilis eſt:fabulæ cauſam tribuiſſe.Qud'autē: ciues Paphos apud ſe e mari emerſiſſe Venerem uolunt:bona cū pace ma/ ieſtatis tuæ Rex optime dicturus ſum:quod niſi te æquum etiā maxi/ mis rebus noſcerem:non auderem. Eſt autem Cyprus inſula uulgata fama ſeu cælo agente ſeu alio incolarū uitio:adeo in uenerē prona ut hoſpicium officina fomentū q; laſciuiarum atq; uoluptatum omnium habeatur:quā ob cauſam Paphiis cōcedendū eſt:primo apud eos ex undis uenerem emerſiſſe.Verum hoc potius ad hiſtoriā q; ad aliū ſen ſum pertinere ex Cornelio tacito ſumi poteſt:qui uelle uidetur:Vene rem auſpicio doctam armata manu conſcendiſſe inſulā:bellumq; Cy naræ Regi mouiſſe:qui tandem cum iniiſſent cōcordiam cum Vene/ re:ut ipſe Rex Veneri templum conſtrueret:in quo eidem ueneri ſa/ cra miniſtrarent:qui ex familia regia & ſua ſuccederent.Cōfecto autē templo ſola animalia maſculini generis in holocauſtum parabantur:al taria uero ſanguine maculari piaculum cū ſolis precibus igneq; puro il la adolerent.Simulachrum uero deæ nullam humanā habere dicit ef figiem:quinimo eſſe ibidem continuū orbem latiorem initio & tenuē in ambitu ad īſtar metæ exurgentē:& quare hoc nullam haberi ratio nem.Nuda autem ideo pingitur:ut ad quid ſemper parata ſit oſtenda tur.Seu quia nudos qui illam imitantur perſæpe faciat:aut qa luxurie crimen &ſi in longum perſeueret occultum:tandem dum minus arbi/ trantur obſcœni procedit in publicum:omni palliatione remota. Vel potius quia abſq; nuditate cōmitti non poſſit.Natantem autē ideo Ve nerem pingunt:ut infelicium amantium amaritudinibus īmixtam uitā procellis agitatam uariis & eorum naufragia crebra demōſtrēt. Vnde & Porphyrius in epigrāmate dicit.Nudus egens ueneris naufragus ī pelago.Sed longe melius in Ciſtellaria Plautus dicit enim.Credo ego

amorem primū apud homines carnificinam cōmentum. Hanc ego de me coniecturam domi facio ne foras quæram. Qui omnes hoīes supo atq; anteeo cruciabilitatibus animi. Iactor crucior agitor uexor ui a/moris totus miser. Exanimor feror differor distraor diripior: ita nullā mentē animi habeo. ubi sum ibi non sum: ubi non sum ibi est animus Ita mihi omnia ingenia sunt: quod lubet nō lubet iam id continuo. Iā amor lassum animi ludificat fugat agit appetit raptat retin; iactat lar gitur: quod dat non dat deludit modo: quod suasit dissuadet quod dis suasit id affectat maritimis modis mecum experitur ita meū frangit a mantem animū &c. Equidem bene fluctuabat in salo Veneris homo iste. Sed nos ad reliqua. Illi rosas in tutelam datas aiunt eo ꝙ rubeant atq; pungant: quod quidem libidinis propriu; esse uidetur. Nam tur/pitudine sceleris erubescimus: & conscientiæ peccati uexamur aculeo & sicut per tēpusculum rosa delectat: paruoq; lapsu tēporis marcet: sic & libido paruæ breuisq; delectationis: & longæ pœnitentiæ causa est: cum in breui decidat quod delectat: & quod officit uexet in longū Marinam concam manibus gestat: ut per eam Veneris ostendantur il lecebra. toto enim adaperto corpore refert iuba conca miscetur in coi tum.

De Cupidine Veneris filio. C.xxiiii.

Vpido ut Simonidi poetæ plac; Seruio teste: ex Venere sola na tus est: de quo cum alibi plura dicenda ueniant satis erit mentio nem fecisse tantūmodo.

De Toxio viiii. Cæli filio. C.xxv.

Oxius. ut ait Plinius in libro naturalis historiæ: Gellio affirmā te filius fuit cæli: eūq; dicit Leutei ædificii: exemplo ab irundini bus sumpto: inuentorem. Nōdum eni; contruxerat architecti palatia ex quo patet eum industriosum & antiquum fuisse hominem: & meri/to cæli. i. claritatis filium.

Capitulu; xxvi.

Vpererant ex filiis cæli Titanus Iuppiter secundus Oceanus & Saturnus: quorum eo ꝙ amplissima esset posteritas uisum est ut huic libro tertio fiat finis: & Titanum quarto seruare uolumini. Iouē quin/to & sexto. Oceanum septimo. Saturnum octauo reliquisq;.

Genealogiæ deorum gentilium liber quartus.

Proemium.

Luctuabar adhuc splendide Princeps circa Paphũ oppidũ tuum Veneris infaustæ describens illecebras: cũ ecce quasi æoli carcere facto oẽs in pelagos prodeuntes sæuire uenti cœperunt: & in cælũ surgere fluctus impetu impulsi maximo: eoq; repellente in profundũ usq; demergi herebum. Qui dũ ascenderent & mergerentur: iterum flatusq; illos ualido spiritu ex trãsuerso confringerent stupidus ego & semiuictus nouitatis horrore: qd nã tã repentinæ tẽpestati causam præstitisset excogitãs fere absorpt' fuĩ. Tandeꝫ eius crebro inuocans suffragiũ qui ex nauicula piscatoria ad se uenientẽ periclitantẽ Petrũ manu sustulit nũc dextrorsũ: nunc sinistrorsũ deiectũ lembũ: quibus poterã uiribus regens eo usq; fere naufragus deductus fuĩ: ut ex alto cernerẽ nõ aliter q̃ si dirupt' ferreis ditis muris disiectus uinculis Titanis antiqui: imanen aduentare proleꝫ stilo cœpti operis exigente scribendam nouiq; antiqui moris eiusdeꝫ memor eam in tumultuꝫ tam grandẽ hostes suos suscitasse deos. O quas in supbiam suam in medio periculi excitauit iras. O quotiens Iouis fulmina non solum laudaui sed etiã imploraui. O quotiens cathenas atq; supplicia augeri deprecatus sum. Sed quid tandẽ: postq̃ aliquãdiu non aliter q̃ si in olympũ rediuiui insultassent: unde mugitu maxĩo sonuere oẽs: quæ uehementes uẽti suscitauere pcellas: ut arbitror iubente deo: cui soli oĩa parent aquaruꝫ resedere montes: & si æqua tranquilitas facta nõ sit: tñ nauigabile deuenit mare: q̃obrẽ a Cypro seperatus in ægeuꝫ ueniẽs a longe cœpi ingentia mirabũd' prospectare corpora adhuc fulminibus exusta: & inferno pallore atq; caligine turpia & longo cathenarũ circuitu pressa: adeo ut non absq; difficultate nomina ex semessis ellicerem descripturus: ea tamẽ quæ nouisse potui huic apponentur cũ successoribus suis uolumini. Attamen ne deficiam is faciat qui populo Israel Iordanẽ aperuit transeũti

De Titano cæli filio. viii. qui genuit filios multos: ex qb' hic. xiiii. nominantur: Quorũ primus Hyperion. Secundus Briareus. Tertius Ceus. Quartus Typhon uel Typheus. Quintus Encheladus. Sextus Aegeon. Septim' Aurora. viii. Iapet'. viiii. Astre'. x. Alo'. xi. Palenes xii. Runcus. xiii. Purpureus. xiiii. Lycaon. Genuit præterea gigantes: quorũ nomina non habemus. C. I.

E cælo ætheris & diei filio satis in precedenti uolumine dictũ ẽ uerũ cũ eius explicetur proles aiũt Titanũ eius & Vestæ fuisse filium Theologi ueteres: ut in libro diuinarum institutionum testatur Lactantius. Cuius fuisse coniugem Terram Demorgonis filiaꝫ Theodontius asserit: ex qua plures suscepisse filios in sequẽtibus apperibi

quos omnes quinta luna natos uidetur Virgilius: dum dicit. Tuꝫ luna ſcilicet quinta partu terra nephando Oetuꝫ iapetnmq; creat ſeuumq; typhoea Et cōiuratos cælum reſcindere fratres &c. De hoc. n. Titano multa referuntur fabuloſa inter quæ quod potiſſimū eſt aiunt eū cum filiis aduerſus Iouem deoſq; reliquos bellum habuiſſe: eiſq; cælū conā tes eripere montes montibus ſuper impoſuiſſe ſibi ſternētes iter ad il lud: eos demū a diis cæſos & fulminibus īteremptos: atq; apud īferoſ cathenis religatos & morti damnatos perpetuæ: ut ī vi. æneidos ſatis cōuenienter oſtendit Virgilius. Latentia ſub hac fictione & hiſtoriam continent: & moralem ſenſum naturali miſtum. Quod ad hiſtoriam ꝑ tinet uerba de ea quæ in ſacra leguntur hiſtoria apponētur ad litteraꝫ dicit enim ſic. Exin Saturnus uxorem duxit Opim: titan qui natu ma/ ior erat poſtulat ut ipſe regnaret : ubi Veſta mater eorum & ſorores Ceres atq; Ops ſuadent Saturno uti de regno non cedat fratri. Ibi Ti tan qui facie deterior eſſet q̄ Saturnus: idcirco & ꝙ uidebat matrem atq; ſorores ſuas operam dare ut Saturnus regnaret: conceſſit eis ut is regnaret. Itaq; pactus eſt cum Saturno uti ſiquis liberorum uirilis ſe/ xus ei natus eſſet ne quem educaret. Id eius rei cauſa fecit: ut ad ſuos natos regnum rediret. Tum Saturno filius qui primus natus eſt eū ne cauerunt. Deinde poſterius nati ſunt gemini Iupiter atq; Iuno. Tuꝫ Iu nonem Saturno in conſpectum dedere: atq; Iouem clam abſcondunt dantq; eum Veſtæ educandum celantes ſaturno. Item Neptunū claꝫ Saturno Opis parit: eumq; clāculo abſcondit. Ad eundem moduꝫ ter tio partu Opis parit geminos Plutonem & Glaucam. Pluto latinæ di/ ctus eſt Diſpiter: alii orchum uocant. Ibi filiam Glaucā Saturno oſtē dunt: Plutonem cælant atq; abſcondunt. Deinde Glauca parua emori tur. Nec multū poſt hæc ſeqtur in eadē hiſtoria. Deinde Titan poſtq; reſciuit Saturno filios ꝓcreatos atq; educatos eſſe claꝫ ſe ſeducit ſecū filios ſuos qui Titani uocantur: fratremq; ſuum Saturnuꝫ atq; Opem comprehendunt: eoſq; muro circūegit: & cuſtodiā his appoſuit. Poſt hæc paucis interpoſitis ſequitur. Iouem ad ultimum cum audiſſet pa trem atq; matrem cuſtodiis circūſeptos atq; in uincula coniectos ue/ niſſe cum magna Cretenſium multitudine Titanumq; atq; filios eius expugnaſſe: parentes uinculis exemiſſe: patri regnum reddidiſſe: atq; ita in cretam remeaſſe. Hæc Lactantiuſ ex hiſtoria ſacra: quæ q̄ uera ſint quaſi eadeꝫ referens edocet Sibylla Erithrea. Viſo ſenſu hiſtoria li circa reliquos pauca dicenda ſunt: & primo quid ſibi uelint hūc cæli dicentes filium atq; Veſtæ: quod præter hiſtoriæ ueritatē de quocūq; mortali arbitror dici poſſe. Nam terrenū corpus & cæleſtem habemꝰ animam: ex quibus conſtat homineꝫ eſſe. Sed hic altiori uerborū uolu mine extollitur ab uniuerſo mortaliū grege: & nuncupat̃ Titan: quod

(ut placet Lactantio) idem quod ultio sonat: supra enim ostensum est Vestam terrã esse: & terram irritatam ira deorum in ultionẽ suam pe perisse Titanes: & quoniam ubi de fama demõstratum est quæ sit ira deorũ: ob quam terra irritata ẽ: & qualiter terre filii in ultionem ma tris consurgant. Satis est hic dicere terra hunc tantuꝫ ex egregiis illis uiris fuisse qui operibus conatus extendere famaꝫ: & mortẽ superare suam. Quđ aũt illi terra coniunx fuerit p hoc intellige huius hoĩs & cuiuscũqꝫ alterius huic similis ingentẽ animũ: quo sibi terram subigit uti uir uxorem: eiqꝫ dominatur saltẽ animo si posessio desit. Ex hac e nim uolunt eũ multos genuisse filios: quod quideꝫ etiã ostendit histo ria: & si etiam possibile sit nõnullos ob cõuenientiam moruꝫ sibi ut re liquis attributos esse ꝓm asconditum sensum nulli dubium esse debet quin multi fuerint oliꝫ: & hodie sint insignes uiri. qui eius eo ꝙ primꝰ describitur filii dici possunt. Insuper dicunt hos claros fuisse hoĩes: & aduersum deos habuisse bellũ: ut aduertamus quoniã ex magnanimi/ tate ad superbiam facilis sit transitus: & ob id ut plurimũ dum minus consyderate magnates agunt ex gloriosissima uirtute in detestabile ui tium cadunt: & tunc steriles efficiuntur. i. absqꝫ fructu uirtutis: & ut ĩ telligamus Titanis filios fuisse tales quinta luna natos dicunt. Veteri enim supstitione creditũ est quicquid quinta luna nasceret̃ sterile atꝫ dãnosum fore: nec dubium elatos esse dãnosos: eo ꝙ belloruꝫ sint se men: per quæ euacuantur agri colonis & ciuitates: & desolãtur regna Dicunt præterea eos habuisse cuꝫ diis bellũ: quod & magnanimes ha bent & superbi. Magnanimes. n. bonis operibus similes diis effici co/ nantur. Superbi aũt se quod minime sunt extimantes uerbo: & si pos/ sent opere ipsum uerum deũ calcare satagunt: ex quo fit ut deiiciãtur & redigantur in nihilũ. Est tamen aduertẽdum duplex ab hoĩbus bel lum cum superbis habitum: quorum unuꝫ fuit istud quo Iuppiter libe rauit parentes occisis Titanis filiis: Aliud uero fuit cum gigantes qui & Titanis dicunt̃ filii uoluerunt Ioui cælum eripere: & tunc montes montibus imposuere: quod postea ubi de gigantibus exponetur.

De Hyperione primo Titanis filio qui genuit solẽ & lunã. C. ii.

Yperionem Titanis & terræ fuisse filiuꝫ Theodontius & Paulus uoluere: de quo nil aliud credo legi: nisi quia solẽ genuerit & lu nam. Arbitror tamen eum magnæ preeminentiæ hominem fuisse: & hoc tam a significato nominis quod super oĩa sonat ꝙ̃ a nominibus fi liorum tam claris.

De Sole Hyperionis filio: qui genuit horas quas loco uniꝰ filiæ po no: & sic prima genuit Eonas: quas æque loco filiæ unius scribo: & sic secũda. iii. Phetusam: iiii. Salempetii. quintam Dircem: vi. Miletũ.

Olem Hyperionis fuisse filiu3 uulgatissima fama ē:ex qua tamē matre non constat.Hunc dicunt non solum patri & fratribus ad uersum Iouem non fauisse:sed Iouis partes sequutum:quam ob cau/sam post uictoriam currum coronam & aulam:& alia multa insignia a Ioue obtinuisse:quæ omnia in sequentibus plene explicabuntur.Hunc ego credo suis temporibus clarissimū fuisse hominem & uere magna/nimē:& ob id dictum non fauisse fratribus sed ioui:quia nō superbus quāobrem adeo illi fuit fama propitia ut in eum a poetis omne dec⁹de latum sit:quod uero soli deferendū est.Nec aliter de eo q3 de uero so le utplurimū loquuti sunt.Sane quoniam hic fere nulla ad hominē spe ctantia apponi uidetur de sole planeta loquemur.Finxerunt igitur eū ante alia regem:& forte fuit:eiq3 regiam disignauere aulā:de qua Oui dius in maiori uolumine libro.ii.Regia solis erat sublimibus alta colū nis:& infra per.xvii.uersus.Descripta uero aula Ouidius maiestatem regiam proceresq3 describit dicens.Purpurea uelatus ueste sedebat in fra per septem uersus designata regia maiestate currū eius describit di cens:Aureus axis erat themo aureus aurea summæ Curuatura rotæ: radiorū argēteus ordo Per iuga chrysoliti positæq3 ex ordine gēmæ. Clara repcusso reddebāt lumina phoebo &c.Nec post multū idē scri bit equos.Interea uolucres Pyrous eous & ethon Solis equi quartusq3 phlegon hnini ibus auras.Flāmigeris implent pedibusq3 repagula pul/sant & cætera.Huic insuper regi coronam insignem .cxxxii. lapidibus præciosis(ut Albericus ostendit)imposuit.Eiq3 dicunt aurora ueniēte ab horis currum parari:& equis adnecti.Hunc præterea multorum fi liorum patrem uolunt:ex quibus aliquos ueros fuisse possibile ē:dum eū hominē fuisse dicamus:& nōnullos etiā ratione cōuenientiæ morū attributos:si solem planeta3 dixerimus.Præterea ut aiūt philosophi ī rebus procreandis tantæ potētiæ est:ut pater oīs mortalis uitæ habe atur.Inter alia ex quadam singulari potentia dum in natiuitate alicui⁹ hominis cæteris supercælestibus corporib⁹præualet eū formosissimū amabilem facie alacrem atq3 splendidū:moribus insignem:& genero sitate producit cōspicuū.Eum similiter multis uocant nominibus:per quæ satis apparet de sole planeta:non de homine intellexisse poetas. Nunc quid dicta uelint explicandum est.Dicunt eum primo Hyperio nis natum:quod concedendū est.Diximus.n.supra hyperionem idem sonare qd'super omnia:& sic hic pro uero deo accipietur:q cū omnia ex nihilo creauerit solus pater dici potest solis:cu3 ipse solus sit super omnia.Post hæc regia huic tam splēdida ideo designata est:ut ītelliga mus per apposita in eadem opere huius ex potentia attributa cūcta cō sistere:eūq3 omnium curā gerere.Cui īter alia ꝑpiquiora circūposita

sunt tẽpora & temporũ qualitates: ut intelligatur eũ motu suo dscrip
sisse omnia: esto aliquos fuisse dies ante eum in principio Pentateuci
scribat Moyses: quos arte sua ille fecit qui cũcta creauit. Nõduꝫ isto
creato: nec eidem potestate aliqua attributa. Postq̃ uero creatus ẽ uo
lente creatore: suo motu tẽpora describit: & describit oĩa & horas &
diem & menseꝫ & ãnum & saecula: ut in sequẽtibus latius apparebit.
Sic & motu suo qualitates tẽporum facit esse diuersas: cuidam dans
frondes & flores: alteri segetes: tertiae maturos proebꝫ fruct⁹: & frõ
des incipit aufferre: ultimae rigorem frigoris & niuis caniciem. Curr⁹
aũt illi tum lucidus apparatus indefessam eius atq; ꝑpetuã cũ indefici
ente lumine circa orbem terraruꝫ uolubilitatẽ ostẽdit: qui rotarũ qua
tuor est ut descripta iam quatuor tẽpora sua fieri circuitione designꝫ
Sic & illi quatuor equi: ut per eos qualitates diurnae circuitionis ostẽ
dat. Nam Pyrous qui primus ẽ pingitur & in tempore rubeus: eo ꝙ
primo mane agentibus uaporibus a terra surgentibus sol oriens rube
at. Eous qui secundus ẽ cũ albus effigietur dicitur splẽdidus: eo ꝙ ex
alatus sol iã dissolutis uaporib⁹ splendẽs sit. Ethon aũt tertius rubẽs
sed in croceuꝫ tendens ardẽs exponitur. nã sole iam caeli mediũ tenẽ
te lux eius corusca ẽ: & cũctis uidetur feruidior. Phaegon aũt quart⁹
ex croceo colore tendit in nigrum & in tẽpore terram amãs ostendẽs
aduesperascente die solẽ terram petere. i. occasum. Hos tñ equos ful/
gentius: esto cũ eisdeꝫ signationibus aliter nominat uidelicet. Erithre
um. Actheona. Lampos & Philegeũ. Per coronaꝫ aũt. xii. lapidũ ostẽ
dit Albericus longa dicacitate. xii. caeli signa intelligi debere: ꝑ quae
mortaliũ ingenia euꝫ ãno quolibet discurrere inuenere. His praedictis
superest de nominibus soluere globuꝫ. Ex quibus eo ꝙ nõnulla cũ q
busdam aliis diis habeat cõmunia: illis reseruatis ubi de diis talib⁹ de
iis quae ad eum solũ spectare uidentur q̃ breuius fieri poterit expone
tur. Vocatur ergo primo sol eo ꝙ inq̃tum planeta solus est: ut testa/
ri uidetur Macrobius dicens. Nam & latinus eũ qui tanta claritudine
solus obtinuit solem uocauit. Et in Thimaeo dicit Plato ubi de speris
ut aũt per ipsos octo circuitus celeritatis & tarditatis certa mẽsura: &
sit & noscatur deus in ambitu supra terram syderum lumen accendit:
quẽ nunc solem uocamus. Insuper hunc Tullius ubi de Repu. uocat
principeꝫ atq; ducem dicens. Deinde subitus mediam terrae regionem
sol obtinet dux & princeps & moderator luminũ reliquorũ mens mũ
di & temperatio tanta magnitudine ut cũcta sua luce lustret & cõpleat
Super quibus uerbis sic ait Macrobius super somnio Scipionis. Dux
ergo quia omnes luminis maiestate praecedit. Princeps quia ita emi
net ut propterea ꝙ tilis appareat sol uocetur. Et post pauca sequitur
Mens mundi appellatur ita ut physici eum cor caeli uocauerunt. Inde

nimirum ꝙ omnia quæ statuta ratione per cælũ fieri uidemus diem noctemq; & migrantes inter utrãq; prolixitatis breuiatatisq; uices & certis tẽporibus æquam utriusq; mensuram. Deinde ueris clementem tẽperiem. Torridum cancri & leonis æstum: mollitieq; autumnalis auræ uim frigoris inter utrãq; tẽperiẽ. Omnia hæc solis cursus & rõ dispensat. Iure ergo cor cæli dicitur: per quem fiunt omnia quæ diuina ratione fieri uidemus. Est & hæc causa propter quam iure cor cæli uocetur ꝙ natura ignis semper in motu perpetuoq; agitata est. Solẽ autẽ ignis ætherei fontẽ esse dictũ retulimus. Sol ergo in æthere: quod in aĩali cor: cuius ista natura est ne unq̃ cesset a motu: aut breuis eius quocũ q; casu ab agitatione cessatio mox animal ĩterimat hoc Macrobi⁹. Ex quibus satis percipi potest eum existimasse solem rerum omnium causam. Losias ĩsuper eũ appellat: ut ait Macrobius cenopides: qđ ab occasu ad orientem tendens circulũ facit obliquum. Phœbus etiam nuncupatur & potissime a poetis: ꝙ a specie atq; nitore dictuq; est. Alii dicunt Phœbus quia nouus eo ꝓ mane quolibet nouus uideatur ab orizonte consurgente. Lycus etiã nuncupatur: & ut aliqui dicunt a lycio tẽplo deli. Macrobius ostendit Cleantem aliam rationẽ reddere dicẽs Cleantes lyciũ Apollinem nominatum scribit: ꝙ ueluti lupi pecora rapiant: ita ipse quoq; humorem rapiat radiis. Soconias (ut idem dicit Macrobius) a Syriis etiam sol appellatur a fulgore scilicet radiorum: quos uocant comas aureas solis. Sic & Argitorosus: ꝙ nascẽs per sũmũ orbis ambitum ueluti arcus quidam figuratur alba & argentea specie: ex quo arcu radii in modũ emicãt sagittarũ. Imbricitor ꝙ lumen eius exoriens amabile am icissima ueneratione oculorũ sol dictus ẽ qasic a Physicis æstimatnr. Dicitur & horus quasi magnus uel gigas maximus quidem est: ut ipsi uidere possumus: & hoc illi nomen est apud ægyptios. Vocatur insuper aliis nominibus pluribus: ut per Macrobium patet in Saturnialiorum libro.

De horis filiabus solis & Cronis. Capitulum. iiii.

Oras solis & Cronis dicit Theodontius fuisse filias: & ab eo denominatas: eo ꝙ hor⁹ ipse ab ægyptiis appelletur. has Homer⁹ dicit equos & currũ in tpe parare soli: & diei uenire uolẽti cæli portas aperire. Filias ego ideo solis dici puto & Cronis qđ ẽ tps: eo ꝙ solis progressu ex certa temporis dimensione fiant. Equos autem & currum soli parari ab eis ideo fictũ est: quia eis sibi uicissim succedẽtibus nox labitur & dies accedit in quẽ sol tanq̃ ĩ præparatũ sibi uehiculũ a successione horarũ ꝓgreditur: ĩ cuius ꝓgressionis initio horæ diei aduenienti cæli portas. i. lucis ortum aperire uidentur.

De Eonis filiabus solis. .C. .V.

Onas dicit Theodontius plures esse sorores solis: & Cronis fili
as corporibus ingentes & sub Iouis collocatas pedibus. De hiis
ego nũq̃ alibi legisse memini: nisi forsan has uelit intelligi sæcula: cũ
eon græce latine sæculũ interpretetur: si de sæculis dixisse uelit hæc ꝑ
fecto certa & longa temporis dimensiõe a solis motu conficiũtur. hæc
supra monstrauimus a Claudiano in antro æternitatis fuisse descripta
De quantitate uero sæculi plurimũ inter se discrepauere ueteres. Dice
bant. n. aliqui: ut Censorinus in libro quem de natali die scripsit ad Ce
rellum: ab hiis potissime qui rituales Etruscorũ sequebantur hoc mo/
do descripta sæcula: ut aliquo superum. s. ostento initiaretur sæculum
eo usq; protẽderetur: donec aliud superueniret ostentum: quod finis
esset præteriti & sequentis initiũ: & sic non certo aut determinato an
norũ numero constare uidebatur sæculum: qnĩmo aliquando longum
& nõ nũq̃ breue contingere. Post hæc ostendit alios aliter arbitrari
dicentes id spatium tẽporis esse quod efflueret inter unam celebratio
nem ludorũ sæcularũ & alteram subsequẽtem: ex quo etiã tẽporis
inæqualitas sequeretur ꝑmaxima. Postremo multis recitatis opinioni
bus dicit & ciuile romanorum sæculũ centũ annis solarib⁹ termina
ri. Quod ego memini sæpissime a uenerabili Andalo eodẽ finiri spatõ
Erant insuper qui uellẽt idẽ esse sæculũ & ætatem: quod nõ ẽ uerũ
esto aliquãdo scribant improprie ueteres sæculũ pro ætate. Aetas. n.
si eo mõ sũpserimus quo sanctorũ describunt litteræ: ac etiã poetarũ
multa in se continent sæcula. Quod uero sub Iouis pedibus sæcula de
signẽtur puto fieri ut intelligamus solius ueri dei imperio tempora labi
eiq; soli diuturnitatem cognitã eorũdẽ: & quæ in eis futura sint. Nec
ab hoc discrepat Claudiani descriptio: qui illa dixit in antro æternita
tis manere: cũ ĩ ipsa Trinitate personarũ & unica deitate tantũ consi/
stat æternitas: & sic quicquid in æternitate cõsistit in deo sit necesse ẽ

De Phætusa & Salempetii tertia et. iiii. filiabus solis. C. vi.

Hætusa & Salempetii nymphæ Siculæ filiæ fuere solis et Nereæ
ut ĩ Odyssea scribit Homer⁹ dicẽs has in Sicilia solis seruare gre
ges a quibus Vlysses a Cyrce proibitus est. Circa quã prohibitionem
talis ab Homero fabula recitatur qđ cum nenisset ab inferis rediturus
in patriã Vlysses a Cyrce præmonit⁹ ẽ: ꝙ postq̃ cũ sotiis ultra scyl
lã et Charybdim ĩ Siciliã deueĩsset et cõperisset greges solis seruari
a Phætusa et Salempetii filiab⁹ suis ab eis omnino cũ sotiis abstineret
Nam si quis ex eis comeder& occideretnr. Ad quos cum postergatis
aliis periculis fessus cum sotiis deueniss& Vlysses: factum est ut ibidẽ
euriloci consilio pernoctarent: sed mane mutatis uentis abire nequiue
re: & cũ ibidẽ lõgius credito detinerentur impellente ciborũ penuria

dormiente Vlyſſe & Euriloco ſuadente a ſotiis Vlyſſis in greges ituꝫ eſt: & ex eis ſedata fames Verum eis deſcendentibus graui agitati tē/ peſtate: ad ultimū a Ioue fulmĩati periere omnes: Vlyſſe excepto qui ex gregibus non guſtauit. Huic fabulæ talis poteſt ſenſus exhiberi. Ca lor & humiditas. i. ſol & nerea: q̃ nympha ē ſyluas & paſcua gignunt q̃ duæ ſunt nymphæ ſolis & nereæ filiæ: haruꝫ altera præſtat umbras altera uero gregibus uictū: & ſic ſeruātes ſunt greges ſolis q ex oĩ ui/ uente conficitur: anima uegetatiua ſcilicet & ſenſitiua. opere enim ſuo naſcuntur & tegmine atqꝫ uictu prædictarum cuſtoduꝫ ſeruātur. Eſſe tamē hos greges in Sicilia dicit Homerus: non tamen ꝙ alibi nō ſint ſed ibidem ob ingentem rerum abundantiam & cæli temperiem plus uigoris uideantur habere delitiæ quæ ob corruptos loci mores etiam magis q̃ꝫ alibi ſunt peſtiferæ. Ab his omnis rationalis anima prohibe tur ſane tamen ne eis ĩmoderate fruatur: ne in mortē deueniat: aut ui tā q̃ ſit morte deterior: quod totiēs cōtingit. quotiēs habenis appeti tui datis in laſciuias mergimur: quod iam apud Siculos fecere plurimi qui enerues facti. poſt guſtatis delitiis non ſufficere laboribus. Verum Eurilocus. i. blanda ſenſualitatis perſuaſio dormiente Vlyſſe. i. ratiōis robore auidos ſenſus in greges. i. in delitias emittit: ex quo libidinib' ſoluti maris fluctuantis. i. mundi huius labores ferre nequiuere & ſic Iouis fulmine. i. iuſto dei iudicio ĩ mare deiecti periere. i. ĩ amaritudĩes & miſerias mortalis uitæ anxiati & incogniti defecere: uľ quod forſan contigiſſe potuit: cum in Siciliam deueniſſet Vlyſſes: & ibidem ab ad uerſo detineretur tpe: eo nō curāte: adeo ſocii eius cibo potuqꝫ & mu lieribus ſoluti ſunt: ut reintrantes mare opportuna negligerent: & ſic naufragiū facerēt. Quod nō ſolū Vlyſſi cōtigiſſe legimus quinĩmo & Hānibali peno ſtrenuiſſimo bellorum duci: cui' milites cū nulli longi atqꝫ difficillimi itineris ex Hiſpania in Italiā tranſcēdentes labores ſu peraſſe nequiſſent: capuanæ delitiæ attriuere.

De Dirce ſolis. v. filia & Lici regis coniuge. C. vii.

Irces ſolis fuit filia Lyci regis Thebarum coniunx: in quaꝫ ſicu ti in cæteras ſolis filias Venerem ſæuiſſe dicit Fulgētius. De qua talis fertur hiſtoria. Stuprata per uim Anthiopa Nictei Regis filia ab Epapho: ut placet Lactantio: ſeu a Ioue: ut plures uidentur arbitrari: a Lyco Rege Thebarū marito ſuo abdicata eſt: & ĩſuper ĩducta Dyr ces. Quæ ilico ſuſpicata ne forte Lycus Anthiopiā ĩ ſuam reuocaret gratiā: & ſic ea reaſſumpta dimitteretur: ipſa ĩpetrauit a uiro ut poſſet illam in uinculis detinere. Quæ cū ex Ioue prolem geminā ſuſcepiſſet partus adueniente tpe: ab eo uinculis liberata ē: & clā in Cytheroneꝫ montē aufugit: ibiqꝫ peperit Amphionem & Zethū: quos expoſitos

pastor quidam pro suis aluit. Qui cũ adoleuissent a matre cogniti: & sui generis certiores facti facile in Dircẽ irritati sunt: & in matris ultõ nem surgentes Lycũ occiderũt regem: & Dircẽ tauro indomito alli/gauerunt: qui dum eã traheret miseratione deorũ auxiliũ implorauit quorum subsidio in fontẽ sui nominis haud longe a Thebis mutata ẽ & sic Veneris saciauit iram. Quod aũt in hac historia fabulosũ est ex plicabitur facile. Anthiopam a Ioue tempore partus liberatã a carcer dicit Theodontius ideo fictum: quia cum uideretur Dirci ob tumidũ Anthiopæ uterũ satis sui adulterii testimoniũ apparere: & ob id eã uiro arbitraretur odiosam merito ultro eam reliquit. Dircem autẽ mu tatam in fontem satis comprehendi potest tam ob perditum regnum: q̃ ob supplicii illati poenam eam in multas solutam lachrymas fuisse autem solis filiam ideo dictam: quia aut sic de facto fuit eam alicuius insignis uiri sic nominati fuisse filiam: aut ob insignem eius pulchritu/dinem solis filiã uocitatam.

De Mileto solis vi. filio: qui genuit Caunũ & Biblidẽ. C. viii.

Iletus (ut testat̃ Ouidi⁹) solis fuit filius. Theodõtius aũt dicit is/tum solis rodii filium: & Pasiphes fuisse fratrẽ. Hunc tamen in Minoẽ senem uolentẽ insurgere bello pterruit Iuppiter: quã ob cau sam in Lesbon abiit: & ibi ciuitatẽ quam Militenẽ ex suo nomine di/xit: construxit. Verũ postea ĩmutatis litteris ex militene mitilena dic/ta est. Post hæc cum Cyane nympha Menãdri fluminis filia se imiscu it & ex ea suscepit filios duos. Caunum. s. & Biblidem.

De Cauno & Bi/blide filiis Mileti. C. ix.

Aunus & Biblis filii fuerunt Mileti ex Cyane nympha suscepti: ut testatur Ouidius dicens. Hic tibi dum sequitur patriæ curua/mina ripæ Filia Menandri totiens redeũtis eadem. Cognita Cyane p̃ stanti corpore nympha Biblida cũ Cauno prolẽ est enixa gemelã &c. Et quia nil præter cõmune ambobus de his legi de ambobus scribere inuicem uisum ẽ. Legitur ergo Caunũ speciosissimũ fuisse iuuenẽ & a Biblide sorore infausto amore dilectũ Venere in prolẽ solis irata a/gente. Sane cũ Biblis fratri flãmas execrandæ libidinis detexisset. ip̃e aspernatus detestandã sororis concupiscentiam fugam sumpsit. Inq; peregrina ponit noua moenia terra. Infoelix autẽ Biblis confestim se cuta est eum: & postq̃ Cariam Lyciãq; & Lelegas peragrauit labore atq; dolore uicta consedit: & spreta sese dedit ĩ lachrimas: ex quo fac tum ẽ: ut in fontẽ Nayadũ beneficio misera uerteretur: ut dicit Oui dius. Sic lachrymis cõsumpta suis phoebeia biblis Vertit̃ in fontẽ q nũc quoq; uallibus illis Nomẽ hẽt dñæ: nigraq; sub ilice manat. &c.

Figmentum autem satis patet: quia a fletu continuo fons lachrymis manans uisa est.

De Pasiphe. viii. solis filia & Minois coniuge. C. x.

Asiphes solis fuit filia ut Senecæ poetæ Tragœdia pcipitur carmine aientis in Tragœdia Hippolyti. Quid ille rebus lumen ĩfũdens suum matris parens & cætera. Verba quidẽ nutricis sunt loquentis ad insanam amore Hippolyti Phedram Pasiphes filiam. Theodontius autẽ dicit non fuisse filiam solis Hyperionis: sꝫ Rhodii. Fuit hæc Minois Cretensis coniunx: & uacante Minoe bello aduersus Megarẽses & Athenienses ob occisum Androgeum filium ab irata Venere in Sobolem solis infausti amoris flãmans suscepit: amauitqꝫ speciosissimũ taurũ: ĩ cuius cõcubitũ Dædali artificio uenisse dr̃: & ex eo suscepit quẽ mediũ hominẽ mediũqꝫ taurũ peperit. Alii uero aliam amoris huius causam describunt aientes ꝙ cum orasset Minos in bellum progressurus patrem: ut dignam se sacrificaturo sibi præpararet hostiam euestigio illi præparatus est taurus: formositate cuiꝰ captus Minos illũ armentis suis præfecit ducẽ: alio cõsecrato: ex quo iratꝰ Iuppiter egit ut illo absente reseruatus diligeretur a cõiuge: & hinc uolunt Minoem ob cõmissum facinus nõ ausum in cõiugem sæuire. Quď aũt Pasiphes filia solis ex tauro conceperit: uult Seruius taurum hunc scribã Minois fuisse sic nominatum: eumqꝫ in domo Dædali cum Pasiphe coisse: & filiũ ex ea suscepisse: & tandeꝫ geminos peperisse: quorũ alterũ ex Minoe conceptum notis apparebat. alterum uero ex tauro æque indicãtibus signis: & cũ de secundo nõ esset certa fides nomine ad utrũqꝫ spectante parente Minotauro scilicet imposito enutritus est. Ego autẽ lõge altiorem sensum sub hac fabula tegi reor. Existimo quidem uoluisse ueteres ostendere qualiter uitium bestialitatis causaretur in nobis hac ratione. Pasiphem speciosissimã fœminam & solis filiam: credo aĩam nostram ueri solis. i. dei omnipotentis a quo creata ẽ filiam: omni pulchritudine ĩnocẽtiæ splendidã. hæc cõiunx efficitur Minois regis legũlatoris. i. rationi humanæ iungitur: q̃ suis legibus eã habet regere atqꝫ ĩ rectũ iter dirigere. Huic inimicatur uenus. i. appetitus concupiscibilis qui sensualitati adhærens semper rationis est hostis. Cui si adhæserit aĩa a ratiõe separetur necesse est: a qua semota facile a blanditiis & suasionibus carnis se trahi permittit: & sic præcipitem se fert in concupiscentiaꝫ tauri a Ioue dati: ut sibi ex eo Minos sacrũ cõficiat. Quẽ ego tauruꝫ sentio mũdi hꝰ delitias prĩa facie pulchras & delectabiles a deo rationi concessas: ut ex ea moderamine certo uitæ nostre opportuna ministret: Nam dum his debite utimur rite ex eis deo sacrum conficimus. Sane dum eius iudicium sensualitatis sequentes abutimur: aut abuti desyderamus in bestialem concupiscentiam deuenimus: & tauro

tunc obscoene anima iungitur in lignea uacca: dum artificio ingenii nostri naturalibus præter naturæ leges ínitimur. Et sic ex appetitu illecebri & adoptione nephariæ uoluntatis causatur: & nascitur minotaurus.i.bestialitatis uitium. Huius aũt minotauri hominis & tauri formã esse finxere: eo ꝙ tali uitio laborantes intuitu primo uidentur hoĩes si opera aũt prospectemus: & abscondita introrsum desyderia tales esse bestias cognoscemus. Clauditur aũt hinc labyrintho carceri circuitionum pluriũ implicito & hoc ideo quia fortissimũ atq; ferocissimum & furiosum esset animal. In quo ostenditnr eum humano pectori infãdis desyderiis intricato: & ꝙ eo impellente fortẽ atq; ĩmanem præstem animũ dum infaustũ aliquid audemus: quod nisi pro uoto perficiam cõfestim in furiam declinamus. Hic insup a Theseo ab Ariadna prædocto occiditur.i.a prudenti uiro: cui uirilitas quam per Ariadnam accipio: eo ꝙ Andres græce uir sonet latine. ostendit detestabile tã scelesto uitio subiacere: & quibus armis etiam conficiendum sit.

De Oeta Colchorũ rege solis filio.viii.q genuit Medeam & Absirthium & Calciopem. C.xi.

Eta Colchorũ rex (ut Homerus in Odyssea testatur) solis fuit filius & Persæ filiæ Oceani. Tullius aũt ubi de naturis deorum eum ex Asterie sorore Latonæ susceptũ dicit: quam Asteriem uidetur idem Tullius dicere ab eo occisam. dicit.n.sic. Quid Medeæ responde bis quæ duobus auis sole & oceano: & patre matricida prouocata est. Hunc clarũ ea tẽpestate fuisse regẽ testatur antiquitas: cum premaximum illi regnum fuisse describat Seneca Tragoedus in Tragoedia Medeæ ad hũc nouercales insidias fugiens deuenit frixus Athamantis filius cũ aureo uellere: quod sibi fatale ab oraculo sentiens Oeta diligẽtissime seruabat: ne eo perdito priuaretur regno. Qui tamen a Iasone spoliatus est: & regno pulsus. Verũ iam senex ab eadem in regnum reductus ẽ. Dicit Theodontius hũc Oetã nõ fuisse filium solis Hyperionis: sed eius qui apud Colchos maximus fuit & regnauit ibidem.

De Medea Oetæ regis filia & Iasonis coniuge. C.xii.

Edea Oetæ regis fuit filia ex Ipsea coniuge: ut satis patet p Ouidii carmen dicẽtis. Nõ erat Oetes ad quẽ despecta rediret Non Ipsea parẽs &c. Huius Medeæ grandis recitatur historia quãdoq; fabulis mixta. Aiũt.n.ante alia ꝙ ex Apollonio sumptũ ẽ qui đ argo uautis librũ scripsit Iasonem a Pelia patre missum: Colchos uenisse & comiter ab Oeta susceptũ Medeæ uirgini placuisse: in quam Venus irata uti in cæteram solis prolẽ oẽs a filio amatorias iniici flãmas fecit. Quæ amans cum pericula nosceret dilecti iuuenis euntis ad uellus aureum

assumendum miserta eius habita sui coniugii sponsione: eũ docuit quo pacto illud absq; periculo posset surripere: eoq; surrepto una secum fugam arripuit traxitq; fugæ comitẽ Absirthium seu Egyaleũ paruu/lum fratrem. Quos cum sequeretur Oeta: ut eis spatiũ fugæ prestare tur in insula quæ faucibus Phasis a scelere ab ea perpetrato thomita/nia exilio Ouidii Masonis postea nobilitata: per quam oportebat œtã sequentẽ transitũ facere puerruʒ Absyrthium obtrũcauit: articulatĩq; diuisum passim per agros disiecit: ut patrem sisteret ad colligenda filii mẽbra. Nec præmeditatio fefellit infaustam. nam sic factũ est dumq; orbatus pater flens membra collegit nati & funeralia peragit: abiit illa cum raptore. Et post longas secundum quosdam circuitiones ĩ Thes saliam deuenit: ubi præcibus Iasonis Esonem patrẽ annositate decre pitũ ĩ robustiorẽ retraxit ætatẽ. Et cum Iasoni duos filios peperisset ĩ Peliæ mortem suas filias armauit. Tandẽ quacũq; ex causa factuʒ sit a Iasone abdicata est: & Creusa Creũtis Regis Corĩthiorũ filia despõ sata. Qud' cum ægerrime ferret excogitata malitia filios suos quasi ad placandã sibi nouercã cũ donis ĩ scrineolo clausis misit: quod a Creu sa non ante apertum est: q̃ per omnem regiam flamma euolauerit in gens: a qua cum ipsa Creusa regia omnis exusta est: cũ iam pueri præ moniti euasissent. Verum cum in eam iratus Iason irruisset sumpturus ex tam impio facinore pœnas: eo uidente trux fœmina filios trucida uit innocuos: & maleficis suis sublata Athenas abiit: ubi Aegeo iã se nescẽti cõiugio iuncta est. Peperit ei filium: queʒ ex se Medũ uocauit Sane cum Theseo redeunti ex longinqua atq; diutina expeditione ab ægeo incognito per eiusdem manus uenenatum parasset poculuʒ & il lud idem ab ægeo filio iam cognito sublatum uidisset: fuga Thesei eui tauit iram: & tandẽ nescio quo pacto Iasoni reconclliata una secum in Colchos rediit: patremq; senem & exulem Iasonis uiribus in regnũ re stituit. Esto grauis Cælius (uti de mirabilibus mundi refert Solinus) di cat eam a Iasone bitrote sepultã: & Medũ eius filiũ imperasse Marsis populis Italis. His ergo ornata facinorib' Medea locuʒ apud Græcos prĩo q̃ melius eã cognouisse debuerant. Deinde apud Romanos cõpe rit: ut ꝓ dea susciperetur: atq; sacris honoraretur ab eis: ut liquido te/statur Macrobius. Quæ autem huius in historia fictiões cõtextæ sũt ubi de Esone & Pelia & Iasone scribetur: qm̃ ad eos spectare uidetur passim ubi opportunũ uidebitur aperietur.

De Absyrthio & Calciope filiis Oetæ. C. xiii

Bsyrthius & Calciopes frater & soror filii fuerũt oete regis Col chorum. Nã de Arsyrthio testat' Tulli' ubi de naturis deorũ di cens. Quid huius scilicet Medeæ Absyrthio fratri q̃ ẽ apud Pacuuiũ

Egilaus &c. De Calciope autē dicit Ouidius in epistolis. Non erat oe tes ad quem despecta rediret. Nō ipsæ parens Calciopesq; soror &c. De hac Calciope nil repperi aliud legi: nisi q coniunx fuerit Phrixi: eiq; peperit Cycoru; filium. De Absyrthio aūt seu Argilao iam supra dictum qualiter a sorore sit cæsus: a quo sunt qui dicant flumen illud Colcorum Absyrthium de pueri nomine nuncupari.

De Cyrce filia solis. Capitulum. xiiii.

Yrces malefica mulier: ut Homerus testatur ī Odyssea: filia fu it Solis & Persæ. quo autē pacto colchos reliquerit: & in italiam uenerit nusq; legi. Cōstat tamē eam habitasse haud longe a Caieta cā paniæ ciuitate in quodam monte olim insula: qui cyrceus ab ea in ho/ diernū usq; diem dictus est. Circa quem adhuc aiūt incolæ rugire leo nes ferasq; alias: quas ex hoībus cantato carmine fecit. De hac autem sic scribit Virgilius. Diues in accessos ubi solis filia lucos Assiduo re/ sonat cantu tectisq; superbis Vrit adoratam nocturna in lumina ce/ drum Arguto tenues percurrens pectine telas Hic exaudiri gemitus ireq; leonum Vincla recusantum & sera sub nocte rudentum. Setige/ riq; sues atq; in præsepibus ursi Sæuire: ac formæ magnoru; ululare luporum. Quos hominū ex facie dea potentibus hærbis Induerat cyr ce in uultus ac terga ferarū &c. Homerus aūt in Odyssea dicit Vlys/ sem errante; cum sociis ad hanc deuenisse: & cum sotios eius omnes mutasset in feras eum a Mercurio prædoctu; mutare non potuisse qn īmo ab eo exterrita socios eius oēs in homines reformasse: eūq; per annu; ibidem tenuisse: ac peperisse ei Theologum filiu;: & nōnulli su peraddunt Latinum. Laurentū postea regem: & demu; eum prædoc/ tum multis dimisisse. Refert præterea de hac q amauerit Glaucum marinum deū: & quoniā ipse Scyllam nympham amaret zelo preci/ tam fontē: in quo nympha lauari cōsueuerat infecisse uenenis: quaob rem dum illū intrasset nympha repente a marinis canibus usq; ad in/ guina absorpta in marinū mōstru; uersa est. Insuper dicit q a Pico re ge spreta eo q Pomonā amaret eū in auē sui nois trāsformasse. Nūc aūt quid sub his fictionibus sentiendum sit uideamus. Theodentius harum rerum solertissimus indagator dicit hanc solis Hyperionis fili am nō fuisse: sed eius qui apud Colchos regnasse creditur: s; ideo hu ius credita: quia ut dicit Serui⁹: formosissima fuit mulier & meretrix famosa: quod contigisse fingunt ob ueneris odium in prolem solis: de quo odio infra patebit: ubi de Venere audiri feras mugientes ī circui tu montis est: quia dum inter ingentia atq; prærupta saxa rupes & ca uernas: quorū mons. circūdatus ē: maris unde uentorū īpetu efferūť & demū retrahūtur & supuenientibus illudūtur: & hinc inde frāgūť

fit de necessitate rumor dissonus & nunc mugitui nũc rugitui sis: &
hinc se fingunt audire leones Aprosq.Qud aũt herbis aut cãtato car
mine ĩ bæluas homines trãsformaret hoc uidetur a multis cõcedi pos
sibile magicis illusionibus:dum Pharaonis Magos ea suis artib' fecis
se credimus:que faciebat Moyses uirtute diuina.dũ homines ĩ Arca
dia lupos fieri:dum Apuleum in asinum permutatum. Sed ego potius
credo hanc formositate sua multos ĩ dilectionem sui traxisse mortales
qui sese ut eius mererentur gratiam:quæ meretricu3 absq; pecunia cõ
sequi nõ potest illecebris uariis ut dona portarent miscuisse:& sic eas
induisse formas quæ officiis congruebant quas Vlysses.i.prudens hõ
non induit.Hanc post hæc amasse Glaucum ideo dictum puto quia se
cundum q aliquibus placet:& potissime Leontio:Glaucus ide3 sonat
quod terror:& quoniam terribile sit audite mugitus aquarũ circa cyr
ceum ut supra dictum est:& ipse terror ibidem consistat assidue uide/
tur a Cyrce.i.a loco illo cyrces amari.Qud aũt Glauc'amauerit Scyl
lã ob eãdẽ causã dictũ ẽ:eo q apud Scyllã idẽ a mugitu maris sit ter
ror assiduus:& sic cum ibi moretnr assidue uidetur Scyllam diligere.
Qud Scylla infectis aquis marinis canibus usq; ad inguina rapta sit:
ab effectu sumpsit fictio causam.Est enim Scylla scopulus secus fretũ
Siculum aquis supereminens adeo ut medius aquas exire uideatur: &
ab aquis medius occupari:& cum totus sit præruptus & cauernosus
ubi cõtinue maximo cum impetu mare fluat & refluat:dum cauernas
illas intrat:& demũ se retrahit ad instar canum latrantiũ sonũ emittit
& sic scopulus a marinis canibus rapi dicitur. Quæ autem ad Picum
spectant in sequentibus scribetur ubi de Pico.Ego autem Cyrcẽ hanc
Oetæ fuisse sororem non credo:cum diu ante Troianum bellum Col
chida fuerit Cyrces:hæc aũt cõtẽporanea:sed cõuenientia nominum
& forsan artiũ ex duabus unam fecisse potuerunt.

De Angitia solis filia. Capitulum xv.

Ngitia seu Ageonia Theodõtius dicit Cyrcis fuisse sororẽ & so
lis filiam:& haud longe ab ea in agro campaniæ moratã: sed me
lioribus artibus operatã.De qua non in omnibus cum eo concordãs
grauis Cælius asserit eam Cyrcis fuisse sororem:& uicinia Fucini lac'
occupasse:& ibidem salubri sciẽtia aduersus morbos incolis deseruisse
quamobrem diem claudẽs dea ab eisdem habita est.Macrobius autẽ ĩ
Saturnaliorum libro hanc Angeronian deam uocat:dicit q̃ illi apud
Romanos.xii.cal.ianuarias ferias celebrari:eiq; a pontificibus ĩ facel
lo uolupiæ sacrum fieri.Verius autẽ Flaccus ideo dicit eã Angeroniã
appellari q angores ac sollicitudines animarum propitiata depellat:
addit ĩsuper Masurius simulachrũ hui'deæ ore obligato atq; signato


ĩ ara Volupiæ collocatũ.& ob id ꝙ quis suos dolores anxietatesq; dis simulat beneficio patiente in maximam oblectationeꝫ deueniat. Sane Iulius Modestus huic sacrum fieri dicit:eo ꝙ populus romanus mor/ bi qui anginia dicitur uoto præmisso liberatus sit. Cur autem solis sit credita aut dicta filia medendi ars causaꝫ dedisse potuit.

De Luna Hyperionis filia. C.xvi.

Vnam(ut ad Hyperionis prolẽ redeam)eiusdẽ Hyperionis fuisse fi liam & solis sororem uulgatissimũ est:de hac ueteres multa senserũt: Illi quippe ante alia bigam dixere concessam:eo ꝙ aduersus patruos cuꝫ Ioue sensisset:eaq; curru uti testatur Accius poeta in baccis dicẽs Almaq; curru noctiuago phoebe &c. Et Virgili⁹.Iamq; dies cælo cõ cesserat almaq; curru Noctiuago phoebe mediuꝫ pulsabat olympum. & cætera.Hanc bigam dicit Isydorus ubi de ethimologiis a duobus e quis trahi:quorum alter albus : alter uero niger est. Eam præterea a Pane Arcadiæ deo dilectam dicit Nicander poeta : & lanæ can didæ munere in suos deduxisse concubitus. Quod & Virgilius in Georgicis asserit dicẽs.Munere sic niueo lanæ si credeř dignũ ẽ.Pan deus Archidiæ captam te luna fefellit.In nemora alta uocans: nec tu aspernata uocantem & cætera.Insuper & eam dilectam aiunt ab Endy mione pastore:quem dicunt primo ab ea repulsum: demuꝫ postq̃ ali quãdiu albos suos pauisset greges in suam gratiam susceptum.Dicit ta mẽ Tullius eũ ĩ Lamio seu latinio Ioniæ mõte obdormiuisse:& ĩ sõ nis a luna deosculatum.Sunt & qui illi filios tribuant. Nam alcyna ly ricus poeta dicit rorem ab ea & aere genitum.Similiter eam multis uo cant nominibus:utputa lunam hechatem lucinam dianã proserpinam triuiam Argenteã Phœbem Cererẽ Artenum Menã:& aliis.Sed qd ex his tot intellexerint aduertendum.Cur Hyperionis dicta sit filia di ci potest id quod de sole dictum est.puto ego illam claritate insignem fuisse mulierem:& ob eius singularem præeminentiam:& quia solis es set soror lunam denominatam fuisse:ad quam sequentia non spectant quinimmo ad ueram lunam:& deo ꝙ aduersus titanos Ioui fauerit.i. aduersus superbos:ob eius complexionem frigidam & humidam di / ctum est:qua multum fumositates hominum repelluntur.Biga autem uti dicitur ad designandum cursum suum diurnum & nocturnum:quẽ longe clarius equorum colores ostendũt. Præterea & humiditate sua germinantia fouet desup:& desubter adiumentũ radicibus ĩfert:Qđ auteꝫ ab Arcade deo dilecta sit:poterit forsan hic talis præstari sẽsus ut pro Arcade deo sumatur quicũq; pastor:erant eĩ Archades ut plu rimum pastores omnes.Pastores autem lunam amant.i.eius lumẽ: eo ꝙ ex illo commodum suscipiant: & ob id eam in syluis uotis uocare

consueuerant: ut suos greges per nocte ab insidiis feraru facili' caue/
rēt: & ob id dū fulgida ueniebat ei in sacris agnā mactabant candidaꝫ
& sic albo uellere captā dicebant. Qud autem ab Endymione dilecta
sit dicit Fulgētius hoc posse contingere q Endymion pastor fuerit q
uti pastores faciunt: noctis humorem amauit: quem uaporia syderum
at ipsius lunæ in animandis hærbarum succis insudant: & īde ī pasto
rum cōmoda uertitur: uel aliter. Ait idem Fulgentius q is Endymion
primus rationem cursus lunæ inuenerit & obdormisse. xxx. annis dr:
quia stultorum iudicio meditationi uacantes dormiunt. i. tēpus pdūt
Seu qui meditationibus deditus est profecto nō aliter q̄ꝫ si dormiret
īmiscetur actiuis operibus. Quod de Endymione dictū ē: quia nil ali
ud eo uiuente nisi huic meditationi operaꝫ dare peregit: uti Minastas
in eo libro quē de europa scripsit testatur: quod ego uerum puto: nec
sit qui longū temporis miretur spatiū cum circa lunæ cursum plurima
ueniant consyderanda: ut ostendit uenerabilis Andalo ī sua theorica
planetarum. Sed q albos ante greges pauerit: ideo appositum credo
ut loci suæ meditationis qualitas ostendatur: q in culmine montis illi
us fuit: quod sibi elegit ut posset libere eleuationes assumere tanq̄ꝫ ex
pedito loco: & montiū culmina & potissime celsa utplurimū cōsueue/
rūt eē niuosa: quas niues qa diu obseruauit pastor niuei pecoris dict'
ē. Qud' aūt a luna deosculat' sit ideo fictū reor: qa sicut amātes puel
lā amoris munus osculū arbitrantur: sic & lōgæ meditationis fuisse lu
næ cōperiisse cursum: & sic sui amoris uidetur osculū suscepisse. Sup
est de nominibns uidere. Lunā a lucendo dictā uolūt: & maxime duꝫ
lucet in sero. cum dum mane luceat uelint appellari dianam. Hecates
autem dicta est quia centum interpretatur: in quo numero quasi finitū
pro infinito positum sit uolunt multiplicitatem eius potentiæ denota/
ri. Triuiam nonnulli: esto Seneca poeta triformem dicat in tragoedia
Hippolyti suo nomine principali dictam uolunt. uocatur enī luna dia/
na & proserpina. Dicunt eam etiam uocari lucinam: ut in Odis Hora
tius. Te lucinā probas uocari. &c. quam parturientium deā uocant: &
cur sic dicta sit paulo post dicetur. Argenteam autem ob id dicūt: qa
suū sit argentum procreare: seu quia solis respectu qui aureus ē uidea
tur argentea. Phœbeam autem ideo uocauere qa sæpe noua sit. Arthe
mia seu arnothemis attica lĩgua idē est q luna ideo sic dicta: ut refert
Macrobius: quia arthemis quasi arnothemis. i. aerem secans. Luna a
parturientibus inuocatur: quia proprium eius est descēdere rimas cor
poris: & meatibus uiam dare: quod ē ad accelerandos partus salutare
ut poeta Thimoteus elegāter expressit. Mena autem dicta est: quia ñ
nunq̄ꝫ defectus patitur: utputa in Eclipsibus: & inde mena qd' defect'
latine sonat: seu quia naturaliter luce careat: & quos habet mutuet a

Luna



ſole:uti cætera faciunt ſydera:reliqua autem nomina quoniam ad ali/
as pertinent deas:de quibus ſingularis in hoc opere mentio fit ex con
ſulto donec de illis tractetur omiſi.

De Rore filio Lunæ. C.xvii.

Orem Alcyna lyricus poeta lunæ atq; aeris fuiſſe filium dicit:
teſte Macrobio.Quod quidẽ figmentũ a natura ſumptũ eſt.agẽ
te quidẽ luna uapores terræ humidos nequeuntes abſente ſole conſur
gere altius frigiditate aeris & lunæ alternati uertuntur in tenueʒ aquaʒ
quæ decidẽs ros æſtiuo tempore appellatur.hyeme uero cõdenſati ge
lu bruma dicitur.

De Briareo Titanis filio. C.xviii.

Riareus ab oĩbus creditus eſt Titanis & terræ filius: quem oẽs
fere latini poetæ hoſtem Iouis & infeſtiſſimum contemptorem
q; deorum aſſerunt : & ob id apud inferos detruſum uolunt: eumq;
inter monſtruoſos in ueſtibulo inferni excubia agere ſcribit Virgili
us dicens.Et centũgeminus Briareus & bælua lernæ&c. Sane Home
rus eum amicũ fuiſſe Iouis oſtendit in Iliade dicens. ωχεκα τοιχ
&c.Cito centimanũ uocaſti in magnuʒ olympuʒ. Quẽ Briareũ uocãt
dii hoĩeſq; omnes Terrigenã eius patrẽ meliorem. In quibus carmini
bus Homerus perfunctorie tangit fabulã:quam Theodontius paulo
latius refert dicens.Quod cõmoti dii aduerſus Iouem Iuno.ſ.& Nep/
tunus una cũ Pallade:& aliquibus aliis ĩ domo Nerei patris Thetidis
deliberauerunt cathenam facere:& dormienti Ioui iniicere: & inuiceʒ
trahentes oẽs eum e cælo eiicere:quod Thetis Ioui retulit: & ob id ĩ
fauorem ſuum in cælũ Briareũ euocauit:quẽ cũ uidiſſent cõiurati: eo
ꝙ fortiſſimus extimaretur cõfeſtim a cœptis deſtitere: & ſic tutatus
eſt Iuppiter:Ex quibus patet Briareum amicũ fuiſſe Iouis. Cuius aũt
fabulæ uolens Leontius aperire ſenſum aiebat ante reſolutionẽ chaos
inferiora elementa cũ ſuperis diſcordare:& humoris opera iniiſſe con
cordiã: & alia q̃dã plura ridenda potius q̃ ſcribenda Theodonti⁹ au
tem dicit ſub hac fabula tenui uelo hiſtoriam tegi.Dicit.n.Iouem poſt
uictoriam ex Titanis atq; gigantibus habitã adeo elatũ ut importabi
lis efficeretur amicis:quam ob cãm Iuno coniunx eius & Neptunus
frater clam apud inſulam Nerithos conuocatis quibuſdam ex amicis ĩ
iuere conſiliũ:ut eum nil tale timentẽ e regno pellerent: quod cũ illi
reuelatum eſſet a nauta conſio Briareum ex Titanis ſuperſtitẽ unum
& potentiſſimum adhuc hoĩeʒ:ſeu potius Briarei Titanis filiũ eodem
nomine nuncupatum euocauit:& cum eo inito ſocietatis fœdere con/
iuratos exterruit adeo:ut in eum nil penitus auderent. Dictus eſt eniʒ
Briareus centumgeminus:quia multis preeſſet hominibus:& ponitur
finitum pro infinito. Apud inferos autem non

ĩ ciuitate ditis detruſus ẽ:ut reliq̃ ſũt:qa adhuc ĩ adiutoriũ ꝓuaret ſuperũ ut ĩtelligamus nõ eẽ aliquos quãtũcũq; ꝑuerſos qui ad me liorẽ uitam ſeruentur a deo : cum ab eodem eorum futura conuer ſio cognoſcatur.

De Ceo Titanis.iii.filio:qui genuit Latonã & Aſteriẽ. .C.xviiii.

c Eum ĩter alios Titanis filios enumerat Paulus:& eius matrẽ terrã fuiſſe oſtẽdit Virgilius cum dicit:Extremã ut perhibẽt Ceo Encheladoq; ſororẽ & cetera.Leontius dicit hũc Cee ĩſule fu iſſe potentiſſimũ regẽ & extreme ferocitatis hominẽ atq; ſuperbie ob quã cũ antiquior fuerit Titano ĩter eius numeratur filios. Fuit enim Latone & Aſterie ſpectabilium pulchritudine uirginũ pater Dicebatq; Paulus pro eo q̃ Iupiter Latonem uitiaſſet Titanorum bellum aduerſus Iouem motum:ſed falſum eſt:ut ſupra demõſtra uimus ex his que in ſacra legũtur hiſtoria.

De Latona Cei filia que peperit Apollinẽ & Dianam. .C.xx.

l Atonã filiã fuiſſe Cei ex Ouidii carmine ſumitur. Dicit enim Neſcio quo audetis genitam titanida ceo Latonam preferre mihi & cetera.Hãc aũt ueteres a Ioue dilectam pariter & oppreſſã uolunt:eamq; ex eo geminã ſuſcepiſſe ꝓlem.Apollinem.ſ.& Dia nam:quod aiunt adeo egre tuliſſe Iouem:ut non ſolũ omnẽ terrã ad onus uteri deponendum interdiceret illi:uerũ & ĩmitteret Phy tonẽ ingentis magnitudinis ſerpentem ad eã fugãdã atq; ĩpediẽdã Que cum paueſcens fugeret:neq; locum aliquem ſe retinẽtẽ ĩueni ret:propĩquans Ortygie inſule ab ea ſuſcepta eſt:& in eadẽ ꝑpit primo Dianam:que eueſtigio obſtetricatus officiũ in naſcituro fra tre matri preſtitit & Apollinẽ naſcentẽ ſuſcepit: qui mox ſagittis Phytonẽ ĩteremit:& dare coepit rñſa petẽtibus.Preterea ob hũc partum dicũt nomẽ immutatum inſulae:nam cũ primo diceretur Ortygia:Delos poſtea dicta eſt. Dicunt inſuper deferẽtẽ Latonã paruulos adhuc filios per lyciam dum ob aeſtũ ſiti laboraret acceſ ſiſſe ad lacũ quendã ut biberet:quã cũ uidiſſent cõſtãtes ruſtici cõ feſtim lacũ pedibus intraſſe:& omnẽ turbaſſe aquã:ex quo cõmo tam latonem oraſſe ut exterminarẽtur:quamobrẽ ruſtici repẽte in ranas mutati lacum ſemꝑ incoluere.Circa has fictões dicebat Bar laam ceſſante diluuio:quod Ogigii Regis fuit tẽpe:ex humiditate terre nimia:cui calor erat immixtus tã dẽſas exhalaſſe nebulas:ut apd plura loca egei mariſ:& Achaie nl̃ro mõ ſolares radii die nec nocte ĩſulaſ uiderẽt̃ ab ĩcol̃:tãdẽ eis rareſcẽtib⁹et potiſſime apud inſulas apud quas rõne maris minus poterat exhalatio terre conti git:ut nocte qdã circa horã diei ꝓximã a circũſtãtib⁹ĩ ĩſula Orty gie prĩo uiderẽt̃ lunares radii:et ſubſequẽter mane ſolares:quãob

rē maxīo oīuꝫ gaudio quasi reacq̄sisset quos ꝑditos iā arbitrabā tur: dictū ē apud ortygiā Dianam & Apollinē natos: & ob id īsu/ le mutatū nomē: & ex Ortygia Delos: quod idē sonat quod māi/ festatio appellata est: eo ꝙ ibi primo manifestatio solis & lune fa/ cta sit. Latonā autē eam ipsam insulā uoluere fingentes: ī qua ma nifestatio facta: eamq; fœminā precipue assūpsere ad figmētū cō ficiēdū: quia cōtigerat eā gemīos peperisse: quorū masculū Apol linē fœminā aūt nūcupauerat Dianā. Phitonē aūt Latonā īsequē tem ne posset parere: nebulas densas surgentiū uaporum uoluere que qnidē obstabant: ne possent solares atq; lunares radii a mor/ talibus intueri: nec incōgrue has uocauere serpētēꝫ. Nā dū leues huc illuc a quocūq; spiritu īpellerentur more serpētis serpere ui / debātur. Et hūc a Iunone ideo missū dixere: eo ꝙ nōnunq̄ ꝑ ter ra & mari ītelligatur Iuno: a quibus euaporatiōes ille emittebant Diana aūt ideo an̄ natā dicūt: quia nocte ex tenuatis iā uaporibus primo lunares apparuere radii. ꝙ autem obstetricatus ī natiuita / te fratris officio functa sit: ideo dictum est: quia sicut obstetrices cōsueuere nascētes suscipere sic & luna dū paulo an̄ solē surrexis set solē orietē suscipe pāsis cornib⁹ uisa ē. Occisū aūt Phythoneꝫ telis ab Apolline iō fictū: qa solaribus radiis agētib⁹ oīs illa terre euaporatio dissoluta est. ꝙ aūt cœperit Apollo dare rn̄sa sūptū ē ab eo quod postmodū cōtigit. s. ut ea ī īsula nescio cuius maleficio demō sub Apollinis titulo cœpit & diu dedit de quæsitis respōsa Mutatos aūt in ranas rusticos ideo dictū est: quia ut scribit Philo chorus bellū fuit Rhodiis. olim aduersus Lycios Rhodiis auxilia res uenere delones: qui cū aquatū ad lacum quendā Liciorū iuis/ sent rustici loci īcole aquas probibuere: ī quos delones irruentes omnes īteremere: & ī lacū corpa occisorū eiecere. Tractu tādem temporis cū montani Lycii uenissēt ad lacū: nec occisorū agresti um corpora comperissent: & ranas in circuitu coaxātes sensissent rudes & ignari arbitrati sunt eas ranas animas esse cesorum: & dū sic referunt aliis fabule causam adinuenere.

De Asterie filia Cei & matre Herculis. C. .xxi.

a Steries filia fuit Cei Titanis: ut Theodontio placet. Hec aūt ut ait Fulgenti⁹ post uitiatā Latonaꝫ a Ioue dilecta est: a quo uerso in aq̄lā & oppressa fuit: eiq; eo ex cōcubitu Herculeꝫ pepit. Que tādem ut quibusdā placet: aduersus Iouem sentiens: & eius fugiens iras miseratiōe deorū ī cōturnicem uersa est: q̄ grece uoca tur ortygia: nomēq; dedit īsulæ: ī quā aufugerat: ubi a Ioue ī lapi de mutata ē: undisq; demersa: & ab eisdē huc illuc agitata: quē tā dē ob susceptā Latonē firmata ē. Hui⁹ fabule talis pōt eē rō dicit

Theodōtius superato atq; occiso a Ioue Ceo: q ob uitiatā latonā aduersus eū arma mouerat: eū in Ceam uenisse insulam: & ibidem Asteriem uirginē Cei filiam oppressisse: tandem ea aduersus eū sē tiente: primo uolucri fuga in ortygiā abiisse: inde uero in colchos transfretasse: soliq; ibi regnāti nupsisse: eiq; peperisse Oetā: a quo postmodū occisa ē. Seu ut Barlaam dicit: in partu oete defecit. Ex quibus fictū ē Iouē aquilam secum concubuisse: quia aquila Iouis erat signū: dum esset in armis: & quia bello ceam cepisset fictum ē eum in aquilam uersum cū Asterie concubuisse. Quđ aūt ī contur nicē asteries uersa sit: aut ob eius uolucrē fugam cum conturnicuʒ sit uolare perniciter: aut propter longam ei⁹ trāsfretationē: quod ēt ē cōturnicū certo anni tēpore transfretare. Quđ autē in lapidē uersa sit nō spectat ad eam: quinīmo ad insulā in quā primo autu git que ortygia dicta est latine uero conturnix: que ideo in lapidem uersaʒ dicitur: ut eius noua stabilitas designetur. Ferūt aūt ortygi am solitam una cū undis fluctuare quod fictū ē: quia nimia & cre bra terremotuū cōcussiōe agitari cōsueuerit: quā tādē firmatā uo lūt: idest a cōcussione liberatā: eo ꝙ Apolline respōsū sit: ne ī ea mortuū corpus sepeliretur: & quedam illi insuper celebrarētur sa/ cra quibus rite celebratis cessauit terremotuū īfestatio: & sic facta lapis. i. stabilis. Puto ego repletis cauernis in quibus aer īclusus ter remotus cābat hoc cōtigisse: eosq; illo diaboli respōso deceptos. superaddūt quidā eidē ortygie micones atqʒ gyaros īsulas adhesis se atqʒ firmasse: quod nō sic simpliciter ītelligendū ē: quinīmo ex insulis illis que illi proxime sunt ortygia iam firmata accessere īco/ le & inuicem quam reliquerant habitauere.

De Typhone seu Typheo quarto Titanis filio qui genuit Aeos & Chymeram. C. xxii.

Yphon seu Typheus Theodontio asserente Titani fuit filius ex terra: esto dicat Lactantius eum ex tartaro genitum & ter ra. Hūc insuper dicit idē Lactantius Iouem in certamē prouocasse de regno quā ob causā irat⁹ Iuppiter fulmīe eū ꝓstrauit & ad ei⁹ op primēdaʒ superbiam corpori eius superimposuisse trinacriā: quod etiam sic testatur Ouidius. Vasta giganteis iniecta ē insula mēbris & infra per. x. uersus. Virgilius aūt nō Ethnam sed inarinē illi dicit superiniectū: qui quidē mons ē insule uicine baiis: que hodie iscla uocatur haud longe a Prochita insula: & dicit sic: Tū sonitu Pro/ chita alta tremit durumqʒ cubile inarine iouis imperiis imposta ty pheo &c. Quod ēt uidetur tenuisse Lucanus dū dicit. Vndat apex cāpana fremēs cui saxa uaporat Cōditus inarimes eterna mole ty pheus &c. Hīc īsup īsigne antrū fuisse ī cilicia haud lōge a Coryco

oppido dicit Pōponi⁹ Mela ī suo Cosmographiæ libro: & post eū Solinus de mirabilibus. Nā aiunt ī mōte ꝓfundissimā specū per duo millia & quingētos passus nemorū umbra: & riuulorū fluētuū tinnitu amœnā plurimū. Deinde post tā longū descensum panditur specus altera: quæ ī processu iā obscura habet sacrum Ioui phanū. Inde ī eius extremo recessu typhonis cubile positū īcolæ asseruerē. Hæc đ Typheo nūc abscōdita corticibus euiscerāda sūt. Typheū igitur istum Titanis ob elatum eius spiritū filiū dixere & terræ ob potentiā: cū dicat Theodōtius eū antiquissimū Ciliciæ fuisse regē & Osirim fratrem superasse bello atq; discerpsisse membratim: & bellum aduersus primū Iouē mouisse: sed ab eo superatum atq; occisum. Verū fictionib⁹ quibus hæc historia dedisse causam satis apparet: erit explicatio ista. Videntur enim in his naturā & causā terremotuū satis cōuenienter: latenter tamē ostendere qui finxere. Dicit. n. Papias Typhonē seu Tipheū idē sonare quod flāmas eiiciētē: ut per hoc satis uidere possumus eos prīo exhalātē ī uisceribus terre clausum ignē ostendere uoluisse: ī quantū illi superimpositos montes a Ioue. i. a natura rerū aiunt. Inquātū autem Typheum se erigere conātem dicunt: terræmotuū causam ostendunt. Est autem terra ut plurimū cauernosa: in quibus cauernis ut aer īterclusus sit aliqn̄ necesse ē: & ibidē nōnunq̄ cōtingit p subterraneos meatus aquā etiā penetrare: cuius qualicūq; motu oportet ut aer ēt moueatur: q motu suo: & ab obicibus hinc inde percussus: & ī uehementiorē motū excitatus calefit. Eo aūt calefacto tātæ potētiæ efficit mot⁹ ei⁹: ut circū adiacētia cūcta cōcutiat: & moueri faciat: & si bituminosa atq; sulphurea terra loco tali ꝓpīqua sit: ut accēdat cōfestī necesse ē: nec extīguit unq̄ tali materia pdurāte: & cū nequeat ignis teneri clausus: & eo ardēte multū augeatur aeris: nec tanti sit capax locus: fit nō solū cōcussio grādis terræ adiacētis: sȝ ēt aperiri cogitur: & exitū prestare accēso igni: q euaporās typhonē. i. eiiciētē flāmas locū facit. Et cū Sicilia & Inarimes huiusmōi naturæ sint: ideo Typhoni superīpositas finxere prudentes.

De Aeo Typhonis filio. C. xxiii.

Eos Isydorus ubi de Ethimologiis scribit filiū fuisse Typhonis: eūq; tuā paphos Rex īclite Cypri uetustissimā ciuitatē cōdidisse: quā supra Paphi filii Pigmaleonis opus fuisse dixerā: & de sui nomine nuncupatam: quod an uerum sit incertum habeo.

De Chymæra Typhonis filia. C. xxiiii.

Himæra Typhonis filiā fuisse Tapias dicit & Chedriæ: quā ob causā hoc dictū sit: nō uideo: nisi qa & hec ignes euomat. Hanc tamen quidam monstruosissimam describūt. Dicit enī de ea

Ouidius sic: Quiq; chimæra iugo mediis in partibus ignē. Pectus & ora leæ caudā serpētis habebat. Virgilius aūt de ea sic ait. Horrēdū stridens flāmisq; armata chimæra &c. Alii autē dicunt illam igneuȝ habuisse caput: pectus leoninū: Caprinum uentrē: & crura serpētis: & plurimū Lyciis infestā: sed tādē a Bellorofōte superatā atq; occisam. Cuius causa absconditū sensum quærit enucleare fulgentius amplissimā: & meo iudicio minime opportunā uerborū effundit copiam: cū potius historiale significatū q; aliud sub tenui satis cortice lateat. Est enī Chimæra Lyciæ mōs ī sūmitate ardēs sicut & Ethna olim postmodū ad inferiora declinans leones duduȝ nutrire consueuerat: subsequenter abundat capreis: & ī radicibus feracissimus erat serpentum. Qui a bellorophonte insigni uiro purgatus noxiis habitabilis factus est.

De Enchelado Titanis. v. filio. C. xxv.

in uirtutes: quis gressus dirigat suos: & tunc remanet a sordibus disy
deriorum turpium immunis mensa Phinei. Sane Leontius longe bre/
uius huius sensum expedit. Dicit enim historiam hanc fuisse talē Phi
neum ditissimū fuisse regem archadiæ: & auaruz: & mortua Steneboe
coniuge: ex qua Palemonem & Phineum susceperat filios: superīdu/
xit Arpalicem Boreæ filiam: & sororem Zethi & Calai: cuius præci/
bus ipse filios excæcauit: quod sciētes Pyratæ: qui Plotas īsulas īco/
lebant: quasi in destitutū auxiliis & odiosum suis ob scelus cōmissū in
filios uenere & obsederunt eum: & machinis erectis usq; in regiam pu
trida sordesq; iaciebant. Tandem uenientibus Zeto & Calai uocatis
cum longis nauibus: eū liberauerūt obsidione: pyratasq; usq; ad Stro
phadas repulere.

De Arpalice Boreæ filia & Phinei coniuge. C. lx.

Rpalices (ut dicit Leontius) filia fuit Boreæ: ex qua matre nō di
cit Hæc Plineo regi Archadiæ nupta fuit: ut supra proximo pa/
tet: & infesta præuignis.

De Zephyro uento & aphrico & coro collateralibus filiis eius
Astrei. C. lxi.

Ephyrus uentus est occiduus: qui a latinis uocatur Fauonius cō
plexione frigidus & humidus: temperate tamen. Hiemes autem
resoluit: & germina floresq; producit: & dr̄ zephyrus a zephs: quod
latine uita sonat: fauonius autem eo ꝙ foueat germinantia: uel foueat
germinibus. Flat enim suauiter & placide: & a meridie usq; in noctem
a principio ueris usq; ad æstatis finem. A dextris eius aphricus ponit
qui tempestuosus fulmina & tonitrua generat. A sinistris autem eius
corus: qui (ut Beda dicit) in oriente nubilosum aerem facit: cū serenū
faciat in occiduo. De zephyro talis recitatur fabula. Nymplaz scilicet
fuisse nomine Corin a Zephyro dilectam: & in coniugem assumptam
eiq; ab eo in munus amoris atq; uiolatæ pudicitiæ oē ius ī flores con
cessū: Eāq; ex Clora florā uocauit. Præterea refert Homerus ī iliade

hunc Tyellam cōpressisse arpyiam: & ex ea Xanthū: & baliū Achill' equos suscepisse. Harū fabularum intentio talis esse potest. Dicit Lactantius in libro diuinarū institutionum Floram fœminā magnas ex meretricio quæsisse opes: quarū moriens Romanum populū scripsit hæredem: parte seruata: quæ sub ānuo fœnore præstaret: ex quo scilicet fœnore uoluit ut suus natalis dies singulis annis æditiōe ludorū celebraretur: q ludi florales: & sacra floralia: a Flora nūcupata sūt: quod qa senatui tactu tpis flagitiosū uisum ē: cū timore plebis retractare non posset: ab ipso meretricis nomine argumentū sumi placuit: ut rei pudendæ dignitas adderetur: & inde finxerunt floram floribus præesse: eamq; oportere ludis placare: ut fruges cū arboribus: aut uitibus bene ꝑspereq; florerēt. Quē colorē sequutus Ouidius nymphā non ignobilē zephyro nuptam: & dotalitio munere: ut floribus præesset accepisse a sponso. Qui ludi (ut dicit Lactantius) memoriæ meretricis cōueniunt. Nā omni lasciuia: & uerborū licētia: quibus omnis obscœnitas effunditur: positis flagitante populo a meretricibus uestimentis: quæ ludis in illis mimorum fungebatur officio celebrātur. Ex Tyella autem Arpyia equos suscepisse: nescio quid uelit Homer' nisi id forte quod apud Elisbenē extremū Hispaniæ in occiduū opidum equas facere cōsueuisse apud Plyniū secundū legimus. Quas dicit Plynius in concupiscentiā prolis suscipiendæ uenientes hyulco gutture cōsueuisse flantes zephyros suscipere: & ex eis concipere: & parere uelocissimos equos: breui tamen æuo ualentes: sic forsan ex equa cui nomē erat tyella: quæ impetus seu procella interpretatur: factū ē: uel ut supra de equis Dardani ex borea conceptis diximus.

De Aloo Titanis. x. filio. C. lxii.

Lous (ut ait Theodonti' : filius fuit Titanis & terræ cōiūx fuit: ut etiam Seruius asserit: Hyphimedia. Quā cū uiolasset Neptunus: duos ex eo peperit filios: Othū & Ephyaltem: quos Alous eduxcauit ut suos: & cum. ix digytis: ut dicit Seruius: singulis mensib' crescerent: parātibus gigantibus bellum aduersus superos: nec ob seniū Alous ad illud posset accedere: hos misit geminos adiutores: de qbus ubi de filiis Neptuni dicemus.

De Pallene. xi. Titanis filio: qui genuit Mineruam. C. lxiii.

Allenē seu Pallantem unum fuisse ex filiis Titanis dicit Paulus: insulamq; in ægeo mari tenuisse: & a se denominasse Pallenem. Hominem immanem: & superis aduersum plurimū: cuius Lucanus meminit dicens. Pallenea ioui mutauit fulmina cyclops. Hunc dicit idem Paulus a Minerua in bello aduersus Iouem facto occisum: & ob id eā Palladē denominatā. Et alibi dicit idē Paulus: eū ob eius seuitiam ante bellum a Ioue fulminatum. Sane Teodontius ei dicit fuisse filiam

nomine Mineruam: a qua cum illi conaretur uirginitatem surripere: occisus est.

De Minerua Pallantis filia. C. lxiiii.

Inerua (ut supra proximo patet iuxta Thodōtiū) filia fuit Pallantis: a se ob uirginitatem tuendā occisi. Hæc: ut Tullius dicit ubi de naturis deorum: inter plures alias Mineruas. v. fuit: eiq; ait ab antiquis pīnata apponi talaria: seu quia occiso patre uelox fuerit ad fugā seu ob aliam causam factum sit.

De Runco & purpureo. xii. &. xiii. filiis Titanis. C. lxv.

Vncus & Purpureus: ut asserit Priscianus in maiori uolumine: filii fuerunt Titanis & terræ: quorū ait neuiuʒ poetam meminisse aientem. Inerant signa expressa quomodo Titani bicorpores magniq; Athāltes Rūcˀ atq; purpureˀ filii terrasꝑ terræ &c. & Horatiˀ ī odis ait. Aut q̄ minaci porphirion statu. De his aūt aliud legisse ñ memini.

De Lycaoe. xiiii. Titanis filio: qui genuit Calisthonē. C. lxv.

Ycaonem Archadiæ regem dicit Theodontius: quod nusq̄ alibi legi: filiū fuisse Titanis & terræ: seu ob splendorē regiuʒ: seu ob insigne aliquod facinus: seu: qđ potius credo: quia neq; fuit hō & deorū spretor: atq; uilipēsor: sicut plurimū legimˀ usuisse Titāes. Ex eo auteʒ talem refert Ouidius fabulam. Cum ascændisset ī cælū mortalium clamor: quoniam omnia male agerentur in terris: uoluit Iuppiter experiri præsentia: & forma hominis sumpta deuenit ī regiā Lycaonis: egitq; ut aduerteret populi: quia deus eēt ī terris: q cū sacris operaʒ darent: a Lycaone risi sunt omnes. Qui tamen ut experiretur nunquid: ut dicebatur: hospes suus Iuppiter esset: cōspirassetq; in nocturnam eius necem: nec peregisse potuisset: ad aliud facinus repēte intēdit animū. Et occiso ex obsidibus molossorum uno: undis partim partimq; prunis excoqui iussit: & illū comedendū Ioui apposuit. Qui cū cognouisset scelus: spreuissetq; cibum: ignem in regiam Lycaonis iniecit: & abiit. Lycaon autē territus abiit in syluas: & in lupū uersus morē rapinæ pristinū seruare cœpit in greges sæuiens sanguinis auiditate. Sub hac fabula historiā esse talem dicebat Leontius. fuit olim inter Epyros: ex quibus aliqui postea a Molosso Pirrhi filio molossi dicti sunt: & Pelasgos: q postea Archades cōtrouersia: de qua cū ī concordiam itum esset: petiit Licaon: qui tunc præerat Pelasgis. ut sibi in robur initæ concordiæ daretur salteʒ obses unus ab Epyris: eo ꝙ ab eis fuissʒ primitus exorta discordia. Cui a Molossis usq; ad certū tp̄s iuuenis unus ex nobilioribus concessus est. Qui cuʒ nō remitteretur ī termino a Lycaone per legatos gentis suæ requisitus est. Lycaon aūt seu quia superbe requisitus uideretur: seu ob aliam causam turbatus: eo ꝙ pessimus esset hō: & īflati animi: respondit legatis se ī sequenti

die obsidē redditurū: iussitq; in mane sequēti secū ī cōuiuio essent: & clam obside occiso: atq; decocto: legatis: aliisq; cōuiuātibus iussit apponi. Erat forte inter eos epulans iuuenis adhuc Lysania: is q postea Iuppiter dictus est. hō ea tēpestate apud Archades existimatiōis per/maximæ: qui cum membra humana nouisset: eiectis mensis turbatus atrocitate facinoris prosiliuit ī publicū: & in Lycaonē: sibi fauentib' popularibus oībus euestigio conspirauit: & cōgregatis uiribus eū traxit in pugnam: superatum regnoq; priuauit. Lycaon autem deiectus exul & inops cum paucis fugit in syluas: & cœpit itineribus īsidiari: & raptu uiuere: quod fabulæ locū dedit: & in lupu; uersus sit. Nā si rite uelimus īspicere: nulli dubiū esse debet: quin q cito ad auaritiam: & rapinā mentē apponimus humanitate exuti: lupū euastigio indua/mus: atq; tādiu perseueram' ī lupū: q diu talis appetitus perseuerat in nobis: humana tantum reseruata effigie. Dicebat insuper idē Leontius: alios affirmare Lycaonem in uerum lupum fuisse conuersu;: asserentibus talibus in Archadia lacū fore: quē siquis transnatasset: illico transformabatur in lupu;: & si a carnibus abstinuisset humanis: & anno. ix. transacto lacum eūde; iterū transnatasset: ei forma pristina reddebatur. Quod sciens Lycaon: & plurimū iram Iouis timens atq; suorum: & ob suam perfidiam ignorans: quo satis tutam posset habere latebra;: ad expectandum absq; suspictiōe uitæ: rei exitum lacū trāsnatauit: & uerus lupus effectus inter alia eiusdem speciei aīalia habitauit in syluis: relicta filia unica uirgine Calisthone. Præterea scribit Plini/us in libro naturalis historiæ: bellorum inducias huius Lycaonis īuētum fuisse: ludorūq; gymnicorum in Archadia.

De Calisthone filia Lycaonis: & matre Archadis: C. lxvii.

Alistho filia fuit Lycaonis: ut satis p Ouidiu; patet. hæc ut scribit Paulus: iā p̄re fugato īter rerū tumultū adhuc uirgo clā regina exiuit: & aufugit ad nemora: ubi se uirginib' Dianæ dicatis sotiā iūxit: apud quas a Ioue in habitu trāsformato dianæ oppressa est: & cū turgescente utero appareret crimen: pulsa peperit Archadē. De qbus ambobus plene infra: ubi de Archade dicetur: & ea potissime: q̄ a Leontio de fictione relata sunt. Sane hæc pluribus est appellata noībus. Nam græce arctos dicitur: quod latine sonat ursa. Præteraa & elyce dicitur a gyri circuitione. nā græce elyaci dicuntur gyri. Nuncupatur etiā Cynosura: quod nomē ante fuerūt duo noīa. Cynos. s. quod so/nat latine canis. Nā imago cælestis: quæ postea ursa dicta ē: canis dicebatur: & forte adhuc apud quosdā dicitur. & uros: quod latine bos syluestris sonat. nā & eodem nomine dicta est propter eleuatā cauda; ad semicirculi formā: quod magis ad syluestrē bouē spectat: q ad canem faciat aut ursam. Nam sicut dicitur: fert syluestris bos caudam

eleuataꝫ: ut semicirculū facere uideatur. Appellatur & phoenix: sic uolente Thalete inuentore: qui phoenix & ipse fuit: seu quia phoenices: q īstructissimi fuere nautæ: ea ī nauigatione primi sunt usi. Dicitur & septētrio: quod etiam Archadi: seu maiori ursæ nomen ē: eo ꝙ a. vii. denotetur stellis. nā trion seu teron stella interpretatur.

De gigantibus ex sanguine Titanorū procreatis & terra. C. lxviii.

Igantes (ut Paulus & Theodōtius testātur) nati sunt ex sanguine Titanorum & terra: quod etiam testari uidetur Ouidius in maiori uolumine: ubi dicit. O bruta mole sua cum corpora dira iacerēt: & infra per. vi. uersus. Hos Theodontius dicit pedes anguium habuisse: & bellū mouisse Ioui: ut patres fecerant. Veruꝫ nil ausos: donec Egla speciosissima mulierū: & cōiunx panis a terra matre eorum celaretur in specu: qua occultata extemplo in deos fecere īpetum: atqꝫ eos adeo terruere: ut in ægyptum usqꝫ formis mutatis expellerent. De qbus sic dicit Ouidius. Emissumqꝫ ima de sede tiphoea terræ. Cælitibus fecisse metū: cunctosqꝫ dedisse Terga fugæ: donec fessos ægyptia tellus Caperat: & septem discretus in hostia nilus. Huc quoqꝫ terrigenā uenisse Typhoea narrat. Et se mentitis superos celasse figuris. Duxqꝫ gregis dixit fit Iuppiter inde recuruis. Nūc quoqꝫ formatus libycis cum cornibus ammon. Delius in coruo proles semeleia capro. Phele soror phoebi niuia saturnia uacca. Pisce uenus latuit: cylleni⁹ ibidis alis &c. Verū ī aliqbus Theodōtius & Ouidius dissentire uidētur. Cū Theodōtius dicat a gigātibus hoc factū: & Ouidius dicat Typheū ex imo terræ uenisse: atqꝫ fecisse. Præterea & in formis deorū. Nā dicit Theodontius Ioue in aquilam uersum. Cybelē in merulā. Venerē ī anguillam. Pana autem se in fluuium fere totum deiecisse. Superiorem uero partem: quæ remansit in ripa in hyrcum mutatā dicit: que intrauit fluuium in piscem. ex qua figura postea Iouem capricornuꝫ signū fecisse dicit. Tandem Iouem asserit oraculo habuisse: si uictoriam uellet clypeum ex Egla panis coniuge tegeret: & caput suum gorgone. Quo facto præsente Pallade fugati snnt: atqꝫ obruti gigantes: & apud īferos a ioue detrusi. Multa his dictis superdicenda ueniunt: si fictionum uelimus ambages resoluere. Sed ante oīa non omnino fictum ē fuisse gigātes idest hoīes forma seu statuta ultra moduꝫ cæteros excedentes: immo constat esse uerissimū: & liquido his diebus apud Drepanuꝫ Siciliæ oppidum fortuitus demonstrauit euentus. Nam cū in radicibus mōtis: qui super eminet Drepano haud lōge ab oppido: nōnulli agrestes ad construendam pastoralem domū fundamenta foderent: apparuit cauernæ cuiusdam introitus: queꝫ cum uisuri quidnam intus esset faculis īcensis fossores intrassent auidi: antrū summæ altitudinis: atqꝫ

amplitudinis inuenere: per quod incedentes in oppositu intoitus in gentis magnitudinis sedentē uiderūt hominē. Ex quo terrefacti repē te fugam arripientes exiuere antrū: nec ante tenuere cursum: q; in op pidum deuenissent: occurrentibus quid uiderant nunciantes. Mirabū di autem ciues uisuri quidnā mali hoc esset: incēsus funalibus armisq; sumptis: quasi in hostem unanimes exiuere ciuitatem: & ultra trecen tos intrauere specum. Videruntq; non minus q; primi stupidi quē ret tulerant uillici. Tandem proximiores facti: postq; non uiuum esse ho minem norunt: uiderunt sedentem quendam in sede: & sinistra manu innixū baculo tantæ altitudinis atq; grossitiei: ut excederet quēcunq; prægrandis nauigii malū. Sic & hominem inuisæ atq; inauditæ ampli tudinis: nulla ex parte corrosum aut diminutu. Et cū ex eis unus por recta manu tetigisset stantem malum: euestigio malus solutus in cine rem corruit: remansitq; ueste nudatus baculus alter plumbeus ad ma nū usq; tenentis ascendens: & ut satis aduerterunt: plumbum erat ad augendum grauedinem malo infusum: quod postea ponderantes asse rūt q uiderūt fuisse ponderis. xv. cintariorū drepanēsiū: quorū unus quisq; ponderis est librarum cōium. c. Demū hois statura tacta æq cor ruit: & in puluerem omnis fere uersa est. Quem cum nonnulli tracta rent manibus: tres dentes adhuc solidi cōperti sunt monstruosæ grā diciei. ponderis autem erant trium rotulorum. i. centum cōmuniū un ciarum. Quos Drepanites in testimoniū cōperti gigantis: & sempiter nam posteritati memoriam filo alligauere ferreo: & suspendere in qua dam ciuitatis ecclesia in honorem annuntiatæ uirginis edita: & eiusdē titulo insignita. Præterea & partem cranei anteriorem inuenere firmis simā adhuc: & pluriū frumenti modiorū capacē. Sic & os alterius cru ris: cuius & si ob annositatē nimiā ī putredinē pars deuenisset: pærce ptum tamen in reliquo est ab his qui totam hominis altitudinē ad mē suram cuiusq; minimi ossis nouere eum fuisse magnitudinis ducētoru cubitorum uel amplius. Suspicatumq; est a quibusdam ex prudentiori bus hunc fuisse Ericem loci potentissimū regem Butis & ueneris filiū ab Hercule occisum: & in eodem monte conditum. Quidam autem ar bitrantur Erithellum: qui olim in funeribus ludis ab Aenea pro An chise patre editis pugno taurum occiderat. Alii uero unum ex Cyclo pibus: & potissime Polyphemū: de quo multa Homerus: & post eum Virgilius: ut patet circa finem tertii libri æneidos. Fuere igitur ingen tis staturæ gigātes: quod & sacra testatur pagina: ex quib' & si nō hu ius tam mirandæ magnitudinis fuerit: duo saltem in eadem nuncupan tur: Nembroth scilicet qui turrim in deū excogitauit: & Goliath Phi listeus a Dauid funda & lapidibus superat'. Hos tales Ioseph' uir alio quī circonspectus & eruditus existimauit: ut ipse in libro antiquitatis

Iudaicæ scribit ab angelis dei mulieribus mortalibus coeūtibus ꝓcre
ari. quod ædepol ridiculū est: cū ingentiū corporū causa sint sydera:
cæliq; reuolutio certa: qua etiā æuo nostro factū ē: ꝙ aliq fere caput
omne: uel amplius proceritate excederēt etiā magnos corpore uiros
Sane de his ego poetas nunc puto locutos: si mites fuerunt homines:
& humane uiuentes: sed de his: de quibus uidetur intelligere in Satur
naliorū libro Macrobius: ubi dicit. Gigantes autem quid aliud credē
dum est fuisse: ꝗ̄ hominum quandam impiam gentem: deos negantē
& ideo extimatā deū pellere de cælesti sede uoluisse: Horum pedes in
draconū uolumina desinebant: qđ significat nil eos rectū: nil superum
cogitasse toti⁹ uitæ eorū gressu: atq; ꝓcessu: ī iferna mergētes &c. Hu
iusmodi ergo hoīes ex sanguine titanorū: & terra ꝓductos fuisse: non
debet extraneū apparere homini erudito: cū præsæpe similis oriatur
ex simili: & ob hoc Titanorū superborum hominū rite superbos oēs
homines: si nō ex sanguine: saltem ex moribus: seu uitio filios possu/
mus nūcupare. Quorū etiam nulla rectius dici mater potest: ꝗ̄ terra
iam a Macrobio ratiōe mōstrata: tales .s. nil superum. i. cæleste: nil sā
ctum: nil iustum cogitant: omnis uitæ eorum progressus ad terrena:
& inferiora demergitur. Attamen hos tales: seu quos tales appellam⁹
bellum habuisse cū Ioue homine Cretensiū rege non omnino fabulo/
sum est. Constat enim ex historiis antiquis. Iouem duo īsignia gessisse
bella: primū cum Titanis: ut parentes uinculis detentos liberaret. Se
cundum cū ipso patre suo saturno: moreq; eius testante Lactantio mo
liente: & hoc gigantem bellum dictum est: & secundum quosdā apud
Phegrā Thessaliæ agrū conflictū ē: & uictus: atq; superat⁹ Saturn⁹
Quđ autem oraculo Eglæ corio clypeum tegere illi imperatum sit: &
caput suum gorgone: & Egles a terra in specu abscōdita. Intelligo: qa
subsidio gregum & armentorum: in quibus consistebant substātiæ ue
terum: quæ per Eglam: quod idem sonat quod capra: intelliguntur &
agrorū fructus: quos accipio pro Gorgone: sumptus bellorum maxi/
mi substentati sunt: & sic Iouis clypeum tectum. i. defensioneq; habitā
& caput coopertum. i. consiliis ad opportuna fulcitum. His autē cessā
tib⁹. s. fructibus substantiaruq; Egles dicitur abscondita: & tunc audēt
hostes in hostes insurgere: quasi aduersus inermem. Tantū his existē
bus: & Pallade: quæ pro militari disciplina ītelligenda est hic: ī uicto
ria. Quđ autē in infirmū mersi sint: humiliari atq; deiici superborum
proteruiam ostendere uoluere fingentes itur. Huic tamē bello gigātū
multa superadduntur: hic non apposita: eos scilicet montes mōtibus
imposuisse: ut in cælum ascenderent: & alia quædam fecisse: quæ refe
renda sunt ad actus bellantium. Erigunt quidem arces: & īponūt mō/
tibus turres: ut cælum. i. regnum hostis occupent: quæ omnia tādem

a uictore deiiciuntur:ut a Ioue factũ est.De hoc gigantum bello: atq; superum uidebatur Varro aliter opinari.Dicebat enim hoc fuisse cu; cessasset diluuiũ:dicens aliquos in diluuio : cũ utẽsilib' oĩbus cõfugis se ĩ montes qui lacessiti postea bello ab aliis:qui de aliis descenderant montibus:tanq; superiores uenientes facile repellebant.Vnde fictũ ẽ superiores deos esse:inferiores uero terrigenas:& quia ex uallibus ad summã tendentes:præmisso pectore quasi raptare uidentur more ser pentum.Inde dictum est:eos serpẽtu; habuisse pedes. Quod aũt metu Typhœi in ægyptum mutatis formis aufugerit dii:aliud sentit:q; hi storia:ut mortalitas.Nã pro Typhœo:q terræ fuit fili':terra ipsa ĩ telligẽda est:& potissime ea pars:quæ a nobis sẽptẽtrionalibus ĩcolit a qua dii.i.sol:per quẽ (ut Macrobio placet in libro Saturnaliorum) reliqua deorũ multitudo intelligenda est.tũc fugiunt:quando ab æqui noctio autũnali uersus antarcticũ polũ sol incipit declinare: qui tunc elongatur a terra sol.s.a regione nostra:qui septentrionales sumus: & tendit in Aegyptum:idest ĩ austrũ:seu ad regiões australes. Deos au tem formas mutasse:forte potius ad ornatum fictionis appositu; est: q; ob aliam causam.Nam(ut dicit Augustinus:ubi de Ciuitate dei(ñ omnia quæ gesta narrantur:aliquid etiam significare putanda sunt: s; propter illa:quæ aliquid significant:& ea que nihil significant attexe/ runt.Solo enim uomere terra proscinditur:sed ut hoc fieri possit: eti am cetera aratri membra sunt necessaria.Et soli nerui ĩ cytharis:atq; huiusmodi uasis musicis aptantur ad cantũ:sed ut aptari possint ĩsunt & cætera.in cõpagibus organorũ:quæ nõ pærcutiũtur a canentibus sed ea quæ percussa resonant.huic connectuntur.Hoc Augustinus.Et ob id esto ad intentum minime spectaret:ne uideamur euitasse laborẽ quid ĩ illis formis sensisse potuerint:annectamus.Dicit orgo Ouidius Iouem mutatum in arietem:ut in hoc Iouis naturam demonstret. Est autem aries mansuetũ:& benignum animal:nemini:si in quiete sua p mittatur:infestum.præterea utile plurimũ.nam ad procreandã prole; maximo pecudum gregi solus sufficit:& insuper non solum uir gregis est:sed dux etiam.nam si absit pastor:ipse se pastorẽ pecori præuium offert:illudq; itinere recto reducit in caulas.Que Ioui cõuenire uidet inter alia multa.Est enim planeta benignus:& mitis:nisi coniunctiõe alterius deprauetur &c.Est similiter utilis:quia maturos fœtus mulie rũ mouet ad exitũ:& emittit in luce;:omnesq; iuuat:ut ipsu; nomen sonat:sic & dux gregis.i.rex: & dominus deoru;:ut omnis gẽtilitius error affirmat.Solem aũt ideo in coruum uersum reor:ut æque ex p/ prietatibus solis demonstretur una.Coruum autem habere uim quan da; præsagiendi credidere ueteres:& ideo quia sol diuinatĩcis dictus est deus:ut ibi de Apolline dicetur:eidem eorum consecrauere:q:ut

dicit Fulgentius solus īter aues habet.lxiiii.uocis mutariones: quā ob causam auguribus antiquis erat in auguriis captandis auis gratissima. Bacchum in capram mutatum: hyemali tēpore conuenit. nam uinum i. Bacchum a frigore hyemis coactuꝫ in se uires colligit suas: & cū minoris uideatur uirtutis: q᷑ sit: agente frigore facilius potatur a stultis. Verum post q᷑ potatū est: calore auctum stomaci extenditur: & more hyrci ad sublimiora tendit: agitqꝫ: ut calefacti hoīes animosiores efficiātur: & ad celsiora cōtendant. Qu᷑d aūt luna in phelem. i. in dāmaꝫ mutata sit: ut eius designetur uelocitas dictum est: cum sit dāma uelocissimū animal: nec illi ad defensioneꝫ sui tælū aliud: q᷑ fuga cōcessū sit a natura: & sic luna inter planetas uelocissima est. Iunonē aūt ī cādidā mutatā uaccam ideo uoluere: quia uacca fertile sit animal: & sic terra: quā Iunonē aliquando uolunt: & ideo candida: quia niuibus hyeme tegatur: Qu᷑d Venus piscis effecta sit: eius grādis humiditas: seu ꝙ humiditate uigeat Venus ostenditur. Mercurius autem ibis factus dicitur: eo ꝙ ciconia sotiabilis auis sit: ex quo Mercurii. cōueniētia eū omnibus designatur: & uti serpentum hostis ciconia est: sic astutiaruꝫ dissipatur mercurius. Secundum autem Theodontiū Iuppiter in aquila uersus est: ut p aquilā: q̄ altius cæteris auibus uolat: eius sublimes intelligantur effectus. Cybelē uero ī merulā ideo uersam puto: qa cuꝫ terra sit. & merula sit auis uolans cōtinue circa terram: ut terra p merulam designetur. Per anguillam autē: in qua uenerē uersam dicit: ei⁹ Veneris libri cū accipiendum est. Per Pana autem in hyrcum in superiori sui parte uersum: & in piscem in inferiori: intelligo orbem totuꝫ cui natura rerum. i. Pan præest: & q superiori parte. i. terra: quæ aqua superior est: & hyrcos: & animalia cætera pascit: in inferiori autē pᵗe i. aqua ideo piscis fingitur: quia pisces producat: & nutriat. Sed cū iaꝫ omnis Titania proles expedita sit: libello huic finem etiam faciemus.

Genealogiæ deorum gentilium secundum Ioannem Boccacium de Certaldo liber quartus explicit. Incipit quintus.

Prohoemium.

n Ondum plene finierā superbā Titanis prolē ī mediū trahere: & ecce qui adeo circa principiuꝫ īpetuose ab imo usqꝫ cōuenerāt æquora: quasi ī ātrū æoli reuocati īperio abiissēt uenti quieuere oēs: & turgidū hactenus uelum languidū exhaustūqꝫ adhæsit malo. Quod ego perspectās aduerti illico: quia esset paululū quiescendū: nec mirū ꝙ si fulminādo Iuppiter fatigatus ē: de me scribēdo scelesti generis elatos mores poterit arbitrari discretus. Progredior igitur ī littus: cōscendo tumulū uisurus: quo nā me libens liquisset spiritus: dūqꝫ ī circum oculos uoluo: atticū sub pedibus habere solū cognoui: auidusqꝫ in circuitu cuncta passim uidere: nō ordine certo intuebat quīimo ut memoria representabat præterita: sic nūc huc nūc illuc oculos īpellebā: & summos prīo aliquādiu archadū montiū consideraui uertices: & nemorosa de cliua mecū dicens. Hos incoluit mercurius puer: per illa ducebat Diana choros: discurrebat Athlas: & paruus adhuc Parthenope' cōsueuit agitare ceruos: ī illis Calistho latuit uirgo. Inde repente reuolutus in littus: aspexi: nō dicam Athenas: sed earū dū fere consumptū parumqꝫ uestigiū intuerer: risi nostræ mortalitatis insana iudicia: quibus decepta uetustas: dū illas futuras perennes arbitraret̃ primo deos in litem nominis imponendi traxit. Inde eas uocauit eorū sententia īmortales: nunc paucis elapsis sæculis: ruinis suum finē uenisse testantur. In mortem profecto nos & nostra corruunt oīa celeri passu. Attamē quantūcūqꝫ exinanita ciuitas: īmo potius ciuitatis bustum esset: memorari cœpi quāta philosophorum: atqꝫ poetarū luce: quanto studiorum omniū decore: quanta regum ducūqꝫ gloria quāta insignis potentia: quanto uictoriarū fulgore splēdida iā dudū fuerit: & exorrui uidens oīa sub turpi ruinarū taꝫ templorum: ꝙ̃ ædium tumulo deiecta iacere. Ab hac tandem me cōsideratione retorsit biceps fere in cōspectu positus Parnasus plurimo celebris carmine: & uatuꝫ redolens laureis: atqꝫ uetustissimū & suaue musaruꝫ hospitium: quem dum quadam mentis ueneratione cōspicereꝫ: & deserto fonti castalio cōpatereꝫ: uidi antiqui hostis decipulā ueterē: antrū. s. Apollinis delphici: ex quo ꝓdeūtes ābages: & ꝑplexa rn̄sa ī se: tāꝙ ī charybdim cuncta sorbentē: & in baratrū perditionis perpetuæ dimittentem: tā diu gentiliū infelices animas contraxere: tamen mutum & elinguē nō aureis ornatū statuis: non preciosis coruscū lapidibus: sed uaria fere totum serpentium radicum circūplectione contectū: sic sacro uolēte lumine: quod non implicitis uocibus: sed sanctorum: qui a sæculo fūt

prophetarũ: eius futuris sacra mysteria expectatæ salutis eleganti pa
tefecit eloquio. Ab hac in Thebas Boetias haud lõgĩquas loco se fle
xit ĩtẽrio: quas apud dũ inter ruinarum tumulos: & ingentia ueterum
ædificia turpi lapsu squalentia Bacchi & Herculis oculo mentis exqro
cunabula: tetr' odor tabis illisi ĩ saxũ learci: trũcati Pẽthei: discerpti
Acteonis: & germanorũ uulnerũ me in partem impulit alteram. Et in
Lacedæmoniam usq; protendens aciem ne dum Agamemnonias ar/
ces: & execrabilem decorem Helenæ: sacrasq; Lycurgi leges cernerẽ
& ĩperii prægrãdis insignia: sed uix locus ubi consederit oculus alter
græciæ cognoscere potui: & ob id in excedentem fere sydera Corĩthiã
arcem oculos dedi: Lacedæmonis memor & Sisyphi. Sed quid multa:
Dum sic distrahor clementissime princeps: sensi restaurari uires: quas
pridian' labor obtuderat: & mead cœptũ reuocari iter ab aura tenui.
Quãobrẽ obmisso tumulo quasi futuri itineris præmonitus: paruam
reintraui nauiculã: & eius inuocato nomine: qui iã dudũ ĩ suaue uinum
insipidas uertit aquas in Chana: secundi Iouis insignẽ scripturus pro/
lem: flatibus uelum dedi.

De Ioue secũdo Cæli nono filio: qui genuit filios. xv. quorũ. i. Dia/
na. ii. Apollo. iii. Tityus. iiii. Bacchus. v. Amphyon. vi. Cethus. vii. Ca/
lathus. viii. Pasythea. ix. Egiales. x. Euprosinne. xi. Lacedæmõ. xii. Tã
talus. xiii. Hercules. xiiii. Minerua. xv. Arcas. Ca. i.

Vpra de Cælo libro tertio dictum est: cuius fuisse filium Iouem
secundum testatur Tullius in libro de naturis deorum: eumq; di
cit in Archadia natum: ex qua tamen matre non dicit. Huius: & si cre
dã grandia fuisse facinora: absq; qbus nõ potuisset tã ĩsigne meruisse
cognomen: pauca tamẽ ad nos usq; fama: seu ueterũ monimẽta duxe
re: & si qua forsan peruenere: non satis certum est: an sua: an potius
primi: uel tertii fuerint Iouis. Verũ q̃ pauca huius fuisse Theodontius
asserit: explicabo. Vult igitur Theodontius hũc insignẽ fuisse hoĩem
prĩo apud suos: & ibidem ob apposita a Lycaone Archadum rege in
cõuiuio humana mẽbra: Lycaonẽ uicisse prælio: regnoq; priuasse: &
tũc prĩo cœpisse uocari Iouẽ: ob iustam de iniquo rege ultionẽ sũptã
Hunc tamen Leontius Lysaniam supra: ubi de Lycaone: uocat: quem
prmiũ fuisse Iouem: & Atheniensiũ regem diximus: & ob id quid dicã
non habeo: nisi ut istas adeo inter se discrepãtes opiniones prudenti/
or me: si queat: in concordiam redigat. Post hæc dicit Theodontius
hunc se Athenas transtulisse: & ibidem ĩ culmine fuisse permaxĩo. Et
ob stupratã Latonam: aduersus Ceum ingens habuisse bellum: eoq;
superato maxima cum gloria Athenas rediisse: Ioui que primo bouem
imolasse: & multa ad laudabilem ciuitatẽ spectantia apud Athenienses
instituisse: quibus agentibus causis Iuppiter cõmuni hominũ cõsensu

uocatus est: e tpe nõ constat. Sunt tñ qui credãt eũ Cecropẽ Atheni ensium regẽ primũ fuisse: sed ab hoc uulgata discordat opinio: cũ Ce cropes fuerit ægyptius: & Iuppiter archas. Alii uero antiqorẽ dicunt nec tñ ullus præfixũ tẽpus apponit: & ideo omittamus.

De Diana prima Iouis secundi filia. C. ii.

Iana: omniũ fere testimonio poetarũ: Iouis & Latonæ fuit filia: & eodẽ partu cũ Apolline edita: ut supra ubi de Latona mõstra tũ est. Hanc ueteres insignẽ uirginitate perpetua uoluere: & quoniam spreto hominũ consortio siluas inhabitaret: uenationibusq; uacaret: eam arcu pharetraq; accinctam descripsere: & nemorum montiumq; dixere deaȝ: curruq; uti uoluere a ceruis albis tracto: & nympharũ so tietate: atq; officiis: & obsequio uti. Quod Claudianus: ubi d laudib' Styliconis ostendit amplissime ibi. Dixit: & extemplo frondosa fertur ab alpe: & infra per multos uersus. Præterea hanc uiarũ uoluere præ/ sidẽ: & una cum luna multis uocauere nominibus. Iis igitur præmissis aduertendũ est: quæ per ea sentienda sunt. Fuit hæc profecto fœmĩa Iouis hõis & Latonæ filia: & possibile est eã uirginẽ quandam fuisse: ut nõnullæ sunt oĩno hominũ abhorrentes cõsortiũ: & sic uirginitate perpetua claruisse: & uenationibus dedisse operã. Et cũ hæc lunæ con uenire uideantur: quæ suo frigore habet uenereas frenare cõcupiscen tias: & nemora: montesq; nocte suo lustrare lumine ei ad lunã spectã tia: tanq; si ipsa luna esset: iniunxere: seu ipsam potius ĩsipidi credide re: eo mõ: quo supra sæpius de quibusdã aliis dictũ est. Et qm̃ de his ubi de luna: nil fere dictũ fuit: paululũ latius prosequemur. Accingi/ tur igitur Diana arcu: & pharetra: ut per hoc ĩtelligatur luna: & ipsa radiorũ iaculatrix: qui loco sagittarũ intelligendi sunt: & ideo sagittæ quia nõnũq; nociui: atq; pestiferi. Nemorũ: montiũq; ideo dea dicta est: quia lunæ uideatur esse: plantas herbasq; suis humiditatib' fœcũ dare: & in uigorẽ seruare: ac etiam incrementa præstare. Currus autẽ ideo illi additur: nõ solum: ut ex hoc cæli circuitio assumatur: q etiã uelocius cæteris planetis peragit: quĩimo: ut montiuȝ: atq; nemorum circuitiones uenãtiũ designẽtur. Qui a ceruis ideo trahi dicitur: eo q a siluestrib' aĩalib' uenantiũ desideriũ trahi uideatur. Candidi autẽ iõ apponuntur: qa albedo inter colores lune a Physicis tribuatur. Qđ nymphas habet sotias: accipi debet pro humiditate cõtinua: qua abũ dat: cum nil aliud nympha sit: q aqua: aut complexio humida: ut in/ fra ubi de nymphis clarius apparebit. Qđ nymphis sint officia attri buta: ad decorem fictionis appositum est: seu uelimus dicere humi/ ditates obsequium præstare influentiis lune. Viarum ergo præsidem iõ uoluer: qa luĩe suo nocturnas uĩcẽs tenebras: illas r̃ddit uiatorib' expeditas: seu qa uiæ sit Dianæ uirgini sterilitate similes. Dianã uero

uocari uoluere:ut dicit Rabanus ī libro de origine rerū:quasi duanā eo q͞p nocte & die appareat:& sic deseruire uideatur ābob᾽.Sꝫ Theodontius aliter:ut alias dictū ē.Luna enī planeta iste uocatur:quando de sero lucet:diana autē:dum luce sua tendit in diem: & tunc ē uenā tibus aptior:& uiatoribus:& uirgo illo tūc dicitur:quia post excursū medium cæli circulum:plantis nec affert nutrimentum ualidum : nec de nouo plantis præstat utile incrementum:ut facit:dum in oppositū fertur discedens a sole.Cynthia autem dicta est a Cynthio monte:in quo præcipue colebatur:de reliquis alibi dictum est.

De Apolline secundo Iouis secūdi filio:qui.xvi.inter filias & filios genuit:quorū hæc sunt nomīa.prima Laphita.ii.Eurimones.iii.Mopsus.iiii.Linus.v.Philesthenes.vi.Garamas.vii.Brācus.viii.Phylemō ix.Orphe᾽.x.Ariste᾽.xi.Nomi᾽.xii.Auctous.xiii.Arge᾽.xiiii.Aesculapius.xvi.Arabs. C iii.

Pollo æque Iouis & Latonæ fuit filius:& eodē enixus cū Diana partu:ut præhabitū est:ubi de Latona.De hoc multa narrātur: quæ forsan nō minus aliena fuere:q̄ꝫ sua:cum præter eum tres alios fuisse Apollines scribat Cicero.Verū quoniā omnes in hunc sese īclinant poetæ:quasi solus ipse fuerit Apollo:& ob id quæ aliorū fuerīt nō satis apparet:in hunc omnia deferre necesse est.Dixere igitur post natiuitatis suæ fabulam:hunc diuinitatis & sapiētiæ deū:& medicinæ artis repertorē.Præterea dicunt eum Cyclopes interemisse: & ob id aliquādiu priuatū diuinitate:armēta Admeti regis Thessaliæ pauisse. Voluere insuper:cū illi cytharam donasset Mercurius: eum eliconicis præesse musis:ut eo scilicet lyram tangentē musæ canerēt.Similiter & īberbē dixere:atqꝫ laurū arborem:& hyperboreas gryphes:& coruū:& buccolicū carmē:illi sacrū fecere.Nultisqꝫ illū uocauere nominib᾽:& plures illi filios ascripsere.Lōga fictionū series hæc ē:quarum si uelimus sensum excerpere:ań alia aduertēdū est:qm̄ aliquando eū hominē:ut fuit:aliquando solem intelligamus:necesse est.Fuit ergo hic homo:& secūdi Iouis filius ex Latona:ut sæpius dictum est Verum Tullius:ubi de naturis deorum:dicit eū Iouis cretensis fuisse filiū:& ab hyperboreis montib᾽uenisse Delphos:& si sic eēt multa frustrarētur ex dictis supra.Verū:salua semper Ciceronis reuerentia:ego istud nō credo:cū dicat Eusebius ī libro tēporū: Apollinem & dianam ex Latona natos regnāte Argis Stheleno:regniqꝫ ei᾽anno iiii.qui fuit annus mūdi.iii.mi.ccc.xi.cū longe post per eiusdē Eusebii scripta cōpræhendantur Iouem cretēsem fuisse.Theodōtius uero dicit:istum Iouis secundi fuisse filium:& apud Archades regnasse:eisqꝫ nouas adinuenisse leges:& Nomium fuisse uocatū:& ob seueritatē nimiā legū a subditis regno fuisse pulsum:& ad admetū regē Thessaliæ

confugisse: atq; ex concessione Admeti quibusdã secus Amphrisum flumen populis imperasse: ex quibus nata fabula ẽ: q̃ ob occisos Cyclopes diuinitate priuatus Admeti pauerit armenta. Sane dicit idẽ Eusebius Apollinem ex Latona natum: non eum fuisse: a quo consueuerunt antiqui responsa suscipere: sed eũ: q̃ seruiuit Admeto: & sic ille: ut dicit Tullius: qui Delphos ex hypboreis uenit: filius potuit eẽ Iouis cretensis. De natiuitate autem huius: & contingẽtibus circa euz: ĩ præcedẽtib⁹: ubi de latona multa dicta sũt: & lõge plura legi possẽt per Macrobiũ in libro saturnaliorũ scripta: quæ profecto utilia sunt: nec tamen multũ a scriptis desuper discrepãtia: & ideo non apposui. Fuit insuper hic (ut Theodõtius asserit) primus: qui uires herbarum nouerit: & ad opportunitates hominum earũ uirtutes adaptauerit: & ob id nõ solũ medicinæ repertor habitus est: sed deus cũ ægrotantes plurimi ex suis remediis sanitatẽ consequerentur. Et quoniã ipse pulsorum hominum concordantias repperisset: illi a Mercurio numerorum atq; mensurarũ principe cytharum concessam dicunt: uolentes ĩtelligere: uti per diuersas uoces ex diuerso fidiũ tactu surgentes: una fit melodia: si rite tangãtur: Sic ex diuersis pulsuũ motibus: si rite ordinati sũt: quod ad medicũ spectat: fiat sanitas bene dispositi corpis concordantia. Et quoniã uisus ægritudinũ signis: multis mortem: & multis etiã sospitatã prædiceret: diuinationis illi deitas attributa est. Et sic illi laurus & coruus dicati sunt: cum: ut alias dictum est: si lauri frondes dormientis capiti alligentur: somnia eum uisurũ uera prædicent: que diuinitatis est species. Sic & coruũ: ut etiã dictum ẽ habere lxiiii. uocũ mutationes: ex q̃bus optime augures futura se cõpræhẽdere asserebãt: quod etiã ad diuinationẽ designandã opponitur. Albericus insuper dicebat: ob id fictum: eum occidisse Phytonem: q̃a Phyton fidẽ auferens interpretetur: que oblatio fidei tũc de medio tollit̃: cũ ueritatis claritas reseratur: quod per solis lumẽ efficitur: sed tunc planeta est: nõ homo: per quẽ etiã (ut mathematici asserũt) multa futura mortalibus demonstrantur. Sapientie autem ideo deus est habit⁹ propter consilia: quæ salubria circa morbos dabat poscẽtibus. Præterea quia ubi de sole ĩtelligatur: lumine suo uitanda demõstrat: ac etiã imitanda: quod sapientis est. Imberbem autem solem planetã dicunt: quia semper iuuenis: tanq̃ omni die nouus exoriens Lyra canere: & musis præesse eũ iã uoluere: quia putauerunt eũ cælestis melodiæ modulatorem & principem: & inter. ix. sperarum circuitiões uarias: tãq̃ inter. ix. musas notitia & demonstratiõe eorũdem modulos exhibẽtẽ. Nunc de nominibus: dicitur Apollo: q̃ (ut ait Fulgentius (perdens ĩterpretatur: & ideo æthiopũ quidã sunt populi: qui eum surgẽtẽ totis affectib⁹ execrãt̃: eo q̃ feruore suo nimio apud eos cũcta dispdat

& hinc est: ut dicit Seruius: ꝙ Porphyrius ĩ eo libro: quē solem ap/pellat: dicit triplicem esse Apollinis potestatē: eũ scilicet apud supos esse solē. Liberũ patrē ĩ terris: & Apollinē apud inferos: & inde tria insignia simulacro eius ab antiquis apposita: lyram scꝫ ꝑ qua celestis armoniæ imaginē uoluere Clypeum: quo eum terræ numē ĩtelligi sẽ ferre. Et sagittas: quibus infernorũ deus: & noxius iudicatus est. Et ob id Homerũ dixisse uidetur: eundē tã pestilētiæ: q̄ȝ salutis auctorem Quod etiã sensisse uidetur Horatius in carmine sæculari: dum dicit: Condito mitis placidusqꝫ tælo Supplices audi pueros apollo &c. Vocatur ēt ĩsup Nomius: qđ latine pastor sonat: inde sũptuꝫ: ꝙ pastor fingatur Admeti: & ideo tanq̄ȝ pastori buccolicum illi carmen conse/cratum est: quia pastorale carmen est. Cynthius autem dicitur a cynthio monte: in quo diligentissime colebatur.

De Laphita. i. apollinis filia. C. iiii.

Aphita (ut Isydoro placet ĩ libro ethĩologiarũ) filia fuit Apolli/nis. Esto Papias uirũ fuisse testatur. Ab hac aũt: ut Raban⁹ asse rit: Laphitæ populi Thessaliæ denominati sunt. Indiciũ quidē est nõ parui momenti: hanc scilicet insignem fuisse mulierem: postq̄ȝ egre/gii ab ea denominati sunt populi. Quđ autem Apollinis fuerit filia: uerum esse potest tanq̄ȝ hominis: si auteꝫ tanq̄ȝ solis: ob formositatem uel sapientiam: uel augurandi peritiam fictum arbitrari potest.

De Eurymone Apollinis. ii. filia. C. v.

Vrymonem Paulus Perusinus asserit Apollinis fuisse filiã: eãqꝫ Thalaoni nuptam: ac eidem Adrastum argiuoruꝫ regem: & Eurydicem Amphiarai postea coniugeꝫ peperisse.

De Mopso. iii. Apollinis filio. C. vi.

Opsus (ut dicit Theodõtius) fili⁹ fuit Apollinis & Hymãtis: Iasoni sũma atqꝫ fida amicitia iũct⁹: ut testat᷑ Stati⁹. Sæpi⁹ ĩ dubi/is auditus Iasone Mopsus. Hic (ut placet Lactãtio) diuinãdi peritissi/mus fuit: & grineo nemori: ubi Apollinis oraculũ erat: præfectus: ut ait seruius. Fuit aũt homo æuo suo uenerabilis adeo: ut illi post mor/tē tēpla dicata sint: & ex eorũ abditis apetentibus accepta responsa. Paulus aũt dicit nõ Hymãtis fuisse filiũ: sed Manthonis filiæ Tyre/siæ Thebani. Hũc præterea dicit Pomponius Mela: Phaseliꝫ ciuitatē ĩ finib⁹ Pãphiliæ cõdidisse: nec multo post asserit idē Põponius Mãthonē fugientem Thebarũ uictores: Clarii fanuꝫ apud libedos Ionas statuisse: Caystro fluuio proximum: nec longe ab eo Mopsũ eiusdeꝫ filium Celophonem condidisse. Eusebius autem dicit Mopsum apud Cylices regnasse: regnãte Agamēone Micænis: & ab eo Mopsicrõe & Mopsiciæ dicti: dicētibus Manthonē huius fuisse matrē: aduersãt᷑ dicentes: Manthonē post thebanum bellum in Italiam trãsmigrasse

& in Cisalpinam Galliam deuenisse.

De lino.iiii.Apollinis filio. C. vii.

Inus (ut scribit Lactantius) ex Psamate filius fuit Apollinis: ex quo talē recitat fabulā. Quōd cuꝫ interfecisset Apollo Phytonē serpentē: & perquireret cædis actæ piacula: a Crotopo rege Argiuorū in domū susceptus est: ubi claꝫ cū Psamata uirgine: & eiusdē Crotopi filia cōcubuit: quæ cū cōcæpisset: & tpe debito secus Nemeum flumen occulte peperisset: filiū illū Linū appellauit: euū que (ut placet aliquibus) exposuit: & sic repertus a canibus deuoratus est. Alii uero dicunt: quia illum pastori cuidam alendū tradidit: tamē dum quadaꝫ die in curia pastorias paruulus iaceret in herba: a canibus deuoratus ē: quod Statius testari uidetur dicens. Irradiant medio linus intextus acanto Letiferiqꝫ canes &c. Apollo aūt miratus: filiuꝫ fuisse a canibus deuoratū: regioni monstrū īmisit: cūcta deuastās: quod postmodum Corebus occidit. Arbitror fictioni huic causam: dedisse aliquod pestiferum animal: quod forte eo tēpore apparuit: quo puer iste a canibus discerptus ē: quod cum impium uisum sit: eo dictum mōstrum īmissum. Fuit insuper & alter Linus: qui & Appollinis filius fuit: & in musica mirabilis habitus est: de quo Virgilius: Non me carminibus uincet nec thracius orpheus: Nec linus & cetera.

De Philistine.v.Apollinis filio. C. viii

Hilisthenes (ut Seruio placet) Apollinis ex Cantilena fili⁹ fuit: quē ait Oaxem opidū in Creta insula cōdidisse: & ex suo nūcupasse nomine. unde Varro. Quos magnos cātilena partu adducta dolore: Et gemitus cupiens dolorem oaxida palmis Scinderē: & cetera. Si ergo Oaxidem suo nomine appellauit: binomius de necessitate fuit Ego existimo eum cantu ualuisse: & inde taꝫ Cantilene: q̄ꝫ Apollinis filium a poetis fictum.

De Garamante.vi.Apollinis filio. C. ix

Aramas (ut Rabanus ait in libro de originibus rerūꝫ) filius fuit Apollinis: & ab eo (ut idem ait) Garamantes æthiopiæ ppl'i nūcupati sunt: & Garama opidum apud æthiopas constructum. Hunc ego ideo Apollinis fictum reor: quia ibideꝫ imperauit: ubi profecto nimio æstu sol omnia fere perimat: quas quia sedes elegit: tanq̄ꝫ sterilitate & æstu delectatus: filius Apollinis habitus est.

De Brancho.vii.Apollinis filio. C. x.

Ranchus (ut ait Lactantius) Apollinis filius fuit ex filiaIoucis: & Sucronis cōiuge suscept⁹: cuius talis est fabula secundum Varronem in libro rerum diuinarum. Cyus quidā decimus ab Apolline genus ducēs: cū peregrinādo pranderet in littore: ac deinde forte min⁹ sobrius proficisceretur: oblitus Sucronē filiū pueruꝫ dereliquit. Qui

Sucron patre pdito errans peruenit ĩ saltũ cuiusdã Iaucis: receptusq̃
cœpit cũ pueris illius capras ĩ pascua ducere: contigit eos cignũ cape
re: quem cum ueste texissent: pueri pugnabant inter se: quisnam illum
patrono muneris loco deberet offerre. Tandeȝ fatigati certamine reie
cta ueste loco cigni cõperierunt mulierem: quo euentu territi cæpere
fugam. Verũ reuocati ab ea moniti sunt: ut Iauci patrono suo diceret
ut Sucronẽ puerum coleret. Illi uero ea quæ contigerant: & quæ audi
uerant patrono recitant. Tunc Iaucis miratus Sucronem habere loco
filii cœpit: eiq̃ filiam suam locauit uxorem. Quæ cum prægnans esset
uidit per quieteȝ solem per fauces suas ĩtrasse: & exisse ex uentre. Post
hæc æditus est filius: quẽ Branchum uocauerũt: qui cũ Apollinis ma
las deosculatus esset: ab eo captus coronaȝ accepit: & uirgã: cœpitq̃
uaticinari: & subito nusq̃ cõparuit. Post hoc illi tẽplum igens cõstru
ctum: quod Branchiadum nominatur: & Apollini phylesio ob hanc
rem consecrata sunt tẽpla: quæ ab osculo Branchidis: siue a certamĩe
puerorũ Phylesia nũcupantur. Alibi uero scribit Lactãtius: Brãchuȝ
fuisse Thessalum adolescentem ab Apolline dilectum: quem interfe-
ctum acriter dolens sepulchro sacrauit: & templo: & ibidem Branchi
ades Apollo dicitur. In præcedẽti fabula pueri.i. ignari cignum capiũt
i. futuri uatis augurium: nã cignus auis soli dicatus est: eo q̄ ꝓpĩquaȝ
sibi mortẽ præcognoscat: & suauissimo cãtu prædicet. Ex augurio au-
tem sumpto ĩ loquacitatem itur: & ideo in mulierem uersus fingitur:
ex hac loquacitate fit: ut Sucron carior efficiatur patrono: eiusq̃ deue
niat gener: uideatq̃ ĩ somnis coniũx prægnans solem per guttur eius
ĩtrãtem. i. cælestem influentiam ad producendum procreatum aptum
uaticinio: quod per solem ĩtelligitur: qui demum uẽtre egreditur: duȝ
nascitur: qui Apollinis tũc malas deosculatur: duȝ delectatiõe: absq̃
qua nil pærficitur: adhæret studio uaticinãdi: & tũc coronam & uirgã
ab Apolline suscepit: dum eruditus ĩsignia doctoratus assumit. nam p
coronã: quæ capitis ornamẽtum ẽ: præminẽtia designatur: quã quis
per quæsitã studiis sciẽtiam cõsequitur. Per uirgam autem potestas ĩ-
telligitur exercẽdi quæ studio quæsita sũt. Eũ aũt nusquaȝ cõparuisse
eo factum ẽ: quia morte de medio sublatus est.

De Phylemõe. viii. Apollinis filio. C. xi.

Hylemon Apollinis & Lychionis (ut testatur Ouidius) fili⁹ fuit.
Nã (ut ipse refert) Dædalion Luciferi filius habuit speciosissimaȝ
filiã: quã cũ Apollo & Mercurius eo tpe dilexissent: & ĩ eius iuissent
cõcubitum: ex ambobus cõcæpit: & Apollini peperit Phylomeneȝ: q
carmine clarus fuit: & cythara. Quod aũt fictũ ẽ: ab euẽtu sumptum
puto. nã Lychion uno partu duos enixa ẽ: quorũ alter fuit ĩsignis fur
queȝ dixerũt genuisse Mercuriuȝ: eo q̄ circa talia uideatur astrologis

operari Mercurius.Alter uero cythariſta fuit egregius:circa quod ar
bitrantur ſolem operam dare:& ideo Apollinis filium uocare.
C. xii.
De Orpheo Apollinis filio.ix.
Rpheus Caliopis muſæ & Apollinis fuit fili⁹: ut dicit Lactãti⁹
Huic dicit Rabanus Mercurius lyram nuper a ſe cõpertã tradi
dit:qua tantum ualuit:ut ea mouere ſyluas:& flumina ſiſtere:& feras
mites facere poſſet.De hoc Virgilius talem recitat fabulã. Eum ſcili/
cet amaſſe Eurydicem nympham:quã cum ſuo cantu in ſuã traxiſſet
gratiam:eam ſibi iunxit uxorem.Hanc cæpit amare Ariſtæus paſtor:
& die quadam:dum ſecus ripas hebri cũ dryadibus ſpatiaretur:eam
capere uoluit:quæ fugiens pede ſerpentem ĩter herbas latitantẽ præſ
ſit.Qui reuolutus in eã uenenato morſu interemit. Quam ob cauſam
gemebundus Orpheus deſcendit ad ĩferos:& lyra adeo dulciter cane
re cæpit:orans:ut ſibi reſtitueretur Eurydice:ꝙ nõ ſolum miniſtros
inferni in ſui pietatem traheret:ſed & umbras ĩ obliuionem pœnaruꝫ
ſuarum deduceret.Ex quo factuꝫ eſt:ut illi a Proſerpina Euridice re/
ſtitueretur:hac lege:ne illaꝫ(niſi perdere uellet)reſpiceret:donec pue
niſſet ad ſuperos.Qui:cum iam proximus eſſet:nimio uidendi Eury/
dicẽ ſuam deſyderio tractus:oculos ĩ poſtergantem flexit: ex quo fa
ctũ eſt:ut eueſtigio dilectam iterũ perderet.Quã ob cauſaꝫ diu fleuit
& celibẽ deducere uitam diſpoſuit.& ob id(ut ait Ouidius) cũ multas
ſuas nuptias poſtulantes reieciſſet:aliiſqꝫ hominibus celibem uitã du
cere ſuaderet:mulierũ incidit odiũ:& a celebrãtibus matronis orgia
Bacchi ſecus hebrũ raſtris atqꝫ ligonibus cæſus:atqꝫ diſcerptus ã:&
eius caput in hebrũ proiectum cum cythara:in leſbon uſqꝫ delata ſũt
ubi cũ ſerpẽs quidã caput deuorare uellet:ab Apolline in ſaxum uer/
ſus eſt.Lyra autem(ut dicit Rabanus)in cælum aſſumpta:& ĩter ali/
as cæleſtes imagines locata eſt.Pulchre æquidem & artificioſæ fictio
nes ſunt: ut incipiam⁹ a prima:cur Apollinis & Caliopes dicatur fili⁹
uideamus.Dicitur aũt Orpheus:quaſi orea phogni.i.bona eloquẽtiæ
uox:quæ quidẽ Apollinis.i.ſapiẽ:& Caliopes: quæ bon⁹ ĩterprætatᷓ
ſonus:filia eſt.Lyra aũt illi a Mercurio data eſt: qa per lyraꝫ diuerſa
uocũ habentẽ diſcrimina debemus intelligere oratoriam facultatem :
q̃ nõ una uoce.i.demonſtratione conficitur:ſed ex multis : & cõfecta
non oĩbus cõuenit:ſed ſapienti atqꝫ eloquenti: & bona uoce ualenti.
Quæ cum oĩa in Orpheum cõuenirent:a mercurio menſuratore tem
porum eidem cõceſſa dicitur.Hac Orpheus mouet ſyluas radices ha
bentes firmiſſimas:& infixas ſolo.i.obſtinate opinionis homines:qui
niſi per eloquentiæ uires queũt a ſua ptinacia remoueri. Siſtit flumĩa
i.fluxos & laſciuos homines:qui niſi ualidis eloquentiæ demonſtratio
nibus in uirile robur firmẽtur:in mare uſque defluunt.i.in perpetuam

amaritudinem feras mites facit.i.homines sanguinu rapacesq;:quos sæpissime eloquentia sapientis reuocat in mansuetudinem & humanitatem.Hic insuper Euridicem habet in coniugem.i.naturalem concupiscentiam:qua nemo mortalium caret.Hanc per prata uagante.i. p tēporalia desyderia amat Aristeus.i.uirtus:quæ eam ī laudabilia desyderia trahere cupit.Verū ipsa fugit:quia naturalis cōcupiscētia uirtuti contradicit:& dum fugit uirtute:a serpente occiditur.i. a fraude inter temporalia latante.nam apparet minus recte intuentibus temporalia uiuere.i.posse beatitudinem præstare:cuius apparentiæ siqs credat se in perpetuā duci mortem cōperiet.Sed quid tandē:Cum naturalis cōcupiscentia ad inferos.i.circa terrena omnino lapsa est:uir prudens eloquentia.i.demonstrationibus ueris eam conatur ad superiora i.ad uirtuosa reducere.Quæ tādē aliqn̄ restituitur:& hoc dum appetitus ad laudabiliora dirigitur:sed redditur pacto: ne retro suscipiēs respiciat:donec ad superos usq; deuenerit.i.ne iterum in concupiscentiā talium relabatur:donec cognitione ueritatis:& superum bonorū ītelligentia roboratus ad damnandam scelestorū operū spurcitiē:oculos possit in concupiscentiā flectere.Quđ autē ob id Orpheus ad inferos descenderit:debemus accipere prudentes uiros nonnūq; rōne contēplationis in perituras res:& hominū ignauias oculos meditationis deflectere:ut dum quæ damnare debeant uiderint:q̄ appetēda sunt feruentiori desyderio concupiscant.Fulgētius aūt longe aliter sentit. Dicit enim dilectæ ac perditæ:& demu reassumpte Eurydicis esse musicæ designationem:cū Orpheus dicatur:quasi oreaphogni:quod iterprætatur uox optima.Eurydices aūt profunda diiudicatio: & iō cū ī musicis aliud sit armonia pthongorum:& aliud effectus tonorum:uirtusq; uerborū &c.ut ubi de ethimologiis.Sed:ut ad ea ueniam':quæ ad Orphei uidentur spectare mortem:est sciendum:ut dicit Theodōtius:Orpheū primo Bacchi sacra cōperisse:& ea iussit apud Thraces choris menadum.i.mulierum patientiū menstruum:ut illa illo tēpore auferret a cōmixtione uirorum:cum non solum abhominabile sit: s; etiam perniciosum uiris. Quod cum mulieres post tēpus aduertissent & existimassent:hoc adinuentū ad turpitudinē earū: uiris detegendā ī Orphæum coniurauere:illumq; nil tale suspicante interficere ligonibus:& in hebrum fluuium deiecere.Lactantius aūt in libro diuinarū institutionū dicit de eo sic.Sacra liberi patris prim' Orpheus induxit in Græciā:primusq; celebrauit in monte Boetiæ Thebis:ubi Liber natus est,p̄ximo:qui cū frequēter cytharæ cātu psonaret:Cytheron appellatus est.Ea sacra etiam nūc orphica nominantur:in quibus ipse postea dilacerat'& carptus est &c.Qđ caput eius & cythara lesbos dilata sit:dicebat Leōti':fabulā n̄ eē:qa sic fama ferebat Lesbiū

quendam ex auditoribus suis ea secum deuotiōis causa Lesbos usque portasse. Qud serpens: qui caput Orphei deuorare uolebat: in lapidē uersus sit: intelligo pro serpente annorum reuolutiones: quæ caput. i. nomē Orphei: seu ea: quæ ingenio Orphei cōposita sunt: cū ī capite uigeant uires ingenii: consumere: ut reliqua faciūt: conatæ sint. Sed in saxum ideo uersus dicitur serpens: ut ostēdatur nil illi posse tēpus ob sistere. Quod quidem hucusque nō potuit egisse: quin adhuc famosus existat cū cythara sua: cū ex poetis fere antiquior reputet. Præterea sunt qui uelint. inter hos Plinius in libro historiæ naturalis: hui' inuen tū fuisse auguria ex cæteris animalibus sumi: quæ priō tantū ex auib' sumebantur. æquo modo opinati sunt quidā: eum primū cytharā ex cogitasse: quantūcūq; Amphioni: aut lino attribuant alii. Fuit enī ex gente cicona Thraciæ natus: qui (ut Solinus de mirabilibus mondi af firmat) in æuum usq; suum in maximū sui decus sumebat. De tempo re eius non uidetur ambigi. Multi enim testantur: q̄ inter argonautas Colchos cum Iasone accesserit: ut Statius. De hoc tamen scribit La ctantius in libro diuinarum institutionum. Et fuit per eadem tempora quibus faunus: sed quis ætate præcesserit potest dubitari. Siquidē per eosdem annos Latinus Priamusq; regnarunt. Item patres eorum Fau nus & Laumedon: quo regnante Orpheus cum argonautis ad iliensiū littus accessit. Hæc Lactantius. Eusebius autem ī libro temporū dicit eum fuisse regnante Athenis Egeo. Quæ quidē satis cōuenire uidētur Leontius autem dicebat: hunc non eum fuisse: qui orgica adīuenit: cū illum asserit longe antiquiorem esse.

De Aristæo Apollinis. x. filio: qui genuit Acteonæm & Iolaum. C. xiii.

Risteus filius fuit Apollinis & Cyrenis filiæ Pænei fluminis: ut testatur Virgilius in persona Aristæi in Georgicis dicēs. Mater cyrenes mater quē gurgitis huius. Ima tenes quid me præclara stirpe deorum. Si modo quem perhibes pater est tymbreus Apollo: Inuisū fatis genuisti & cetera. Quod etiam Iustinus in epythomate Pōpei tro gi confirmat: talem historiā recitans. Qud Cyrus. s. rex Coramis īsu læ filium habuit: cui nomen Bathos propter lingue obligationē. Ve rum cum Cyrus ad oraculum Delphos propter dedecus adolescentis filii deprecaturus uenisset: habuit in responsis: Bathos Aphricam pe tere: Cyrenem urbem condere: & ibidem linguæ usum accepturum. Quod ob solitudinē Coramis insulæ omissum est: quasi nō haberēt unde colonos in Aphricam deducerent. Tandem tractu temporis pe ste cōpulsi adeo paucos misere: ut uix nauis cōpleret una. Hi Aphri cam uenientes: montē Cyrū loci amœnitate: & ubertate fōtiū capti occupauere. Ibi Bathos solutis linguæ nodis: dux eorum primo loqui

cœpit Quamobrē oraculi promissis certi: urbem condidere Cyrenem Porro sic a posteris fictū est: Cyrenē eximiæ pulchritudinis uirginē a Pelio monte Thessaliæ ab Apolline raptam: perlatamq; eius montis iuga: cuius collem occupauerant qui filiū secuti sunt: & ab eo repletā iiii. peperisse filios: Aristæum: Nomium: Auctouē: & Argeū. In hac nil fere fictionis est: nisi ubi Pænei dicit spei regis Thessaliæ filia fuit: a quo missi sunt qui perquirerent: quoniā abiisset. Qui: ea cōperta: & loci amœnitate detenti: in iisdem terris aiunt cū Cyrene remansisse. Ex iis tantū pueris tres aiunt adulti in Thessaliam rediisse: & auita regna recepisse. Inter quos dicunt Aristæū ī Archadia late regnasse: eū q; primū apis & mellis usum: & lactis coagulū tradidisse: atq; trapetis oleas pressisse oleū educere: & eius usum ostendisse: ut refert Plinius de historia naturali. Præterea sciens factus: syderis solstitialis ortus primū inuenisse. Quibus consyderatis: non absurde Virgili' fabulā Aristæi de recuperatione apū in fine georgicorum descripsit. Hunc insuper uolūt Auctonoē Cadmi filiā in cōiugem accepisse: & ex ea suscepisse Actæonē. Sane (ut Salustio placet) matris cōsilio r̄lictis Thebis in Cæam insulā illosq; ab hominibus ībabitatā abiit: illamq; tenuit: esto reliquerit postea: & cum Dædalo in Sardiniam abierit: in qua (ut dicit Salinus de mirabilibus) urbē Caraliā cōdidit. quid īde ex eo contigerit: legisse non memini.

De Actæone filio Aristæi. C. xiiii.

Ctæon filius fuit Aristæi ex Auctonoe cōiuge: ut Statius testat̄ & Ouidius: qui eum etiam scribit Iāthium appellatū: ubi dicit Cum iuuenis placido compellat Ianthius ore. Et sunt qui dicāt: hoc illi nomen a puella sepulta eo in loco: ī quo natus ē: Hic (ut ostēdit idē Ouidius) uenator fuit: & cum die quadam uenatione fessus ī ualle gargaphiæ descendisset: eo ꝙ in ea fons esset recēs & lympidus: & ad eū fore putaturus accederet: uidit ī eo Dianam nudam se lauātē. Quod cum ægre Diana tulisset: sumpta manibus aqua: in facieē eius proiecit dicens. Vade: & dic si potes. Is autem repente in ceruum couuersus ē quem cū canes eius uidissent: confestim irruerunt ī eum: illumq; ī mōtem coactum: atq; dentibus laceratū comederūt. Circa quod figmētū sic scribit Fulgentius. Anaximenes: qui de picturis antiquis disseruit: ait in libro. ii. uenationem Actæonem dilexisse: qui cum ad maturā p uenisset ætatem: consyderatis uenationem periculis. i. quasi nudam artis suæ rationem uidens: timidus factus est. Et paulo post. Sed dū uenandi periculum fugeret: affectum tamen canum nō dimisit: quos inaniter pascendo: pene omnem substantiam perdidit. Ob hanc rem a canibus suis deuoratus est.

De Iolao Aristæi filio. C. xv.

Olaū dicit Solinus de mirabilibus mūdi filium fuisse Aristæi: & post eū ĩ Sardinia dn̄ium tenuisse. supra aūt dicit ĩ suo uolumine Iolaū filiū fuisse Iphiclei filii Amphitrionis: & æque ĩ Sardinia iperasse. nescio an idē sit: uel alius.

De Nomio. xi. Apollinis filio. C. xvi.

Omius (ut scribit Iustinus ĩ Epitoma) filius fuit Apollinis & Cyrenis. Hunc dicit Leontius Apollinem nominatum (quicquid supra dixerit Theodontius) eumq; archadibus imperasse: eisq; leges dedisse: quæ quoniā quosdā ex optimatibus uidebātur offēdere: orta seditione inter archades: Aristæo fauente: pulsus ē: & loco eius regnauit Aristæus. Is autem ad Admetum Thessaliæ regem cōfugit: & eius armenta. vii. annis pauit. Tandē uiribus reassumptis: Aristæū fugauit & archadū iterū obtinuit principatū. cum abiisset Aristæus in Cæam insulam: & qm̄ armenta pauisset Nomius Appellatus est: quod apud archades pastor sonat. Et hinc dicit fictionem traxisse locū Apollinē sc; ob occisos Cyclopes diuinitate spoliatū Admeti regis armēta pauisse. Ego autem nescio quid credam potius: cū & uetustate & ignauia librariorum adeo periere codices: ut subtractū sit: posse de quāpluri mis ueritatem cernere: & hinc amplissimus uagandi locus mēdacio relictus est: cū scribat de antiquis unusquisq; quod libet.

De Auctoo. xii. Apollinis filio. C. xvii.

Vctous filius fuit Apollinis & Cyrenis: ut supra monstratum ē Hūc sunt qui dicāt: descēdētibus fratribus ex Aphrica: & ĩ græciā uenientibus: Cyrene remansisse: & his ĩperasse: qui una secum ibidem remansere.

De Argeo. xiii. Apollinis filio. C. xviii.

Rgeus (ut supra a Iustino monstratū est) Apollinis fuit filius & Cyrenis. Hic de se: quod ego nouerim: nil præter nudū nomen posteritati reliquit.

De Aesculapio. xiiii. Apollinis filio: q genuit Machaonem. C. xix

Esculapius (ut prisci fere testantur omnes) Apollinis & Coronidis nymphæ fuit fili⁹. Dicit eĩ Ouidius: hanc ex Larissa fuisse: & Phlegiæ filiā: quā cū summe Apollo diligeret: & ĩ eius iuisset cōcubitum: prægnans effecta est. Porro coruus Apollinis auis ad Apollinem detulit: quia cōperisset eā iuueni cuidā æmonio cōmisceri: quam ob causam turbatus Apollo eā sagittis occidit: & facti tandē pœnitēs cū remediis suis illam nequiret ab inferis reuocare: secto eius utero: conceptū ex se eduxit infantem: eumq; Aesculapium appellauit: & (ut fertur) Cironi centauro tradidit educandum: quem cum uidisset Archiroe Chironis filia uaticinii docta: uaticinata est: quia mortuū hoīē ab inferis reuocaret in uitam: & ipse fulminatus deiiceretur ad inferos

quod effectu nō caruit. Aiunt enī hunc arte sua: cū eximius euasisset medicus: Dianæ præcibus Hyppolitū mēbris collectis undiq; ī uitā reuocasse: & pristinæ restituisse sanitati. Quā ob causā turbatus Iuppiter eū fulmine interemit: ut liquido testatur Virgili⁹ dicēs. Pæoniis reuocatū herbis & amore dianæ Tu pater omnipotens aliquem īdignatus ab umbris Mortalem infernis ad lumina surgere uitæ. Ipse repertorem medicinæ talis & artis Fulmine phœbigenā stigias detrusit in undas &c. Quæ hucusq; dicta sunt (ut satis patet) historia mixta poeticis est. Ast: ut pura consistat historia: excutiendæ sunt fictiōes. Et iō coruū accusasse Coronidem: sic accipiendum arbitror: Apollinem. s. augurandi peritia fornicationem nouisse Coronidis: & iratum interfecisse prægnantē. Qđ aūt Hyppolytum: seu (ut placet Plinio) Castorē Tyndari filiū ob raptas Lyncæo & idæ spōsas: a Lyncæo: seu Ida occisum ī uitā herbis & arte reuocauerit: aliter cōtigisse puto: hos: seu horū alterū non mortuos: quia a morte in uitam aliquē reuocare: solius dei est: sed uulnerū īmanitate: & ob perditū sanguinem mortuos existimatos: quos cū arte & sollicitudine sua ī sanitatē reuocasset pristinā: dictū est: eum illos ab inferis in uitam retraxisset. Quod autem ob id a Ioue fulminatus sit: nō est credibile: sed ideo fictū credo: quia possibile est: ob eam curā eū laborasse plurimū in exquisitione herbarū: & aliarum opportunitatum: & sic præter uires fatigatus in febrē incidisse: quæ profecto lætale fulmen & ignitū est: & ex ea febre defecerit: seu forte casu fulminatus est: & opinatū ab ignaris: hoc illi contigisse ob reuocatos ab inferis mortuos: & hinc fabulæ datum prīcipium. Sane Theodontius negat Apollinem dilexisse Coronidem: & ex eo Aesculapium fuisse conceptū: asseritq; eum ex Aemonio iuuene & Coronide natū: sed Apollinis filius dictus est altera ex duabus causis Seu quia matre mortua ante partū: & eius secto utero educt⁹ ē: qđ n̄ absq; medici opere fit: per quem fingitur Apollo: quia medicinæ repertor: & sic Apollinis filius: quia Apollinis opere natus sit. Seu quia qui sic nascuntur Apollini sacros fore uoluere ueteres: eo ꝙ (ut dictū est) Apollinis opere lucem sortiti uidentur. Et ob id aiunt Cæsarum familiam sacra Apollinis obseruasse: quia primus eorū: qui ex familia Iulia Cæsar dictus est: ob eā causam cognomē adeptus est: & factus Apollini sacer: q e secto matris utero ī lucē uenerit. Præterea potuit Apollinis haberi filius: quia clarissimus euaserit medicus. Theodontii autē opinio aliqualiter dictis roboratur Lactātii: qui de Aesculapio ī libro diuinarum institutionum dicit sic. Hūc Tarquitius de illustribus uiris disserens ait: incertis parentibus ortum expositum: & a uenatoribus inuentum: canino lacte nutritum: Chironi traditum didicisse medicinam. Fuisse autem messenū: sed Epidauræ moratū & cætera. Post

hæc dicit Lactantius: hunc eũ fuisse: qui Hyppolytũ curauit. Cæterũ ne ob diuersitatẽ relatorum ubi minime opportunũ ẽ: mendaces credantur scriptores: est aduertẽdum (ut platet Tullio de naturis deorũ) quia tres fuere Aesculapii. Quorũ primũ dicit idem filiuʒ fuisse Apollinis: eũq; speculuʒ inuenisse: & primũ obligasse uulnus: & hũc ab archadibus asserit summe coli. Secundũ uero dicit fratrem fuisse secundi Mercurii ex Valente patre atq; Coronide matre natũ: eũq; perculsuʒ fulmine interisse: & cynorusis humatũ. Tertiũ uero dicit filium fuisse Asippi & Carsinoæ: eũq; primũ alui purgationeʒ: & dentis euulsionẽ cõperisse: eiusq; sepulchruʒ esse in Archadia: nõ longe a Lusio flumine: circa quod & lucus ostenditur eius: Et sic erit possibile ex his aliquem ex matris utero cæsum: aliquẽ ex incerto patre natũ atq; expositum: nec obstat omniũ parentes a Tullio narrari. Vidi ego in patria nõ nũq; ex principibus patriæ hoĩem: qui infans fuit expositus: & demum a nutritore tanq; a patre cognominatus. Sed quid multa: qualis cũq; seu quicũq; fuerit ex istis tanta ueneratione apud Epidauros habitus est: ut etiam Romani: iam fere omni Italia occupata: pestilentia ægritudinũ agitati: quasi pro singulari & certo subsidio legatos ad epidauros mitterent oratores ut illis de opportuno remedio subuenirent premitterentq; Aesculapiũ: tãq; salutare subsidiũ Romã deferrent: concessumq;: ut in forma serpentis: diabolo operante: Romam in naui deueherent: illiq; tẽplum insigne in insula tyberis cõstruerẽt: & loco salutaris dei diu colerent. Dato illi impune Dionysius syracusanus nouacula auream abstulerit barbam. Aesculapius autem dure agens interpretatur: quod forsan nomen labori suo circa curaʒ Hyppolyti cõforme fuit.

De Machaone Aesculapii filio: qui genuit Asclepium. C. xx.

Machaon (ut dicit Papias) filius fuit Aesculapii: æuo suo insignis medicus: Quod ego utrũ credã nescio: eum salteʒ fuisse medicũ cum scribat Isydorus post fulminatũ Aesculapiũ interditũ fuisse medendi officiũ: ut ait Plinius: ubi de hystoria naturali. Cũ claruissent opera Aesculapii temporibus Troianis: sequentia eius in nocte densissima latuere usq; ad Pelopõnesiacũ bellum: & tunc eam reuocauit ĩ lucem Hippocrates &c. Quod tempus ut dicit Isydorus fuit ãnorum fere qngentorum. Hinc ego sumptũ puto: quod fictum est: soleʒ ob fulminatũ Aesculapium noluisse aliq; diu lucis currum ducere: ut ostenderetur solis inuentum: scilicet medicniam eclypsin passum per sæcula plura: & tandem in lucem reuocatum. Ego hunc Machaonem auctoritate Papiæ non apposuissem: cum eum in multis circa talia minus curiosum sæpissime inueneriʒ scripsisse dissona ueritati. Sed ut ponerẽ me traxit solertia Pauli: qui nõ solum Machaonem Aesculapii filium

scribit: sed & Asclepium quendã Machoanis filium fuisse confirmat.

De asclepio Machaonis filio. C. xxi.

Sclepius(ut dicit Paulus)fuit filius Machaõis: credo Augustinũ secutus: qui hũc Aesculapii nepotẽ uidetur dicere scribens: ubi de ciuitate dei Hermetẽ Trismegistũ Asclepio loquentẽ sic. Auus. n. tuus O Asclepi medicinæ primus inuentor: cui templũ consecratum est in monte Libyæ circa littus Cocodrillorũ: in quo eius iacet mõdanus hõ. i. corpus: reliquus uero: uel potius totus in sensu uitæ melior remeauit in cælũ: oĩa etiam nunc hominibus adiumenta præstans: infirmis numine nunc suo: quæ solet mediciuæ arte præbere. Et paulo ĩfra idẽ sequitur Augustin'. Ecce duos deos dicũt hoĩes fuisse: Aesculapiũ & Mercuriũ & cætera. Verũ ego librũ hũc Hermetis Trismegistri: quẽ de Idolo intitulat uidi: nec tamẽ qualiter Aesculapius fuerit Asclepiadis auus per uerba Hermetis præcedẽtia: atq; sequẽtia dictis ab Augustino percipere queo: certus tñ: qm̃ poti' ĩgeniũ deficiat meum: q̃ accusari possit aĩaduersio Augustini.

De Psyche. xv. Apollinis filia. C. xxii.

Syches(ut dicit Martialis Capella in libro: quẽ de nuptiis Mercurii & Philologiæ scripsit)filia fuit Apollinis & Eudelichiæ. Ex qua Lutius Apuleus in libro metamorphoseon: q uulgariori uocabulo asinus aureus appellatur: longiusculam recitat fabulã talẽ. Regem s. fuisse & reginã: quibus tres fuere filiæ: quaru; duæ maiores natu: & si forma spectabiles essent: iunior: cui Psyches nomẽ erat: ĩ tantũ pulchritudine cæteras excedebat mortales: ut nõ solũ admiratione teneret spectantes: sed infigeret animis ignaris rei miraculo credulitatem: ut Venus esset: quæ descendisset in terris: & fama longe lateq; uulgata inuisæ formositatis egit: ut non solum ciues: sed exteri ad uisenda; Venerẽ: & sacris honorandam accederent: templis ueræ Veneris neglectis. Quod ægre Venus ferens ĩ Psyhẽ accensa Cupidini filio suo iussit: ut eã amore feruẽtissimo hominis extremæ sortis incenderet. Interim pater de nuptiis uirginis Milesiũ Apolline; cõsuluit. Qui respõdit: ut illam in uertice montis deduceret: ibiq; diuina stirpe creatum: esto pessimũ & uipereum nacisceretur uirgo maritum. Quo responso parentes affecti cum lacrimis & mœrore totius ciuitatis uirginẽ in p̃destinatum deduxere culmen: ibiq; solam liquere. Quæ & si solitudie & incerto timore futuri cõiugis anxiaretur: nõ tamen diu præstiti: & uenit Zephyrus mitis & suaui spiritu eam assumẽs: in florida; detulit uallem: in qua cum aliquali somno lenisset ærumnam: surgens uidit gratum oculis nemus: & argenteis undis manentem fontem: atq; palatiu; non solum regium: sed diuinum miris ornatum diuitiis. Quod cum intrasset: & ingentes inuenisset thesauros absquæ custode: &

miraretur plurimũ obsequentium uocibus absq; corporibus auditis ĩ
trauit lauacrũ: inuisis sibi assistẽtibus obsequiosis. Inde cœna diuinis
conferta dapidibus sumpta: cubiculũ intrans: cõscendit genialẽ torũ
& soporatæ maritus affuit. Qui cũ eam sibi fecisset coniugẽ ueniente
luce inuisus abiit: & sic sæpius magna Psychis cõsolatione continuãs
factum est: ut sorores eiusdẽ: audito Psychis infortunio: e domibus
maritorũ ad lugrubes parentes accederent: & cum eis sororis infœli
ces nuptias deflerent. At cupido præsentiens quid inuidia sororũ pa
raretur Psychi: eam præmonuit: ut earũ oĩo floccifaceret lachrymas
nec in suam perniciẽ pia atq; credula esset. Quod cũ spopõdisset Psy
ches: se cæpit deplorare captiuã: & q sorores uidere: & alloqui non
posset: & uenientẽ atq; redarguentẽ Cupidinẽ præcibus in eam sentẽ
tiam traxit: ut cũ eis loqui posset: zephiroq; iuberet: ut eas ad se leni
deferret flatu. Qui cũ fecisset: cõcessit etiam ut ex thesauris: quos li/
beret asportare permitteret: sed earũ suasionibus nullo mõ crederet
nec suam uidere formã alicuius consilio exoptaret. Tandẽ; complora
ta domi Psyche a sororibus: scopulũ cõscendere: & ululatu fœmineo
redĩtegrato: a Psyche auditæ sũt: atq; paucis cõsolatae uerbis: & po
stremo illas zephirus Psychis imperio in uallem detulit amœnã;. Ibi
a Psyche festiua congratulatiõe susceptæ sunt: eisq; oẽs ostensæ deli
tiæ: ex quibus inuidæ factæ sorores. ei totis suasere uisib⁹: ut uiri for
mam conaretur uidere: quæ credula eis cũ donis remissis: nouaculam
parauit: & lucernã abscondit sub modio: nocte sequẽti uisura: quisnã
esset is cuius uteretur cõcubitu: occisura eũ; si esset illi forma uerbis
sororũ cõformis. Intrat igit̃ more solito lectũ cupido: & ĩ sõnũ solui
tur: Psyches uero aperto lumine uidit illũ mira formositate conspicu
um iuuenẽ: alis prenicibus insignitũ: & ad ei⁹ pedes arcũ & pharetrã
sagittis confertã: ex quibus cũ unam mirabundã eduxisset expertura
aciẽ; adeo digito impressit suo: ut aliqualis scaturiret euulnere sanguis
Quo facto miro dormientis adhuc amore flagrauit. Dumq; illũ stupe
scens inspiceret: fauillula ex lucerna prosiluit in dexterum dormientis
humerũ. Quãobrem expergefactus Cupido repente fugã arripuit. Ve
rum Psyches: cũ illum cæpisset crure atq; fortiter teneret: tandiu ab
eo per aerem delata est: donec fessa: eo dimisso caderet. Cupido aũt in
uicinam cupressũ; euolans longa quærela eam redarguit: seipsũ; dam
nans q a matre missus: ut illam extremi hoĩs amore incenderet: & ip
se seipsũ; ob eius pulchritudinẽ uulnerasset: & inde euolauit. Psyches
anxia perditi uiri mori uoluit: fraude tandem sorores ambas: quarum
cõsiliis in ærũnam uenerat: in præcipiciũ deduxit. Inde a Venere ob/
iurgata acriter: & pedissequis eius lacessita uerberibus: in labores mor
tali inexplicabiles iussu Veneris implicita: opere uiri adiuta perfecit

inuicta: cuius postremo ad Iouē præcibus actum est: ut ī ueneris de
ueniret gratiā: & in cælis assumpta Cupidinis perpetuo frueretur cō/
iugio: cui peperit uoluptatē. Serenissime rex: si huius tam grandis fa/
bulæ ad unguem sensum enucleare uoluerimus: in ingens profecto uo
lumē euaderet: & ido cur Apollinis & Endelichiæ filia dicat Psyche
quæ eius sorores: & cur Cupidinis dicatur cōiunx: cū paucis ex cōti
gētibus dixisse satis sit. Psyches ergo aīa īterpretatur. Hæc aūt Apol
linis. i. solis filia dicitur: eius. s. qui mundi uera lux est deus: cum nulli
us alterius potentiæ sit rationalem creare animam: nisi dei. Endeli/
chia autem (ut dicit Calcidius super Thymeo Platonis) perfecta ætas
interpretatur: cuius omnino rationalis anima dicitur filia: quia & si in
utero matris illam a patre luminum suscipiamus: non tamen eius ap/
parent opera: nisi in ætate perfecta: cum potius naturali quodam in/
stinctu usq; ad ætatem perfectam formamur: q̄ iudicio rationis. Aeta
te uero perfecta agere incipimus ratiōe. Ergo bene Apollinis & Ende
lichiæ filia dicitur. Sunt huic duæ sorores maiores natu: nō quia p̄mo
natæ sint: sed quoniā primo potentia utuntur sua: quarum una uege/
tatiua dicitur: altera uero sensitiua: quæ non aīæ sunt: ut quidā uolue
runt: sed huius animæ sunt potentiæ: quarū ideo Psyches dicitur iuni
or: quia longe ante eam uegetatiua potentia conceditur foetui: & inde
tractu tēporis sensitiua. Postremo autem huic Psychi conceditur ra/
tio: & quia primo in actu sunt: ideo primæ dicuntur iunctæ coniugio
quod huic ratiōali diuinæ stirpi seruatur. i. amori honesto: seu ipi deo
cuius inter delitias a zephyro. i. a uitali spiritu: qui sanctus est defert
& matrimonio iungitur. Hic cōiugi prohibet: ne eum uidere cupiat: ni
perdere uelit: hoc est nolit de æternitatæ sua: de principiis rerum
de omnipotentia uidere per causas: quæ soli nota sunt: nā quotiēs ta
lia mortales perquirimus: illū: īmo nosmetipsos deuiando perdimus.
Sorores autem nonnū q̄ ad methas usq; primas delitiarū Psychis de
ueniunt: & ex thesauris eius reportant: inquantum penes rationem ui
uentes melius opus suū uegetatio peragit: & sensitiuæ uirtutes clario
res sunt: & longius perseuerāt: Sane inuidēt sorori: quod minime no
uum est: sensualitatem cum ratione discordem: & dum illi blandis uer
bis suadere non possunt: ut uirum uideat. i. uelit naturali ratione uide/
re quod amat: & non per fidem cognoscere: eam terroribus conantur
inducere: asserentes eum īmanem esse serpentem: seq; eā deuoraturū
Quod quidem totiens fit: quotiens sensualitas conatur rationē sopire
& ostendere anime contemplationem: & cognitarū rerum per causam
non solum delectatiōes sensitiuas auferre: sed labores maximos: & an
gores minime opportunos ingerere: & nil demū placidæ retributiōis
afferre. Anima autem: dum minus prudens: talibus demōstratiōibus

fidem adhibet: & quod negatur uidere desyderat occisura. si uoto nõ correspondeat forma. Videt effigiẽ uiri pulcherrimã.i.extrinseca dei opera. Formam.i.diuinitatẽ uidere nõ põt: quia deũ nemo uidit unq̃ & cũ fauillula lædit: & uulnerat.i.superbo desyderio: per quod inobediens facta: & sensualitati credula: bonũ contẽplationis admittit: & sic a diuino seperatur cõiugio. Tandem pœnitens & amans perniciem sororũ curat astutia: easq́ adeo opprimit: ut aduersus rõẽ nullæ sint illis uires: & ærũnis & miseriis purgata præsumptuosa superbia atq́ ĩ obedientia: bonũ diuinæ dilectionis atq́ contẽplationis iterum reassumit: eiq́ se iniungit ꝑpetuo: duꝫ perituris dimissis rebus in æternã defertur gloriam: & ibi ex amore parturit uoluptatem.i. delectationẽ & lætitiam sempiternam.

De Arabe Apollinis filio. C.xxiii.

Rabs (ut placet Plinio in librs naturalis historiæ) Appollinis & Babyloniæ fuit filius: quẽ medicinæ artis dicit etiã repertorẽ. Puto ego hunc seu Babyloneꝫ fuisse hominẽ: & ibidem medicinam ostendisse prius: Seu apud Babylonios didicisse: & ad Arabes primũ detulisse: & hinc Apollinis filius dictus: quia medicus: & Babylonis: quia ĩ Babilonia natus uel eruditus sit.

De Tytio filio Iouis.iii. C.xxiiii.

Ostq̃ Apollinis longa posteritas expedita est: ut ad Iouis filios reuertamur ordo postulat: ex quib' sese ante alios Tytius offert quem dicit Leontius filiũ fuisse Iouis ex Hellaro Orcomeni filia: quã prægnantẽ Iuppiter iram Iunonis timẽs occultauit in terram: ex quo factum ẽ: ut nascens puer ex terra natus uideretur: ut Seruius asserebat. Quæ quidẽ terra postmodũ eũ nutriuit: & sic nõ mater sꝫ nutrix Is tamẽ cũ ad integram uenisset ætatem: Latonaꝫ Apollinis matrem amauit: eamq́ de stupro interpellauit. Quãobrem turbatus Apollo eum sagittis occidit: & apud inferos religauit: atq́ eius iecur uulturib' laniandũ apposuit hac lege: ut cõsumptuꝫ restauraret̃ illico: & sic nũq̃ uultures a discerpendo cessarent: nec ipse a patiendo. Restat nunc huic fictioni uelũ eripere: ut quid contegat uideamus. Dicit.n. primo Iouem pregnantẽ abscondisse in terris: nil.n. occultius tegit̃: q̃ qđ ĩ foditur: Et ideo debemus intelligere hanc secretissime fuisse seruatã: & hoc timore Iunonis.i. maioris potentiæ: cũ dea regnorum sit Iuno. Terram aũt aluisse Tytium nõ ẽ nouũ: cum oẽs alamur terra. Qđ' Latonam Apollinis matrem amauerit: ingentẽ eius demonstrat aĩum Cælsitudinem.n. appetit: quæ claritatis mater est. sed ab Apolline id est a regio splendore deiectus ẽ apud inferos. idest apud plebeos quos penes semper curarum plenus: qualiter posset in gradum: ex quo deciderat reascẽdere. Recitat ex isto Tytio Leontius breuẽ historiam:

& dicit hunc apud Boetios magnũ fuisse hominẽ: & uiribus tẽptasse ex Delpho Apollinẽ eiicere: a quo ipse eiectus est: & fere ad priuatã uitam redactus. De pœna autem illi apposita dicit: ubi de somnio Scipionis Macrobius sic. Vulturem iecur ĩmortale tondentẽ: nihil aliud intelligi uolentes: q̃ tormẽta cõsciẽtiæ obnoxia flagitio uiscera ĩteriora rimantis: & ipsa uitalia indefessa admissi sceleris admonitione laniantis: semperq; curas: si quiescere forte tẽptauerit excitãtis: tanq̃ febris renascẽtibus ĩhærẽdo: nec ulla sibi miseratiõe parcẽtis lege hac qua se iudice nemo nocẽs absoluitur: nec de se suã põt uitare sentẽtiã Hoc Macrobius.

De Baccho secũdi Iouis filio. iiii. qui genuit Hymeneũ Thyoneum & Thoantem. C. xxv.

Acchus Iouis filius & Semeles ab Ouidio: & reliqs poetis dicit ex cuius origine talis recitatur fabula. Cũ amaret Iuppiter Semelẽ Cadmi filiã: & ipsa cõcepisset ex eo: accessit ad eam Iuno formã gerens Beroæ epidauriæ anus: & inito cũ ea colloquio: perquæsiuit nũqd diligeretur a Ioue: cui dixit Semeles arbitrari se diligi. Tũc Iuno ñ potes filia nisi uno mõ cognoscere: scilicet si stygis ĩterpositio iuramẽto promittat tecũ eo pacto cõiũgi: quo Iunoni iungitur. Semeles experientiæ auida uenienti iuramentũ: & inde munus poposcit. Iuppiter autẽ dolens eam: ne aduersus iuramentum ageret fulminauit: & mortuæ filiũ traxit ex utero: suoq; apposuit fœmori: donec tempus perficeretur: quod eũ esse in uentre matris opportunitas exigebat. Hũc primo clam nutriuit Ino matertera eius: postmodũ nymphis tradidit: q̃ etiã ei alimenta dederunt: ut ait Ouidius: eumq;: ne a perquirente Iunone inueniretur: ederis occultauere. Huic insuper alumnũ dicunt fuisse Sylenum: qui captus a rusticis a Mida Baccho restitutus est. Hũc prætera curru & sotiis honorãt: de quibus sic refert Statius. Promouet ef frenæ dextra leuaq; secuntur Lynces: & uda mero lambũt retinacula tygres. Post exultantes spolia armentalia portant: Seminecesq; lupos scissasq; mimallones ursas. Nec comitatus iners sunt illic ira furorq;: Et metus: & uirtus: & nunq̃ sobrius ardor: Succiduiq; gradus: & castra simillima regni &c. Dicunt insuper eum primũ uitem plantasse: ut ait Accius ĩ Bacchis. O Dionyse pater optime uiti sator Semela genitus euchiã: & hinc uini deũ asserũt. Ederã ei sacrã & uãnũ & Marsyã in tutelã eius ascribunt: eiq; Ariadnaʒ Minois filiã cõiugem copulant Baculum ab eo repertum: atq; denominatuʒ affirmat Rabanus: ut eo homines uino graues uterentur. Multis etiam illum nominibus uocãt de quibus Ouidius. Tura dabant Bacchumq; uocant bromiumq; lieũ Ignigenamq;: satumq; iterum solumq; bimatrem. Additur his nyseus: intonsusq; thioneus: Et cum læneo genialis consitor uuæ.

Nictiliusq; eleusq; parens: & iacus & euban: & quæ præterea p gra/
ias plurima gentes nomina liber habes: tibi.n.incõsumpta iuuenta ẽ.
Tu puer æternus: tu formosissimus alto Cõspiceris cælo tunc cum si
ne cornibus extas &c. Addit & alia nomĩa Albericus: uocatũq; dicit
Euchiũ: Briseũ: & Bassareũ. Lactantius etiã eũ uocari dicit dytaram
bu; Dicit insuper Seruius Orpheũ dicere hũc a gigantibus mẽbratĩ;
discerptũ: quod Albericus affirmat addens: ꝙ ab eis ebrius sit inuẽtus
eũq; dicit sepultũ: & postea surrexisse integrum. Pingebant ẽt eum an
tiqui in habitu muliebri & nudũ; atq; puerulũ: ei nocturno tẽpore ti/
biis & cymbalis & clamore sacrũ: quod orgia uocabant celebrantes.
Præter hæc alia etiam recitãtur: sed qm̃ non cõperta sunt omĩa: quæ
quæruntur: quæ uideri possunt de appositis uideamus. Primo igitur et
ante omnia pro constãti uidẽtur tenere hystoriographi Dionisiũ hũc
ex Ioue & Semele natum adeo ut de tempore inter antiquos plurima
fuerit uarietas: ex quibus alii Dionisium. alii Liberu; patrem uocant:
& qnoniã non cõstat cuius Iouis fuerit filius: ego secundo ascripsi Io/
ui: eo ꝙ eius æuum melius uideatur cõuenire cum secundo q̃ cũ ali/
quo aliorum. Dicit.n. Eusebius in libro tẽporum: a quibusda; arbitra
ri Danao Argis regnante Dionisiu; in india Nisam condidisse: & suo
nomine nũcupasse: & eode; tempore eum in in India militasse: & eius
in exercitu fuisse mulieres bacchas cognominatas ob furorem potius
q̃ ob uirtutẽ. Quod quidẽ fuit circa ãnos mũdi. iii. mil. dcc. xxix. Pau
lopost idem Eusebi⁹ dicit: regnãte Danao argis Cadmus regnauit the
bis: ex cuius filia Semele natus ẽ Dionisius. i. Liber pater: quod secun
dum eius ãnorum descriptionem comprehenditur fuisse circa annos
mundi. iii. mil. dcc. lxxvi. nec multo post dicit anno. xxxv. Lincei regis
argiuorũ Dionisius: qui latine dicitur liber pater: nascitur ex Semele:
quod contigisse uidet̃ ãno mũdi. iii. mil. dccc. xiiii. inde subsequit̃ Acri
sio regnante argiuis Dionisius: qui & liber pater: aduersus indos dimi
cans Nysam urbẽ iuxta indu; flumen condidit: quod factum colligit̃
anno mundi. iii. mil. dccc. lxx. Quanta sit hæc temporum diuersitas ab
Eusebio ex cõmentariis ueterum collecta facile comprehendi potest.
nostru; autem ẽ per cõiecturas arbitrari: quod uerius potuerit ex dic
tis tempus attribui æuo Bacchi. Ego autem omissis causis me mouen
tibus arbitror Bacchi dies fuisse circa antiquius horũ tempus: seu sal
tem quod de proximo sequitur: eumq; ea tempestate natu; egisse quæ
ab eo gesta narrantur. Sed his curiosioribus derelectis ad figmenta tẽ
damus. Fulminatam Semelẽ a casu sumptum credo: eam scilicet a ful/
mine: seu ab ignita febre in mortem deductam: quarum utramque a
Ioue. idest ab elemento ignis emissam non mirabitur eruditus. Euul/
sum ab utero mortuæ matris fœtum: & Iouis fœmoribus applicitu;

notissimū obstetricibus officium designatur. necesse enim est: ut calo-
ribus extrinsecis: qui per Iouem debent intelligi: foueatur qui ante tē
pus intrinsecis aufertur. Sed cum sit hæc expositio physica. historiam
recitat Pomponius Mela in Comosgraphia dicens. Vrbium quas īco
lūt Indi (sunt aūt plurime) Nysa est clarissima & maxima: montiū me
ros Ioui sacer: famā hinc præcipuam habent: in illa genitum in h' spe
cu liberum arbitrantur esse nutritū. Vnde Græcis auctoribus: ut fœ
mori Iouis insitum dicerent: aut materia gessit aut error. Hæc ille. Al
bericus autem addit dicens a remigio affirmari apud Nysam liberi pa
tris haberi crepundia in testimoniū: ꝙ ibidem altus sit. Quod si sic est
existimo potius de altero intelligendū sit: q̄ de eo: qui ex Semele na
tus est: ex quo etiam sequi posset temporū diuersitates a diuersis. Dio
nysiis oxortas esse. De hoc enim: si is fuit: dicit Orosius sic Suba-
ctam indiam Liber pater sanguine madefecit: cædib' oppleuit: libidi
nibus polluit: gentem utiq; nulli hominū unq̄ obnoxiā uernacula tā
tum quiete contentam. Cæterum: ut ad sensus Physicos tectos sub fa
bula iterum redeamus: dico ꝙ nōnulli uolunt pro Baccho uinum ītel
ligi: & sic semeles pro uite sumetur: quæ ex Ioue. i. ex calore in alatū
humorem terræ immixtum per uite poros trahente se pregnantem. i.
turgidam facit: & in palmites botrosq; succos: tanq̄ in conceptū fœ
tum emittit: tunc autem fulminatur: cum aduenīēte autumnali calore
non ī ampliorem maturitatem: sed potius in corruptionem & putredi
nem fructuum conceptum deduceret: ut auferatur necesse ē: & fœmo
ri Iouis. i. calori altero applicetur. Quod quidem fit: dum pressum ex
uuis uinum: aut igni aut ipsismet pressis bulliendū concedimus iterū
donec defecatum tali bullitione reddatur potui aptum. Deinde Ino. i.
uas illud seruat occultum. i. contectum: ne a Iunone īueniatur. i. ne ab
aere corrumpatur. Seu prægnantem tunc semelem dicimus ex Ioue:
cum uitem agente calore turgidam cernimus uere primo. Verum tunc
fulminatur: dum æstiuo calore præter consuetum exuritur. Tunc aūt
apertis poris conceptum emittit in botros: quod fœmori Iouis. i. di-
urno calori applicatur: ut quam ex matre non habuerat: a patre matu
ritatem accipiat: & tunc Ino illud seruat occulte: dum a pāpinis tegit̄
ne ab aere nimis calido offendatur: & illud tunc nutriūt nymphæ: dū
nocturnis humiditatib' restauratur quod calore diurno fuerat exhau
stum. Silenus senex eius alumnus dicitur: eo ꝙ senes fere potu magis
q̄ cibo sustentētur. Qui illi a Mida auarissimo homiue restituitur: qa
auarus potationibus nō delectatur. Curru & sotiis uti ideo a poetis di
ctū est: ut nōnulli ex suis demonstrētur effectus. nā pro curru ebrio
rum uolubilitas assumenda est. Lynces aūt illi attribuūtur: ut intelliga
tur uinū moderate sūptū uires: audaciā: & pspicaciā augere. Tygres

autem ideo currum trahunt: ut ebriorũ ostendatur sæuitia. nemini enĩ parcit onustus uino. Sũt præterea temulẽti temerarii adeo: ut ĩ quod/ cunq; periculum inconsyderate irruant: quod per femineces lupos: & scissas ursas: quæ in præda Bacchi deportãtur intelligo. Quod irascãt facile: & inde ueniant in furorem: satis liquido patet: & sic nõ sobrio comitãtur ardore. Meticulosi etiam sunt uinolenti: quia perdito recto rationis iudicio sæpissime non timenda pauescant. Virtus aũt cur cur/ rui Bacchi iũgatur prætactũ est: ubi de lyncib⁹ dixim⁹. Succidui gra/ dus ideo inter Bacchi numerantur comites: ut ebriorum titubãtia de signetur: quia adeo titubando incedunt: ut cadere credantur cõtinue. Superadditur baccho castra esse simillima regũ: nec ĩmerito. nã si cer namus tabernas meritorias: ibidem tabernacula frondiũ: cupedinari/ os lurcones: & ædulia potationes: Hĩc inde ac tumultuarios rixãtesq; uidebimus: quæ castris regum simillima sunt. Bacchum aũt apud græ cos primũ plantasse uitem seu uineam: & uinum fecisse possibile ẽ: cũ longe apud Ebreos id fecisse Noe certissimũ habeamus. Dicunt tamẽ aliqui Bacchum uitem non plantasse: sed incognitum Thebanis uini usum introduxisse: atq; illud uariis liquoribus ĩmiscuisse: ut amabilius foret: quod quoniam mirabile uisum est: deus uini apud rudes primo creditus est. Hederam præterea Baccho sacram dicũt: credo qa uites hedere tramites luxuriantes plurimũ: & botros uuarum imitentur co rimbi: necnon quia uireat uiriditate perpetua: per quã ostenditur uini iuuentus continua: nunq̃ enim quantum ad uires senescit uinũ. Hac etiam poetæ coronari consueuere: eo q Baccho ob facũdiã sacri sint & ad perpetuitatem carminum demonstrandam. Vanus autem illi sa / cer est mystica ratione. Ait autem Seruius Liberi patris sacra ad pur/ gationẽ animæ pertinere: & sic homines ei⁹ mysteriis purgãtur: sicut uãno frumenta purgãtur. Fuere tamen qui uoluere hæc purgamina ui uentibus hominibus fieri per extremã ebrietatem: quæ sacrũ Bacchi est: asserentes siquis in tantam ebrietatem procederet: ut in uomitum usq; ueniret: post præteritũ cerebri stuporẽ animũ exutis curis tedio/ sis: atq; eiectis remanere tranquillum. Cui opĩoni Seneca philosoph⁹ ĩ libro: quẽ de tranquilitate animi scripsit adhæsisse uidetur. Marsiã ĩ suam tutellam ideo positum uoluisse reor: quia audax ĩmo temerarius in Apollinem fuit: per quam temeritatem uinolentorũ loquacitatẽ in quoscunq; tendentem intelligo: quam in conspectu rudiũ sæpe prudẽ tes ab ignaris confundi uidentur: non aduertentiũ: quia nullo talium oratio incedat ordine: sed more satyri: uti Marsias fuit: huc illuc salti tando procedat. tandẽ in cõspectu eruditorũ nudatus Marsia. i. pate / facta calefactorum præsumptione in fulmẽ uertitur. i. ĩ lapsũ: quasi nil dixerint talium sermo soluatur. Quod ad Ariadnam cõiugem spectãt

in sequentibus ubi de ea scribetur. Hunc aūt a gigātibus fuisse discer/
ptū & inde sepultū ideo dictum reor: quia ab Eusebio ī libro tēporuꝫ
scribitur: ꝙ regnante Athenis Pandione: anno scilicet mūdi. iii. mil.
dccccxcvi. Marco Varrone poeta teste: hic Liber pr̄ aduersus Perseū
pugnans in prælio occisus sit: eiusq; uideri sepulchruꝫ apud Delphos
iuxta Apollinem aureum: & hoc quantū ad historiam dictum sit. Sed
fictioni superadditur a quibusdam: eum scilicet quantūcūq; discerptū
sepellierint: integrum surrexisse. Quod ego arbitror debere intelligi:
ꝙ ex pluribus īgurgitationib' ab elatis calore uini bibonib' factis una
consurgat ebrieras: per quā Bacchum uiuere: & aliquid agere satis pꝫ
Dicebat tamen circa hoc Albericus: Bacchum animam mundi intelli
gendum: quæ quāuis mēbratim per mundi corpora diuidatur: tamen
se redintegrare uidetur de corporib' emergens: & se reformās: & sem
per una eademq; perseuerans nullas simplicitatis suæ patiens sectiōes
Hæc ille. Ast ego puto hunc Bacchum Alberici solem intelligendum
Macrobii: ipse Macrobius transfert deorum omnium deitates. Pictus
autem in habitu muliebri est: quia in expeditiōe aduersus Indos secū
habuit mulieres: ut prædictū est: uel quia cōtinuatæ potationes ener/
uēt uires: debilesq; reddant ad ultimū potatores. Nudus uero iō pīgi
tur: quia ebrius omnia pandat secreta: uel quia multos iam ad inopiaꝫ
& nuditatē deduxerit: uel quia calores potationes ingerant. Puer qdē
dicitur: quia nō aliter sint lasciui ebrii: q̄ pueri: quibus nondū īteger
est intellectus. Restat nūc de nominibus uidere. Dicitur igitur primo
Bacchus: quod idem sonat quod furor: eo ꝙ uinū: & potissime nouū
tā feruētibus furoris est: ut nullo queat claustro cōtineri. & īmodera
te sumētes: ut prædictum est: facit etiā furiosos. Dicitur etiā Bromi'
a bromin: quod est cōsumere. Modesta quidem boni uini potatio con
sumit superfluitates ciborum: & digestionē adiuuat: ut Physicis pla/
cet: sed īmoderate sumptuꝫ humiditatē bonā desiccat: & neruorū he
betat uires adeo: ut plurimū īgurgitatores tremulos effectosq; reddat
Vocatur insuper & lyeus a lyen: quod est tractus: tractiꝫ enī bibitur
uel dicitur lyeus a lygo as. modeste autem sumptū dispersas uires col
ligit augetq;. īmoderate sensus ligat & rationem. Vel secundū Fulgen
tium lyeus dicitur: quia lenitatē præstat. sumus enim post aliqualē po
tationem magis exorabiles. Nuncupatur & ignigena: seu quia ex igne
genitus sit: seu quia ignē. i. calorem generat. uidemus eniꝫ capita potā
tiū fumantia: eosq; ob calorem uestimenta quādoq; deponere. Appel
latur etiam satus iterum: & ob id eum uocari dytyrambum: quod idē
sonet: dicit Lactantius. ꝙ autem iterum natus sit: supra mōstratū est
& inde merito bimater. Nyseus præterea a Nysa ciuitate: in qua coli/
tur: uel a nysa uno ex uerticibus Parnasi eidem cōsecrato uocatus est

Thioneus: quod intonsus sonat ideo dicitur: quia uites ex quibus ori tur lōgos habent palmites: ul' quod melius puto: ad suā pueritiā ostē dendam: quia intonsi sint pueri. Consitor uuæ dicitur a uite a se prīo plantata. Nictileus uero uocitatur: quia noctem. i. tenebras sensib⁹ in/gerat. Eleus ab Ellea ciuitate: in qua potissime colebatur. Hiacus autē ea de causa nominatus est: quia homines hiare facit. Euhan īteriectio est laudantis Bacchum: & sonat bonus puer. Briseus iō dictus: ut ait Albericus: quia primus uinum ex una præssit: uel briseus: quasi hyr/surus. i. superbus. hinc autem eum apud ueterem græciam duas habu/isse statuas: unā hirsutā briseim uocatam: alteram uero lenē leneā uo citatā. Bassareus autem appellatus est a specie uestium: quibus mini/stre eius utebantur in sacris: & ab eisdem ministræ bassarides nūcupa te. Liber autē pater dicitur: quia hominibus libertatē uideatur īferre nam potati serui etiam ebrietate durante arbitrātur se fregisse uīcula seruitutis. Liberat præterea a curis: & in agendis securiores facit: pau peres ab opportunitatibus reddit īmunes: deiectos extollit ēt in subli me. Et dicit Albericus: ꝙ cū inter initia condendarū ciuitatū diis cæ teris pro auspicibus cœptorū fierent sacra: Libero patri fiebāt: ut li bertatē futuræ patriæ cōseruaret. Præterea ciuitates īperātibus orbi Romanis aut stipēdiariæ erant: aut fœderatæ: aut liberæ. ī libris aūt ciuitatibus in signum libertatis simulacrū Marsiæ habebant: quem su pra diximus in tutelam esse Liberi patris: Insuper mos fuit Romanis liberam togam adolescentibus ī festis liberalibus exhibere ad signifi cationem liberioris uitæ in posterū concessæ. Cuius quidē sacra dicit seruius a Iulio Cæsare Romā primo translata: in qbus hyrcus imola batur: & hoc ideo: quia aliquando capellæ palmites uitium crescētes uastassent. Dicit enim. M. Terentius Varro: ubi de agricultura: eidem tanꝗ repertori uitis hyrcos imolari: ut pœnas capite tendāt. Ego au tem huius sacra nō puto a Iulio primū Romā translata: sed eius Libe ri patris: de quo intellexisse uidetur Tullius: dum ubi de naturis deo/rum scripsit. Hunc dico Liberum Semele natum: non eum: quem no stri maiores auguste sancteq; censent liberum & cetera. Quē ego arbi tror iuxta sententiā Macrobii solem: quē arbitrati sunt rerū omniuꝫ patrem: & hinc liberum patrē dictum. Et sic etiam intellexissę Virgi/lium puto. Lumina labētē cælo quæ ducitis annū Liber & alma ceres & cætera. Non enī Bacchus labentē annū cælo ducit: sed sol. Et hæc quidem ea duo fuerunt numina: quæ Etrusci potissime coluerūt. Sed quicūꝗ hic fuerit liber: ostendit Augustinus ī libro de ciuitate dei: ei a priscis obscœna celebrata sacra: & īter alia dicit: ꝙ ei⁹ ī honorē pu dēda uirilia colebātur ī publico: adeo ut ī festis diebus liberi mēbrum uirile eleuatum ex cōpritis deferetur in urbem uerbis flagitiosissimis

omni concessa licentia: inde per forum transuectum: & in locum eidẽ deputatum depositum: oportebat ut honestissima omniũ materfamili as illi coronam imponeret. Insuper & Dionysius appellatur Bacchus de quo ubi de Dionysio.

De Hymenæo filio Bacchi. C. xxvi.

Ymenæum dicit Albericus filium fuisse Bacchi & Veneris: & se quitur auctoritate remigii: ob id habitum: quia ex nimia petulan tia libido soleat excitari. Hymen autem græce dicitur mẽbrana: quæ est proprie muliebris sexus: in qua puerperia fieri dicuntur: inde Hy/ menæus nuptiarum deus dictus est. Sane Lactantius ab hystoria tra/ ctũ dicit scribens: quia Hymenæus puer fuerit atheniẽsis mediocri ge nere natus: q cum annos puerilis ætatis excedere: nec dũ uirũ posset ĩplere: ea pulchritudĩe fuisse præditũ dr̃: ut fœminã mentiretur. Istũ cuꝫ una ex ciuibus suis uirgo nobilis adamasset: is quia nuptias despe rabat: puellaꝫ tamen uersa uice diligebat extreme: & animo saltẽ aspe ctu satisfaciebat suo. Cũqꝫ nobiles fœminæ cum uirginibus sacra Ce/ reris eleusinæ celebrarent: subito aduentu pyrrhatarum raptæ sunt: ĩter quas etiã Hymenæus: qui illo a se dilectam secutus fuerat. Cum igitur per lõginqua maria prædã pyrrhate uexissent: ad quadã tamẽ regionem deuoluti: & ibi somno oppressi: ab insequẽtibus interempti sunt omnes. Hymenæus autem relictis uirginibus euolauit Athenas pactus a consanguineis dilectæ suæ nuptias: si illis filias nuper raptas restitueret: quas ubi ꝓ uoto restituit: exoptataꝫ accepit uxorẽ. Quod coniugium: quia felix fuerat: placuit Atheniensibus nomen Hymenæi misceri nuptiis. Sunt tamen qui dicant eum die quadam nuptiaruꝫ rui na oppressum: & piationis causa id adiuuentum: ut nomẽ eius celebra retur in nuptiis: quod omnino Seruius damnat. Ego autem eum cũ ob id Bacchi & Veneris filium dictum reor: qa propter duo fiãt nuptiæ seu duo interueniunt in nuptiis festum & carnalem copulam. Per festũ Bacchus intelligendus est: ut per Virgilium patet: duꝫ dicit. Adsit læ titiæ bacchus dator &c. Per uenerem autem carnalem copulam: cum ad eam spectare uideatur ad procreandam prolem marem & fœminã copulare: & ex his duobus conficiuntur nuptiæ: seu Hynemæus: qui pro nuptiis intelligendus est.

De Thyoneo Bacchi filio. C. xxvii.

Hyoneum Bacchi filium dicit Ouidius: & de eo breuem recitat fabulam. Dicit enim: ꝙ cum bouẽ fuisset furatus: & ob id oppri meretur a rusticis: inuocato forte patris auxilio: factũ est: ut a Baccho Thyoneus ĩ uenatorẽ cõuerteretur: & bos permutaretur ĩ ceruũ. Ar bitror ego hunc fuisse furem: & potatis optime rusticis bouem suũ re petentibus facile ostendisse eis & se uenatorem: & bouem certũ fuisse

De Thoante Bacchi filio: qui genuit Hypſypilem. C. xxviii.

Hoantem Bacchi filium fuiſſe carmen demõſtrat Ouidii dicẽtis Tum primũ ſeſe trepidus ſub nocte thyoneus Detexit nato portans extrema thoanti ſubſidia & cætera. Paulus autem eum ex Ariadna Minois filia ſuſceptum teſtatur. Sed mrior qualiter hoc fieri potuerit: cum Thoas: ut infra monſtrabitur: genuerit hypſypilem: quæ tẽpore thebani belli nutrix Opheltis ligurgo nemeo ſeruiebat: & Ariadna anteq̃ Baccho nupſerit: a Theſeo rapta eſt. Poſt hippolyiũ ſuſceptũ qui paulo añ initium ſuſcepti belli thebani in Italiam abiit: & ſic longe antiquior Thoas fuit: q̃ Ariadna. Is quidem (ut teſtatur Statius) iam ſenex cum lẽniades: apud quos rex fuit: a fœminis ſuis cõmuni cõſilio occiſi ſunt alfilia Hypſypile: facto rogo ſaluatus ẽ: & ĩ Chium ĩſulam nocte tranſmiſſus.

De hypſypile Thoantis filia. C. xxix.

Ypſypile filia fuit Thoantis: teſte Statio: dum dicit. Cui regnuꝫ genitorq̃ thoas & lucidus euan Stirpis auus & cetera. Hæc aũt (ut idem refert Statius) cum adhibuiſſet conſenſum publico mulieruꝫ lẽniadum cõſilio de occidendis maſculis ſuis: & ſuis legibus uiuere: ea nocte qua ſcelus a cæteris fœminis perpetratũ eſt: Thoantem patreꝫ naui impoſuit: eumq̃ Baccho patri cõmendauit: & in inſulam Chium tranſmiſit: & conſtructo ĩ regiam rogo: ſe patrem interemiſſe mõſtrauit: eiuſq̃ loco homicidis mulieribus ĩperauit: qua regnante) ut oſtendit Statius) factum eſt: ut tendentibus cũ Iaſone argonautis ĩ colchos ad Lemni littus appellerent: & ſeu quia non reciperentur: ſeu quia ultores criminum acceſſiſſent: ui ĩſulam cæpere & ſic ſuſcepti ĩter alios Iaſon ab Hypſypile receptus eſt: & eius amicitia uſus: ſotiis orãtibus & exigente tempore: reditu promiſſo nauem cõſcendens: eã prægnãtẽ reliquit: quæ poſtea geminos peperit: Theoanteꝫ. ſ. & Euneũ. & cũ minime reuerteretur Iaſon: & caſu cognitũ foret alẽniadibꝰ: eã Thoanti pepercíſſe patri: regno pulſa ẽ: & a pyrrhatis capta ĩ littore ĩ ſeruitium regis Nemeæ deducta eſt. Qui eidem Opheltem paruum filiũ alendum exhibuit: quæ dum operi uocaret uenientibus arginis ĩ Thebanos in nemã ſylua ſiti pereũtibꝰ: ab his aquæ exploratores uenerãt ſeu ab ipſo Adraſto rege comperta & interrogata eſt. Quæ eueſtigio lãgiã fluuiũ oñdit: ubi ſitim poſuere reges: & qui illos ſequebãtur populi: & quænam eſſet exploraſſent: & ea caſus recitaſſet ſuos: contigit ut medio ex agmine Thoas & Eunius iuuenes filii eius proſilirẽt matre cognita: eiuſq̃ ſolarẽtur dolores. Sed dũ ipſa fortunas ſuas recitat alumnũ oblita: quem inter herbas floreſq̃ ludentem liquerat: infelici euentu contigit: ut is a ſerpente caudæ repercuſſione occideretꝰ. Quãobrem turbatus exercitꝰ eſt. Verum Licurgus ægre filii necem ferens

dū ī eā īpetu ageretur: ab Adrasto reliquisq; regib': & a filiis suis seruata ē. Quid tandē ex ea cōtigerit nusq; legisse memini.

De Amphione rege Thebarū quinto Iouis secūdi filio: q. vii. genuit filios: & totidē filias. Ca. xxx.

Mphion filius fuit Iouis & Anthiopæ: ut in Odyssea testat. Homerus: Ex cuius creatione: ubi de Anthiopa scribitur: fabula recitat. Dicit tamen Ouidius q ibidem non scribitur a Ioue ī taurū uerso oppressam Anthiopam: & grauidā factā: Et alibi dicit. Addidit & satyri celatus imagine pulchram Iuppiter īpleret gemino nicteida fœtu & cætera. Homerus præterea ubi supra dicit: Iouez tres ex Anthiopa suscepisse filios: Amphionem scilicet & Zetum atq; Calatum. Hos præterea uolunt expositos a matre pulsa a Lynceo rege Thebaruz ob stuprum cum Epapho: seu Ioue cōmissum: & grandes tandem a pastore quodam nutriti insurrexisse in Lynceum: & eū occidisse: atq; Dyrcen coniugem eius: & demū pulso Cadmo sene apud Thebas regnasse. Ex istis autem secundum Seruium Amphion musicæ artis adeo peritus fuit: ut iuxta Lactantium a Mercurio cytharam meruit: cuz qua thebanos muros construxit: ut Seneca pœta in Tragœdia Hercul' furētis dicit. Cuiusq; muros natus āphion ioue Struxit canoro saxa modulatu trahens & cætera. Eumq; lydios modulos īuenisse scribit Plinius. Huic insuper coniunx fuit Niobes Tantali filia: ex qua secundum Homerū in Iliade. xii. suscepit filios: secundum uero latinos pœtas: & Ouidium potissime suscepit. xiiii. quos cum ob superbiam Niobis ab Apolline & Diana uidisset occisos: seipsum gladio interemit. Nūc autem declarandæ fictiones ueniunt. Dicunt igitur hūc a tauro Ioue: seu satyro genitum: quod fictum puto ad feruorem libidinis opprimentis demonstrandum: cum scribatur alibi Anthiopam uiolenter oppressaz. Theodontius tamen dicit: Amphionem & fratres nō Iouis sz Epaphi fuisse filios ex Anthiopa: & ob hoc a Lynceo Thebarum ægyptiorū rege Anthiopam repudiatam: in quem Lynceum iam adulti iuuenes insurgentes eum interfecere: & aufugerunt ī Græciam: & a Cadmo suscepti eum senem regno priuauerunt: & se Iouis dixere filios. Floruit enim (ut dicit Eusebius in libro temporum) in musicis Lynceo regnāte argis. Eum autem cythara mouisse saxa in muros thebanos construendos dicit Alberic': nil aliud fuisse: q melliflua oratōe suasisse ignaris: atq; rudibus & duris hoībus & sparsim degentibus: ut in unū conuenirent: & ciuiliter uiuerent: & in defensionem publicā ciuitatē mœnibus circūdarent: quod & factuz est. Quod aūt a Mercurio cytharā susceperit: ē q eloquentiam ab influentia Mercurii habuerit: ut Mathematici asserunt.

De. xiiii filiis Amphionis. C. xxxi.

Aphioni ex Niobe septem fuere filii & filiæ totidem: quorũ hæc fuere nomina: Archemorus: Anthegorus: & Tantalus: necnõ & Phadimos: Sipolos: & Semarchus: atq; Epinitos: Demũ filiæ sic di/ ctæ sunt: Asticratia: Pelopia: & Cheloris: & post has Cleodoxe: ac Ogune & Phytia: atq; Nerea. Horũ ludẽtes masculi dicit Ouidi⁹ ob supbiã Niobis ĩ latonam obloquẽtẽ ab Apolline occisi sunt fœminæ autẽ a Diana Niobe matre uidente. Sane Ouidius discrepat in aliqb⁹ nominibus a Lactantio. Naʒ pro Archemoro Anthegoro Xemarcho atq; Epinito ponit. Ouidius Ilmenum Alphenorem: & Damasiconem & Ilioneum. Ex his autem nescio quem homerus uocabat Amaleam Qui hos dicit sic occisos nouem annis sepulchro caruisse: tandem conuersis a Ioue populis: in lapides eos cõtexisse. Esto alibi dicat eos in Siphylo monte conditos extitisse. Quod autẽ isti tam repẽte perie rint peste factum credo: cum sit exterminator Apollo: & hinc cõtigis se deficientibus hominibus deficisse qui illos sepellirẽt: qui mortui ho mines: & in lapidem. i. puluerem conuersi eos etiam resolutos texere: aut texisse creditum. Vel (quod melius dictum puto) populos lapideus factos. i. malis duratos illos: adinuentis: ut ait Homerus: apud Siphy lum sepellisse. non enim aliquando ob pietatem nimiam possumus & debemus: Seu aliter potuit contigisse: hos imminente peste populari ritu sepultos: & nouem annis neglectos: demum redio more lapideis urnis ĩmissos.

De Zeto secũdi Iouis filio. vi: q genuit Ithilũ & Thyĩ . C. xxxii.

Etus filius fuit Iouis & Anthiopes: ut ibi de Amphione tãtũ di ctuʒ est. Hunc dicit Lactantius sup achilleide: & Seruius similiter ru sticum fuisse hoĩem: esto cum fratre regnauerit.

De Ithilo & Thyi filiis Zeti. Ca. xxxiii.

Thilus & Thyis (ut testatur Homerus ĩ Odissea) filii fuerũt Ze ti regis ex Aidona coniuge. Ithiluʒ autẽ per errorẽ nocte Aido na mr̃ interfecit putans eum Amalea Amphionis filium. Inuidebat q/ deʒ uxori Amphionis eo ꝙ sibi sex essent filii masculi. Quæ: ut ait Le ontius: crimen suum cognoscens optauit mori: miseratione tamẽ deo rum in carduelem uersa Ithilium deflet. de Thyi autem nudum supest nomen.

De Calai scđi Iouis filio. vii. C. xxxiiii

Alais filius fuit Iouis & Anthiopæ: ut Homerus in Odyssea de scribit: de quo nil præter nomen legisse memini.

De Pasithea & egyale & Euphrosyne gratiis secundi Iouis filiabus. C. xxxv.

Asithea & Egiales & Euphrosyne: q̃ gr̃æ seu Charites appellan tur: ut placet Lactantio: Iouis & Anthonoi fuere filiæ. Has dicunt

Veneris esse pedissequas: affirmantq; quia se lauent in acydalio fōte qui in orchomeno Boetiæ ciuitate est: & inde nudas incedere: & īuicē uinctas: ac ex eis duas facie ad nos esse conuersas: cū tergū tertia uertat. Quid autem in hoc senserint ueteres excutiendum est. Cum enim gratia semper ī bonū sonet: merito Iouis dicētur filiæ: cuius effectus semper in bonum tēdunt. Et cum cōiunctionum oīū ex attributa potentia causatrix uenus sit: ut supra dictum est: illi merito obsequuntur cum sēper uideatur aliquali gratia præcedēte quis in unionē: seu: amicitiā ire alterius: utputa rōne beneficii impensi: uel cēplexiōis: & morū cōformitate: seu studiorum similitudīe: & huiusmodi. Et iō (ut placet Fulgentio) Pasithea: quæ gratiarum prīa est: īterpretatur attrahēs eo q̄ ante alia quacūq; moueamur causa: ad aliquam rē desyderādā attrahimur. Secunda autem Egyales interpretatur demulcens: & hoc iō: quia nisi delectaret in processu: quod appetiuimus añ: nō iretur in perseuerantiam amicitiæ: īmo dissolueretur illico: & idcirco ut demulceat & delectet necesse ē: quod atthraxerat ante: Tertia aūt Euphrosine appellatur: quod retinens sonat: ut per hoc intelligatur in uacuū quis in delectationē alicuius rei attrahi: atq; se attractū delectari: nisi quis opere suo teneat qd' atthraxerat: & delectat. Et hinc potes aduertere duas in te gratias uenientes. Tertiam uero a te in illas ineuntē & sic duæ in nos faciem: tertia tergum uertit. Vel aliter: siquid enim in hominē gratum miseris: ab eo in te duplum: seu maius redire uidebit: & ob id dicit Ilioneus Didoni apud Virgilium. Ne te certasse priorē pœniteat: quasi uelit intelligi: si nobis boni aliqd feceris: & uiuat æneas duplicatum ab eo recipies. In acydalio autem fonte ideo balneari dicūtur: quia acyda græce latine cura est: & hoc ideo fictū: ut sētiamus quia dū trahimur: dum mulcemur: dū retinere conamur: uariis curis angimur. Nudas autem eas incedere non ob aliud uoluere: nisi ut uideremus in captandis amicitiis nil fictum: nil fucatum: nil palliatū interuenire debeat: quīimo simplici & pura mente: atq; aperta in hoc debemus incedere: nam qui aliter exquirunt amicitiarū mercatores potius q̄ factores dici possunt.

De Lacedæmone undecimo secundi Iouis filio: qui genuit amiclatem. C.xxxvi.

Acedæmon (ut scribit ditis cretensis eo in libro: quē de expōne græcorum in Troianos composuit) filius fuit Iouis ex Taigeta filia Agenoris Phœnicum regis. Esto Eusebius in libro temporū dicat eum filium fuisse Semeles patre non nominato: eūq; Crotopo argiuis regnante Lacedæmonem condidisse ciuitatem.

De Amiclate filio Lacedœmonis: qui genuit Argulū. C.xxxvii.

Miclas: ut prædictus ditis asserit: filius fuit Lacedæmonis. Esto

sint libri: ĩ quibus legatur Lacedæmonẽ fœminã fuisse: & ex ea Ami
clatem natum: ego tamen hominem fuisse puto.

De Argulo filio Amiclatis: qui genuit Oebalum. Ca.xxxviii.

Rgulus: ut idem ditis dicit: filius fuit Amiclatis: quẽ Theodon
tius dicit primũ iunxisse apud Acheos quadrigam. sed timeo ne
similitudine fere nominis deceptus sit. Is enim qui primus quadrigam
iunxit in Græcia Aregilus dictus est: & id adinuenit: regnante Arge
Phorbante: qui diu ante Argulum fuit.

De Oebalo Arguli filio: qui genuit Tyndarum & Icarum. C.xxxix

Ebalus: ut dicit ditis & Theodontius: filius fuit Arguli: quẽ re/
gnasse dicit Paulus apud Laconas: quos a se oebalos nominauit.
Huic duos fuisse filios cõperimus: Tyndarum. s. & Icarum.

De Tyndaro Oebali filio. C.xl.

Indarus: ut Ditis scribit & Theodõtius: filius fuit Oebali: illiq;
successit in regno: ex quo & si nil aliud habeamus: hoc saltẽ legi
mus: eum Ledam habuisse coniugem: quæ si non ex eo: ex Ioue tamẽ
eius in regia Castorem & Pollucem: & Helenam: & Clitemestram pe
perit: dato sit: qui Castorẽ: & Clitemestrã non Iouis: sed Tyndari fi/
lios dicãt: Ego oẽs quatuor Tyndari fuisse arbitror: sꝫ absit ut auferã
tam pudicissimo deo liberos: quos illi liberalis dicauit antiquitas.

De Icaro Oebali filio: qui genuit Erigonem: Iptimam: &
Penelopem. C.xli.

Carus: ut dicit Leontius: Oebali fuit filius. Hanc Lactantius di
cit comitem fuisse Liberi patris: & ab eo accepisse: uti uinũ exhi
beret mortalibus. Qui cum pastoribus: seu secundum alios messorib⁹
suis exhibuisset: & hi: seu quia ultra debitum: seu quia insueti potassẽt
ebrii facti: & inde existimantes sibi uenenum exhibitum: Icarum apud
Marathonem uenationi uacantem interemerunt. Quem dicit Seruius
a cane suo diu seruatum: tandem: ut dicit Theodontius: cum canis fa
me impulsus domũ redisset: eiq; Erigone uirgo Icari filia panem dedis
set: & ipse illico ad cadauer reuerteretur domini: Erigones eum secu/
ta patrem occisum comperit: Cuius tandem præcibus Icarus in cælũ
assumptus est: & in Boetẽ conuersus: & cuꝫ eo canis: qui assyrius nũ
cupatur. Possibile est: cũ in octaua sphera ab ãtiquis astrologis multæ
sint imagines quadam stellarum designatione figuratæ: ex his aliquas
ĩ consolationem remanentiũ post Icarum nomine icari & canis sui de/
nominatas. Verum ego non credo hunc eum Icaruꝫ fuisse: qui Oebali
filius fuit: aut Penelopes pater.

De Erigone filia Icari. C.xlii

Rigone filia fuit Icari: ut Lactantius affirmat: & Seruius: q̃ cuꝫ
Bacho placuisset: ab eo in specie uuæ: ut ait Ouidius: decepta ẽ

atq̃ oppressa. Hec tamen: ut dicit Seruius: ductu canis in Marathoni
am siluã patrez a rusticis occisum cõperisset: fleuissetq̃ diu: tandẽ do
loris impatiẽs in arbore laqueo se suspendit: sz seu corporis pondere
nimio: seu laquei uel rami debilitate factuz sit in terram cecidit. Cuius
tñ miserti dii eam inter sydera transtulerũt: fecerũtq̃ ex ea in Zodia
co signum illud: quod adhuc uirginẽ appellamus: tractu tñ temporis:
cum ẽm Lactantiũ umbra eius regionẽ illam infestaret: ad eius iram
mitigandaz compertũ est ex cæra humanã formare spẽm: & in eadez
arbore appẽdere: & a pastoribus canibusq̃ diez illã celebrare facere
ex quo Virgili⁹. Tibiq̃ oscilla ex alta suspẽdũt mollia pinu. Sane Ser
uius aliter. Dicit. n. ꝙ cum post aliquantũ tẽporis Atheniensibus eẽt
morbus ĩmissus talis: ut etiam uirgines furore quodã compellerentur
ad laqueum: essetq̃ ab oraculo responsuz sedari posse pestem illam: si
requirerẽtur Erigones & Icari cadauera: Qui illa quæsiuere diu: & cũ
reperiri nõ possent: ad ostendendã deuotionẽ suam Athenienses: qua
si in elemento etiã alieno querere uiderentur: suspendebant in arbori
bus funes: ad quas se tenentes hoĩes hac atq̃ illac agittabant᷑: ut qua
si per aerem illorũ cadauera petere uiderentur. Sed quia plurimi cade
bant: inuenere formas ad sui oris similitudinẽ: & eas pro se suspensas
mouebant. Vnde oscilla dicta sunt ab eo: ꝙ in his cilerẽtur. i. moue/
rentur ora: & eo modo pestis purgata est. A Baccho aũt eaz in specie
uuæ deceptam ideo dictum credo: quia possibile fuit insuetam: dum
uuas comederet: ebrietatem incidere.

De Hiptima filia Icari. Ca. xliii.

Iptima filia fuit Icari: ut ĩ Odyssea testat᷑ Homer⁹ dicẽs. Hiptiæ
puellæ magnanimi Icari: q̃ Eumilo nupsit: domum frĩs habitãti

De Penelope filia Icari: & uxore Vlixis. C. xliiii

Enelopes filia fuit Icari: ut in Odyssea testat᷑ Homer⁹: dũ dicit.
Filia Icari ualde sapiens Penelope. Hæc qdẽ (ut satis uulgatum ẽ
nupsit Vlixi: & ex eo Thelamacum filium peperit. Postea cum iuisset
Troiam Vlixes: & inde diu post Troiam deletam errasset: multa paf/
sa est: tam ob pudicitiam suam tutandam: quaz procatores plurimi sol
licitabant: q̃ ob timorem insidiarum aduersus Thelamacum a proca
toribus positarum: & dolorem non redeuntis Vlixis. Tandem eis ser/
uatis: uirum rehabuit: in quem tandem finem iuerit: non satis certum
habeo. Dicit tamen Leontius Lycophronem græcum poetam dicere:
Penelopẽ concubitũ omnium procantiũ passam: & ex uno eorum ge/
nuisse quendam filium: cui Pana nomen fuit: quod cum in reditu co/
gnouisset Vlixes: statim abiit ad insulam Gortynam: & ibidem obiit.
Quod absit: ut credam pudicitiam Penelopis a tot: tan q̃ egregiis cele
bratã autoribus: ab aliquo fuisse maculatã: quicqd Licophrõ loquat᷑

maliloquus.

De Tantalo duodecimo Iouis secundi filio. C.xlv.

Acedæmonis expedita prosapia: ad reliquos Iouis secūdi filios redeundum est: ex quibus duodecimū Tantalum dicit Theodontius Iouis fuisse filium. Fuit enim is antiquissimus Corinthiorū rex: & pius homo: atq; deorum mensis sæpe accubuit. Quod ideo fictū puto quia cælsissima sit arx Corinthiorum adeo: ut si quis eam ascendat in cælum uideatur conscendere: & esse cum superis.

De Hercule.xiiii.secūdi Iouis filio: q genuit Carthaginem. C.xlvi.

Ercules hic a Cicerone in libro de naturis deorum cognominatur iiii.& ab eodem dicitur Iouis filius ex Asterie sorore Latonæ susceptus. Hunc præterea sūme a Tyriis coli dicit: & ex eo Carthaginē filiam genitam.

De Carthagine.iiii. Hercnlis filia. C.xlvii.

Arthago (ut proximo supra mōstratū est) Herculis quarti fuit filia: quā nos Carthaginē nūcupamus: quæ ideo Herculis filia dicta est: quia a Phœnicib⁹: qui Herculē summe colebāt posita est Herculis dei sui auspicio.

De Minerua secundi Iouis filia.xiiii. C.xlviii.

Inerua: non ea cui cognomen tritonia fuit: Iouis secūdi fuit filia: ut scribit Tullius de naturis deorū: quā idē Tullius iuētricē asserit fuisse bellorū atq; principem: & ob id ad nōnullis bellona appellata ē: & soror Martis: & auriga: ut testari Statius uidet̃ dicens. Regit atra iugales Sanguinea bellona manu: longaq; fatigat Cuspide. & cætera. Nec ea fuit hæc: quam ueteres uirgineʒ & sterilē asseruere: quin immo (ut idē dicit Tullius) ex Vulcano Cæli filio antiquissimo Apollinem primū peperit. Præterea (ut dicit Leōtius) hæc est: quam armis insignem finxere: oculis toruam: Hastamq; gerenteʒ longissimā cum crystallino clypeo: & hoc magis ad ostentationem inuēti a se belli: q̄ ob aliquod aliud significatū: quod ego nō credo: quinimo insignia illa ad aliquod mysterium ostendendū apposita omnia puto. Nam cū oēs assiduis īfestemur bellis: armatā fingi puto: ut doceamur prouidos uiros semper in armis cōsistere.i.cōsiliis: quibus ad emergentia possint obsistere. Qud' oculos habeat toruos: ostendit sapiētē de facili capi ñ posse: cum utplurimū exterioribus actibus longe aliud se ostēdat agere: q̄ gerat animo: uti toruus alibi respicit: q̄ intuētes eius faciē arbitrentur. hasta aūt illi dicatur longissima: ut noscamus prudentem uirū etiam longinqua cognoscere: & ex longinquo ictus īfigere: atq; a se īsidiantes repellere. Crystallinum autem ideo illi clypeum attributū est ut appareat in transparēti crystallo atq; solido corpore sapiētē uiruʒ æque simul & hostis uidere opa: & seipʒ remediis opportunis ꝓtegere

huic insuper dicit idē Lactātius cū neptūno de īpositione nominis ci uitati Athenarum fuisse certamen: illudq; præsentibus diis in ariopa/ go agitatum: actumq; eorum sententia : ut quis eorum terra percussa laudabiliorem perduxisset effectum: is ciuitati nomen imponeret: ob quam rem Neptūnus percusso tridente solo equum produxit: Miner ua autem hasta proiecta produxit oliuam. Quæ quonia; utilior uisa sit equo: Minerua deorum iudicio ciuitatem: & suo nomine nuncupauit Athenas: nam Minerua a græcis Athena nominata est. Quid hic fig/ menti est: sic Albericus exponit. Dicit enim Cecropi conditori qui & huic Mineruæ contemporaneus fuit: & iuxta Theodontium pater fu/ isset aliquādiu ambiguū: an illa a cōmoditate maris: quo ēt plurimum ualebat: an cōmoditate terræ: qua etiam plurimū abundabat: denoīa retur: quam maris cōmoditatem per equum designare uoluere: quia & mare uehat: ut equus: & equus ut mare uelox sit: & nōnunq; impetuo sus: & furore nimio plenus: ut mare: terram uero oliuam: seu qa loc' oliuarū abundans sit: seu quia pingue sit solum & fertile. Tandem cu; cerneret circūspectus homo maris cōmoda uariis ex causis posse sub trahi: & terrestria qualicūq; esse continua: a terrestribus perpetuis de nominandā censuit: atq; uocau t Athenas: qd' latine īmortales sonat Ego autem puto: cum maritima ciuitas sit Athenæ dissentione; hanc inter nautas & mechanicos homines: ostendentibus nautis rem pluri mū augeri nauigiis: quæ per equum intelligenda sunt. Mechanici autē contra artibus & agricultura ciuitates sustentari : & augmentari quæ per oliuam demonstrantur: cum eius sit liquor mitis & ampliatiuus. Quāobrem a diis. i. a iudicibus ī hoc datis pro mechanicis sentētia la ta est: & hic optime Neptūnus inductus est: pro mechanicis autē Mi nerua: quæ artium omnium fere repertrix fuit. Posset quis obicere: Io uem primū regem Athenarum dictum longe antiquiorem Cecrope : & hic Cecropem conditorem dicimus Athenarum. hanc obiectione; paucis absoluit Leontius. Dicit enim non d' nouo ædificatas Athenas a Cecrope: sed mari propīquiores factas: & hac tempestate spōte sua oliuam in arcem natam.

De Archade quintodecimo filio secundi Iouis: qui genuit Ionium. C. xlix.

Rchas Iouis fuit fili' & Calistonis nymphæ: ut clare testat' Oui dius. Huius enim mater post Lycaonem patrem e regno pulsum a Ioue: ut refert Paulus: se choris Dianæ sotiauit: & in uenationib' ui tam agens: cū ætate ualeret & forma: a Ioue dilecta ē: & (ut dicit Oui dius) ab eodem sub specie Dianæ inter umbras nemorum decepta & oppressa est. Quæ cum concepisset: & iam excresceret uterus: a puel lis sotiis ad lauacrum euocata est: se lauante Diana. Hæc aūt timēs ne

crimen appareret suum: si uestimenta poneret: lauari renuebat tandeꝫ a uirginibus nudata: cum turgidum uentrem Diana uidisset confestim eam a consortio suo reppulit: quæ postea Archadeꝫ peperit. Quod fa cinus cum cognouisset Iuno irata in eā: illam diu traxit crinibus: & tā dem transformauit in ursam. Archas autem cum iam grandis esset: eā sibi incognitam: & ad se uenientem uoluit occidere: ast ipsa pauida(ut ait Theodontius: in Iouis templum: cuius semper erant apertæ ianuæ nec propterea aut fera: aut auis intrabat: ulla aufugit: in qd̓ & archas secutus est: quos cum uellēt īcolæ occidere: a Ioue ꝓhibiti sūt: & mu/ tato æque in ursum Archadē: ambos in cælum trāstulit: & circa polū arcticū locauit. Calisto aūt ursa minor dicta est: ubi maior uocatus ē Archas. Iuno autem ex hoc turbata: quod pellex in celum suscepta es set una cum filio accessit ad Tethydem magnam nutricem suam: ora uitqꝫ ne has ursas more aliorum syderum suis undis lauari pateretur: quod Thetis ultro se facturam promisit: & seruat usqꝫ in hodiernum. Sub hac fictione utplurimum latet historia. Nam superato a Ioue Ly caone: Calisto filia aufugit ad uirgīes Panilyceo sacras: & cū his emis so perpetue uirginitatis uoto contigit: ut audito a Ioue: sua formosita te caperetur: & incideret in desiderium potiundi: & cū se ī habitū soti arum transformasset: clam nocte accessit ad illam: et cuꝫ uariis suasio nibus in suum desyderiū traxisset: eam uitiauit: atqꝫ prægnātem fecit Postremo cum partu crimen appareret Calistonis: euestigio cum ma ximo dedecore suo: nil ulterius timore Iouis audentibus uirginibꝰ sa cris: una cum filio claustris exclusa est. Quæ ob ruborem clā secessit in syluas: et ī eis latuit diu incognita. Sane cū adoleuisset filius: essetqꝫ ingentis animi: nec posset perpeti matris imperiū: eaꝫ uoluit occidere Quæ timore percita syluas linquens cōfugit ad Iouē: qui eā in gratiā filii recōciliauit: ꝓmisitqꝫ ut ī patriū posset r̄dire regnū: iuitqꝫ. Quā obrē cū Archas ferox iuuēis Pelasgos ī ditionē r̄digissꝫ suam: archa des illos ex suo noīe appellauit: archades aūt Calistionē: quā mortu/ am putabāt ob diuturnā latebram ursā appellauere: cū ursus: ut aiūt phisiologi: certā anni partē in cauernis moretur dormiēs: et a nomīe matris ursum etiā filius uocauere. Quos ambos postea in gratiā Ar/ chadis poetæ in cælū transiatis dixere: et ex canibꝰ eis ī locis: ī qbꝰ hos locauerunt: diu ante ab ægyptiis figuratis fecere ursos. Quod̓ aūt a Tethyde Iunonis alumna lauari in oceano nō permittatur: sūptū ē ab eleuatione poli: qui in regione nostra adeo eleuatus est: et hæc sy/ dera adeo illi propinqua: ut circuitione cæli: sicuti reliquæ: q̄ occiden do mergi uidētur Oceano: mergi nō p̄nt: īmo earū circa polū ītegrū circuitione uidemus. Hunc Archadē scribit Eusebius subegisse Pelas gos anno mundi. iiii. mi. idccviii.

De Ionio filio Archadis:qui genuit Nicostratam. C.l.

Onius fuit(ut ait Theodontius:& post eum Paulus)Archadis filius ex Selẽne nympha susceptus:homo æuo suo bellica arte:& potissime nauali peritissimus adeo:ut littora fere oĩa pelopõnensia:& usq; ad mare siculum suæ ditioni subigeret:& a suo nomine Ionas:& Ioniũ cognominaret mare:Qui in tam grãdem uenere prebeminẽtiã ut sibi totius græciæ quartam partem subesse dicerent: & Ionicis lr̃is atq; grãmatica uti cogerent.Sane Leontius negat hoc cognomẽ genti mariq; inditũ a Ionio rege:affirmans diu ante illis fuisse ab Ione Inaci filia: cui maximũ in partibus illis fuit ĩperiũ appositũ:qđ etiã alibi ipsemet testatur Theodontius.Fuit ergo Ionio(ut Theodõtius dicit: & Leontius)filia unica noĩe Nicostratata.

De Nicostrata filia Ionii & matre Euandri. C.li.

Icostrata:Theodõtio & Leontio asserẽtibus:filia fuit Ionii Archadũ regis.Quæ cũ secũdũ p̃dictos Pallanti cuidã Archadũ uiro nobili nupsisset:seu secũdũ alios eius nurus existeret:ex Mercurio postea Euandrũ Archadiæ regem concæpit:& cũ græcarũ litterarũ esset doctissima:adeo uersatilis fuit ingenii:ut ad uaticiniũ usq; penetraret uigilãti studio:& famosissima uates euasit.Et cũ q̃rẽtib' nõnũq; expromeret futura carmĩe:Nicostratæ abolito noĩe:Carmẽta nũcupata est.Quæ cũ Euãder putatiuũ patrẽ:seu uerũ potius occidisset casu:ut quidã uolũt.Seu(ut aliis uidetur)seditõe suorũ e regno pulsus auito magna filio fugiẽti uaticinio promittens:cũ eo ad Italiã deuenit et hostia tyberis intrans in palatino monte consedit.Et cum syluestres comperisset incolas:nouos litterarũ caracteres adinuenit:eosq; earũ cõiunctiones sonosq; edocuit.Quæ &si ab initio.xvi.tantũ fuerit aliis a posteris superadditis:eis in hodiernũ usq; utimur.Cuius rei admirati rudes nõ hominẽ:sed deã potius arbitrati sunt:& cũ eã adhuc uiuẽtẽ diuinis celebrassent honoribus:mortuæ sub infima Capitolini mõtis parte:ubi uitam duxerat:sacellũ suo nomini cõdidere. Et ad eius p̃petuãdã memoriam a suo noĩe loca adiacẽtis carmẽtalia uocauere. Quod quidẽ nec Roma iã grandis abolesse passa est:quinĩmo ianuã ciuitatis:quã ibi exigẽte necessitate ciues construi fecerãt carmẽtale p̃ multa sæcula uocauere.Supererat:ut oĩs Iouis secũdi posteritas esset apposita:Dardanũ:qui ex filiis ei' unus fuit:& omnẽ ipsius prosapiã apponere.Verum quoniam uolumen hoc quintum finem poscere uidebatur:& illam esse longiusculã:uisum est hic terminũ figere: & Dardanum prolẽq; suam sequenti uolumini reseruare.

Genealogiæ deorum gentilium secundum Iohannẽ Boccaciũ de Certaldo liber quintus finit feliciter.

Genealogiæ deorum gentilium ſecundū Iohannem Boccaciū de Certaldo liber ſextus incipit.

Prohoemium.

Efecerat in faucibus Tyberis leuis cymbulæ ĩpetus: ubi dū ocioſus: & nouas uires: & nouos expectarem pariter flatus: q̃dā loci ueneratiōe tract⁹ cœpi adiacētia cūcta cōſpicere. Erat ibi uidere laurēti ueteris: lauini q̃ minas: & priſcorum latinorū cunabula. Inde longā albā a fœta ſue denominatā: ſiluis obſitā atq̃ uepretis: nullū fere de ſe præter nomen præſtante ueſtigiū. Aſt ulterius paululū aurea olī Roma fulgebat ueteri potius ſplendore: q̃ luīe nouo: Quā dū toto intuerer aīo: in mentem priſci uenere reges: uenere & proceres: ſublimeſq̃ duces inſignes uirtute plurima: & militari diſciplina: atq̃ ſanctiſſima pauptate ſpectabiles. Venere triūphi conſpicui- ſubactæq̃ undiq̃ nationes: & glor a ſingularis imperii: qua ſola mortales cæteros ſupauit: & ob quā orbis totius & frena regere: & uocari meruit caput. Dūq̃ mecū mirabundus perquirerē: quiſnā tātæ molis genitor: quis dici primus potuerit parens: Terra an Titan⁹ uel Neptūnus potius educere ingentia corpora cōſueti tuſcus Dardanus ſubintrauit memoriā: eūq̃ uictorioſi populi uetuſtiſſimū auū memini. Nec ex longinquo uidebatur littus: ex quo nauē ſoluerat iturus in Aſiā: uſq̃ tā inclytæ poſteritatis in ſemina ꝓiecturus. Quāobrē ne omiſſa uideatur proles tanta claritate conſpicua: tuſci fluminis relictis hoſtiis: ueterē ſecutus atq̃ ſulcum: ut occulta fide maiorū monumenta cognoſcerē: zephyro fauente: in littus uſq̃ meoniū cōtendi ut abinde eo præſtante per aquas ſe iunxit ab arida tā grādis: tā q̃ admirabilis imperii per ſuas ſucceſſiones: auos uetuſtiſſimos recēſerem & ĩ ultimū uſq̃ inclytæ poſteritatis deducerē ſucceſſores.

De Dardano. xvi. Iouis ſecūdi filio: q genuit Ericthoneū. C. i.

Stenſum eſt in præcedentibus Iouem ſecundū Cæli fuiſſe filium cuius poſteritatis quoniā ſeries in præcedenti uolumine fere oīs deſignata ē: ſolo reſeruato Dardano: in hoc libello eius ſobolē deſcribemus: eo præaſſumpto: quē ueteres Iouis teſtantur filiū ex Electra Athlantis filia: & Corithi regis coniuge ſuſceptū: ex quo de faſtis ait Ouidi⁹: Dardanō electra quis neſcit athlātide natū. Scilicet electrā concubuiſſe Ioui &c. Hāc aiunt priſci inter cæteros filios Iouē præcipue dilexiſſe. Sꝫ quid uelit fictio paucis aduertamus. Cōſtat autē ſnīa Pauli Dardanū Corithi regis fuiſſe ex Electra coniuge filium: ſꝫ ad nobilitandam poſteritatem Ioui attributū: cui etiam moribus erat cōformis. Nam natura mitis homo fuit & religioſus: ut idem ait Paulus Huic Iaſius fuit frater. Eſto ſint qui addant Italum: & Sicanum: atq̃

Candauiã sororẽ. Et cũ Coritho sola ciuitas Corithus eẞ3: de suo no mine dicta: & ea erat: quæ hodie opinione Pauli: aliqubus additis lit/ teris uulgo Corneto uocatur. Venerũt eo mortuo de successione ĩ dis cordiã fratres natu maiores: Dardan⁹ & Iasius: qua cõmotus Darda nus: qui tẽpore posterior erat: Iasium interemit. Quã ob causam cũ turbatos ciues cerneret: cũ parte populi naue3 conscendit: & longa ac tus⁹ nauigatione: primo in Samothraciã: quæ tũc samos erat: sedes ha buit: ut testatur Virgilius dicẽs. Aruncos ita ferre senes: his ortus in agris Dardanus ideas phrigiæ penetrauit ad urbes. Threiciãq; samũ: quæ nũc Samothracia fertur. Hinc illũ corithi tyrrhena a sede ꝓfec/ tum &c. A Samo aũt eam in Asiæ partẽ abiisse: quæ Helesponto cõti gua est mari: & eam quã occupauit oram de suo noĩe dardaniam nun cupasse: quam apud regnauit: oppido eiusdẽ nominis constructo. qđ contigisse uisu3 ẽ Eusebio circa. xxxv. Moysis annum regnante argi/ uis Steleno: qui mundi fuit annus. iii. mil. dccxxxvi. Ibidem autem: cũ annis regnasset. l. uti idem dicit Eusebius ĩ libro tẽporum. Erichonio filio relicto superstite diem clausit.

De Erictonio Dardani filio: qui genuit Troiu3 .Ca. ii.

Rictonius filius fuit Dardani. Hunc Paulus arbitratur ex Cãda uia Dardani cõiuge & sorore natũ. Hic aũt Dardano pr̃i succes/ sit: & cũ regnasset annis. xlvii. Troio filio derelicto: defunctus est.

De Troio Erictonii filio: qui genuit Ganymedem: Ilionem: & Assaricum. Ca. iii.

Ros seu Troius filius fuit Erictonii: ut carmĩe patet Ouidii. Hu ius Erictonius tros est generatus ab illo. Hic patri succedens: cũ uir esset: armorũ ampliato regno ex suo nomine regionem: quæ usq; tunc Dardania dicebatur: appellauit Troia3. Huic bellũ fuit aduersus Tantalũ Phrygiæ regẽ ob raptũ sibi ab eo Ganymedem filiũ: quẽ p̃ ter Ilionẽ & Assaricũ genuit: quibus superstitibus diem obiit.

De Ganymede Troi filio. Ca. iiii.

Anymedes Troi regis fuit filius speciosissimus adolescẽs: đ quo sic Virgilius. Intextusq; puer frondosa regibus ida Veloces iacu lo ceruos cursuq; fatigat. Acer anhellanti similis: quem præpes ab ida Sublimem pedibus rapuit iouis armiger uncis Longæui palmas ne qc q; ad sydera tenduut Custodes: sæuitq; canu3 latratus ad auras & cæ tera. Hunc in celũ raptũ dicit Ouidius: & pincernam Iouis factum: & aquarii signũ. Cuius fictionis intentum paucis iudicio suo Fulgentius explicat dicens. Iouis pugnantis nauali certamine: existentisq; in naui cuius aquila erat insigne: bellicam prædam fuisse Ganymedẽ. Eusebi⁹ aute3 in libro temporum non a Ioue raptum: sed a Tantalo Phrygiæ rege dicit: quod scriptũ asserit a Phãdro poeta: & ob hoc ortũ bellũ

inter Troium & Tantalū: & hinc uidetur frustari Ouidii dictū. Sane s̄m Leontiū nō frustatur. Dicit. n. Tantalū ad Iouis cretensis gratiā ꝓmerendam: quem impudicissimū cognoscebat: sub signis aquilæ uenantē: adolescentulū rapuisse: eūq; Ioui dono dedisse. Quod autē deorum pincerna factus sit: ideo dictū est: quia inter cæli imagines figuratus: forsan ad suorum solatium: eam esse dicunt: quam uocamus aquariū: in quo existente sole: terra maximis hymbribus irrigat: quarum humidis uaporibus sydera pasci nōnulli uoluere: & sic deorū pincerna factus est: fuit autē regnante argiuis Prito.

De Ilione filio Trois: qui genuit Laomedontē. C. v.

Lion (ut Homerus in Iliade: ubi oīs genealogia troianorum usq; ad Hectorē & Aeneā explicatur: ait) filius Trois regis troianorum. Hic (ut dicit Eusebius in libro tēporum) regnāte Athenis Cecrope: Ilionem ciuitatē illam inclytam Homeri carmine condidit: & ex suo noīe nūcupauit. Hæc. n. est: quæ decenalem græcorū obsidionē passa est: & ab eis delata. Cōdita ē aūt circa annū mūdi. iii. mil. dccc. xcv. Ilioni autē unicū legimus fuisse filium Laomedontem: quem superstitē moriens dereliquit.

De Laomedonte Ilionis filio: qui inter mares & fœminas. viii. genuit filios: quorum hæc sunt noīa. Antigona. Hesiona. Lampus. Clition Ioetaon. Titon. Bucolyon & Priamus. .C. vi.

Aomedon rex troiæ filius fuit Ilionis: ut scribitur in Iliade ab Homero. Hūc dicūt ueteres uoluisse Ilionē muris circūdare: & cū Apolline & Neptūno conuenisse: ut ipsi muros facerēt mercede ꝓmissa: & obseruandi iuramēto præstito. Qui cū fecissent: nec sibi promissū seruari cernerēt: oīs troia a Neptūno aquis repleta ē: & Apollo insuper misit pestē. Quāobrē anxius Laomedon de remedio oraculum cōsuluit: cui responsum oportere quot annis uirginē troianam ceto marino. s. monstro exponere. Quod forte apud troianos fiebat. Tandem Hesione Laomedontis filiæ sors contigit. Quæ cnm in scopulo religata monstrum expectaret: aduenit Hercules: qui cum Laomedonte pactionē fecit: uidelicet si liberaret a monstro filiam: sibi equos diuino semine procreatos: quos constabat Laomedontem habere: largiretur. Attamen cum Hercules uirginē liberasset: noluit Laumedon seruare promissū. Quāobrem seu (ut aliis placet) quia dū Ilā puerum perditū quæreret: a Laomedonte portu Troiano prohibitꝰ ē: & ideo cū amplioribus copiis ueniens Ilion expugnauit: & Laomedontē occidit: et omnia eius uertit in prædam. Is appositis quid sibi uelit fictio uideamus. Volunt enim apud Troianos pecuniā fuisse in sacra Neptūni: atq; Apollinis reseruatam: quam Laomedon iureiurādo præstito se non solum eandē restituturum: sed īsuper ex propria

largiturũ in pr ædictis sacris in ædificatione murorũ ciuitatis expẽdit nec tandem petentibus pecuniam restituere uoluit. Sane adueniẽte po stea aquarum inundatione: & post eam nõ satis a sole digestam (ut fit) aer infectus aquarum putredine pestem intulit: quæ duo qm̃ ad Apol linem & Neptũnum pertinere uidentur: adinuentũ est ea ob periurium a deceptis diis ĩmissa. Quod uirgines monstro appositæ sint respõso o raculi: cũ sic illos deciperet psæpe diabolus: possibile puto: & hinc hi storiam habere cætera arbitror. Fuere huic filii filiæq; plures: q̃q̃ so lus Priamus esset ei in regno successor.

De Antigona Laomedontis filia. C.vii.

Ntigonam filiam fuisse Laomedontis testatur Seruius: quã dicit eo q̃ formosissima esset: ausam se pulchritudini præferre Iunoni ob quam cãm irata Iuno eam uertit in ciconiam. Cuius figmenti talis põt reddi rõ. Dicit Leontius q̃ capto ab Hercule Iliõe: & occiso Lao medonte: oẽs Laomedontis filii: exceptis Hesiona & Priamo: qui cap ti fuerunt: clam aufugerunt quo illos fortuna detulit. Antigona aũt in ter arundineta Scamandri latuit pluribus diebus: & hinc ego locũ fa bulæ datum puto: quia quæ superbia sua se regnante patre præferebat pulchritudine cæteris a fortuna regnorum domina uices uertente eo deducta sit: quo cõsueuere ciconiæ uictum quærere: & sic ipsa donec ibidem fuit: quasi in ciconiam uersam uisa est.

De Hesiona Laomedontis filia: & Teucri matre. C.viii.

Hesiona filia fuit Laomedontis: quæ cũ Priamo: ut supra dictum est: fuisset a monstro marino ab Hercule liberata: postmodũ ab eodem Hercule: deiecto Ilione & occiso Laomedonte: capta ẽ: & The lamoni: quoniam primus muros conscendisset ciuitatis: in partẽ præ dæ cõcessa est. Qui eam Salaminam detulit: & cũ frustra sæpius a Pria mo repetita esset: Thelamoni Teucrum peperit.

De Lampo: Clitione: & Icetaone filiis Laomedontis. C.ix.

Ampus: Clition: & Icetaon filii fuere Laomedontis: ut in Iliade dicit Homerus sic aiens. Laomedõ uere Titonõ genuit Priamũq; Lampũq; Clitionem Icetaonẽq; ramum martis: ex his tantum tribus nil præter nudum nomen habemus.

De Titone Laumedontis filio: qui genuit Mẽnonem. C.x.

Itonus (ut supra proximo Homeri carmine mõstratũ est fili9 fu it Laomedontis: qui cũ esset forma decorus iuuenis: ut dicit Ser uius: ab aurora dilectus: & raptus est: ex qua filium aiunt Mẽnonem suscepisse: & cũ longissimam optasset uitam: & obtinuisset: postremo ĩ cicadam uersus est. Hunc autem ab aurora raptum: nil aliud puto: ni si quia desyderio captus: auditis forsan per quæ sperabat imperium: posse nancisci: patria dimissa: ad oriẽtales migrauit populos: a quib9

nobis aurora cōsurgit: & ex eis subegit plurimos: eisq̄ īperauit. Quod aūt in cicadā uersus sit: cur fingatur nōnullæ possunt rōnes ostendi. Prima quarū ē: quia uti rore matutino: qui in aurora cadit: cicadæ alūtur: & sic iste sumptibus orientaliū: qui sub aurora sunt: alebatur. Præterea qui cicadæ nigræ sunt: cū uirides nascantur: sic & iste: q albus natus est: agēte feruore solis: eius regionis: ad quam transitū fecerat: incolarū ritu niger effect⁹ est. Postremo quia senex audita morte Mēnonis filii: & suorū desolationē in querulā senectutem lapsus sit: & inde mortuus: uti cicadæ faciūt: quæ potius conqueri: q̄ cantare uidentur: & demū post longam querelam crepantes obeunt.

De Mēnone Titonis filio. C.xi.

Emnon Ouidio teste: filius fuit Titonis ex aurora suscept⁹. hūc dicūt cū maxima orientaliū populorū copia subsidio uēisse Priamo: & iu pugna ab Achille occisus est. De quo fabulose dicit Ouidi⁹ q̄ dū rogo impositus ureretur: oratione auroræ matris a Ioue ī auē mutatus est: & cū eo multæ aues ex fauillis pyræ prodisse: quæ cūiter pyram cū ingenti clamore circuissent: sese diuisere: & tam diu īter se decertauere: donec mortuæ occubuere. Quas aues mēnonia appellatas dicit Ouidius. Hæc fictio a consuetudine quadā circa pyrā Mēnonis seruatam a suis: & a quadā cōtingentia mirabili sumpsit originem. Vetustissimus mos orientaliū fuit: cariores amicos regis mortuo uelle cū cadauere regis cōburi: & ad hoc: seu aduersū cōcurrētes: ut circa Mēnonis corpus factū puto: seu aliter ī mortē uadunt: & regio īponunt rogo. Præterea dicit Solinus de mirabilibus mūdi sic. At iuxt Ilium Mēnonis stat sepulchrū: ad quod ex sempiterno ex æthiopia cateruatim congregatæ aues aduolāt: quas Iliēses mēnonias uocāt. Cremutius auctor est: has easdē anno .v. ī æthiopia cateruatī cōgregari & undiq̄ uersū quousq̄ qua sint ad regiā Mēnonis cōuenire. Hec ille. Possum⁹ ergo ex dictis assumere fortuitu cōtigisse aues illas eo tūc uenisse: ubi regium Mēnonis funus agebatur: & circuisse uolatu locū & inde a simplicibus creditū: eos qui se morti dederant in honorē regii funeris in fauillas: & ex fauillis in aues esse mutatos. Mēnonē aūt in auē uersum nil aliud designare reor: q̄ uiri celebrem famam: quæ post eius mortem euolauit: longe lateq̄ agētibus orationib⁹: & præconiis populorum suorū. hunc Mēnonem aiunt quidā Susim insigne oppidum Persiæ: quod suræ fluuio īminet: construxisse.

De Bucolione Laomedontis filio qui genuit Esipium & Pidasum. C.xii.

Vcolion filius fuit Laomedontis: ut in Iliade testat Homer⁹: dū dicit. Bucolion aūt filius generosi Laomedōtis &c. De hoc autē

nil habemus ulterius: nisi ꝙ genuerit filios duos: Esipiũ & Pidasum.

De Esipio & Pidaso filiis Bucolionis. .C.xiii.

Sipius & Pidasus filii fuerũt Bucolionis: ut in Iliade scribit Homerus sic dicens. Fuit aũt ad Esipiuꝫ & Pidasum: quos quõdam nympha his a Varuarea genuit laudabili Bucolioni. Ii quideꝫ strenui iuuenes in pugna aduersus Græcos fuere: sed tandeꝫ ab Eurialo quodam græco pugnantes occisi sunt ambo: ut idem testatur Homerus.

De Priamo Laomedontis filio: qui ex Hecuba cõiuge. xix. genuit inter filios & filias: & ex aliis mulieribus inter mares & fœminas genuit xxxi. Ex quibus. l. noĩa tantuꝫ. xxxviii. cognouimus: quæ hæc sũt. Prima Creusa. ii. Cassandra. iii. Iliona. iiii. Laodices. v. Lycastes. vi. Medisicastis. vii. Polisena. viii. Paris. ix. Hector. x. Helenꝰ. xi. Caor. xii. Troiluo. xiii. Deyphœbus. xiiii. Polydorus. xv. Polydorus. xvi. Lycaõ. xvi Esacus. xviii. Anthysus. xix. Isus. xx. Teucer. xxi. Dimocoontes. xxii. Echemon. xxiii. Cremenon. xxiiii. Gorgiton. xxv. Cebrion. xxvi. Phorbas. xxvii. Doricon. xxviii. Pammon. xxix Aliphon. xxx. Agaton. xxxi Hippotoꝰ. xxxii. Aganon. xxxiii. Lacoõtes. xxxiiii. Mistor. xxxv. Iphates. xxxvi. Testorius. xxxvii. Tymootes. xxxviii. Polites. C. xiiii.

Riamus Laomedõtis regis fuit filius adeo notus inter mortales ut uix usqꝫ notior alter sit. Eo quidem adhuc puero existente ab Hercule Ilion ciuitas delata est: & occisus Laomedon: & ipse cũ multis aliis captus: queꝫ Hercules uicinis pretiũ pro eo dantibus: illis restituit: & a redemptione Priamus appellatus: nt Seruio placet. Hũc tamẽ semidirutã patriã restaurasse cõstat: uolũtqꝫ scriptores multis eã aduersus hostiles impetus uallasse. Nam dicit Seruius eũ sic egisse: ut pro rato haberetur ſm Plautum: tribus stantibus rebus: eam capi nõ posse. uita. s. Troili: Palladii conseruatione: & Laomedõtis sepulchro integro: quod in porta sceæ fuit. Secundum autem alios longe plura ad eam capiendam opportuna græcis fuere: Vt scilicet de Eaci genere aliquis interesset: & inde Pyrrhus admodum puer in bellum uocatus est. Vt Rhesi regis equi tollerentur: ante ꝙ Xanti aquam gustassent: & ut Herculis interessent sagittæ: quas misit Philotetes: cũ ipse nõ posset afferre morte præuentus. Priamus ergo Laomedonte mortuo regnauit: cui cũ cuncta pro uotis succederent: capta Hecuba filia Cipsei regis Thraciæ in cõiugẽ: & ex ea multis susceptis filiis: & ex aliis mulieribꝰ ẽt ꝙpluribus: ĩ taꝫ grandẽ regnuꝫ suũ ampliauit splẽdoreꝫ: ut nõ solũ Troiæ rex: ſꝫ totius Asiæ uideretur. Sane dũ Paris filius ẽ ꝓ capta Hesiona sorore Priami ab Hercule: Helenam Menelai cõiugem rapuisset: & deduxisset in Troiã: nullisqꝫ posset ĩduci suasionibus: ut illam repetentibus græcis restitueret. Eos cum mile nauibus in littus Troianum descendentes uidit: & Ilion etiam obsidentes

& circũ igne ferroq; cũcta uastãtes: & psæpe filios suos & natural's & legitimos: & auxiliares reges occidẽtes: & postremo cæsum uidit Hectorẽ: & curru Achillis trahit: ad cuius redimendũ cadauer dicit Homerus in Iliade circa finem: nocte Mercurio duce iuisse: & flexis genibus Achillem orasse. Esto dicat Seruius longe aliter fuisse: eũ. s. nocte ad tentorium Achillis accessisse: eũq; dormiẽtẽ inuenisse: adeo: ut eũ occidere potuisset: sed excitasse potius uoluisse: atq; orasse: & obtinuisse petitũ: & ab Achille usq; troiam postmodum prosecutum: s; hæc ab homero oppressa: ne qui laudũ Achillis erat pco: uideret̃ dedecorũ suorũ recitator. Præterea uidit Priamus palladiũ subtractũ: equos Rhesi eductos: Troilũ cæsũ & Paridẽ: & ultio Ilion capi: & filias captiuas deduci & igne cuncta cremari: & in regiam usq; suã: post Polytẽ filiũ fugientem Neoptholemu; penetrantem: & in sinu suo ĩfelice; filium occidentem: seq; obiurgantẽ transfodi gladio. Sane dicit Serui' đ morte Priami uarie opĩari: cũ dicãt alii eũ a Pyrrho ĩ domo regia captum: & ad tumulum usq; Achillis tractũ: ibiq; confossum: & busto caput abscissum: atq; pilo impositum & circũlatum. Alii dicũt ad Hercei Iouis aram: ut diximus: quod opinari uidetur Virgilius. Fuerũt eĩ huic: ut ipsemet Achilli narrat in ultimo Iliadis libro filii. l. ĩter mares & feminas: ex quibus dicit se. xix. ex cõiuge suscepisse: reliquos uero ex mulieribus aliis in atriis suis cõmorantibus.

De Creusa prima filia Priami & Aeneæ cõiuge. Cap. xv.

Creusa filia fuit Priami ex Hecuba: ut testatur Seruius: fuitq; Aeneæ coniunx: ut sæpe per Virgilium patet: eiq; filium peperit Ascanium. Hanc in excidio Ilionis ab Aenea cum patre & filio fugiente perditam dicit Virgilius. sed nonnulli eam ab ipso ex pactione cum græcis tacta occisam uolunt: ne quis in sua libertate ex semine Priami superesset. Quod satis caute tetigisse uidetur Virgilius: ubi Aeneam exquirentem eam describit: & illius umbram loquentem Aeneæ inducit atq; dicentẽ. Non ego mirmidonũ sedes dolopumue superbas Aspiciã: aut grais seruitũ matribus ibo. Dardanis & diuæ ueneris nurus. Sed me magna deum genitrix his detinet oris &c: Et sic patet: postq; a nemine captam se dicit: sed detineri a matre deu;: quæ terra est: ibidem mortuam derelicta; atq; infossam.

De Cassandra. ii. Priami filia. Ca. xvi.

Assandra filia fuit Priami & Hecubæ formosa uirgo: Quam cu; amaret Apollo: eiusq; concubitũ peteret: petiit Cassandra mun' quod illi Apollo se daturum iuramento firmauit. Petiit ergo ut uates fieret: & facta est. Volens autem Apollo quod petierat: ipsa negauit. Quãobrem turbatus Apollo: cum auferre nequiret qđ' dederat: egit ut nulla præstaretur fides uaticiniis suis: & sic factum est. Nã cum ex

raptu Helenæ quid futurum esset Troianis prædiceret: nõ solũ ñ cre dita: sed a patre & fratribus sæpissime uerberibus castigata ẽ. hæc aũt Corœbo Migdonio iuueni desponsata fuerat Virgilio asserẽte. Tandẽ cum nondum nuptias celebrasset capto Ilio: & ipsa ĩfelix a græcis ca pta est: ut idem dicit Virgilius. Verum Ilio dirupto: & p̃da inter prin cipes diuisa: misella in sortem contigit Agamẽoni: quæ illi fata serua- rentur a coniuge prædixit: ut Seneca poeta testatur in tragœdia Aga mẽnonis. Sed more solito nil sibi creditum est: Ex quo: ut in Odyssea testatur Homerus: factuꝫ est: ut in conuiuio ab Egisto & Clitẽnestra & Agamẽnon occideretur: & ipsa iubente etiam Clitẽnestra perimere tur. Quod aũt de Apolline fictum est ab euentu sumptũ uidetur. Stu- duit enim uirgo ut uaticinio instrueretur: & eo ꝙ optime proficeret ab Apolline diuinatiõis deo diligi uisum est: dictumqꝫ illi ab eo cõces sum qđ labore quæsiuerat: & qm̃ fides dictis eiusdẽ nõ præstabatur: qđ figmenti superest additum est.

De Iliona tertia Priami filia & Polymnestoris Regis Thraciæ coniuge. Cap. xvii.

Liõa (ut Seruio placet) filia fuit Priami: & ut asserit Paul' ex He cuba. Hæc rõne ueteris hospitii: & insignis amicitiæ ut dicit Ser uius: Polymnestori regi Thraciæ matrimonio iũcta ẽ

De Laodice. iiii. Priami filia: & Helicaoni cõiuge. Ca. xviii.

Aodices Priami fuit filia: & helicaõio filio Anthẽoris regis thra ciæ nupta: quam uocabant Troiam Laodiceꝫ galoo. Hec aũt te statur homerus in Iliade dicẽs. Quam Anthinorides habebat rex he licaon. Laodicem Priami filiarum specie optimã. hanc hecubæ ego fili am fuisse puto.

De Lycaste. v. Priami filia: & cõiuge Polydamantis. C. xix

Ycastes: ut asserit Paul': filia fuit Priami pulchritudĩe ĩsigne adeo ut captus ex ea Polydmas Anthenoris & Theano sororis Hecu bæ filius: illã ex concubina susceptam sumeret in uxorem.

De Medisicasti. vi. Priami filia & Polippi cõiuge. Ca. xx.

Edisicastis filia fuit Priami naturalis: nec habetur ex qua matre. Quæ quideꝫ nupsit Polippo Mentoris filio: ut ĩ Iliade testatur Home rus. Habitabat quam ipideon anteqꝫ uenirent filii Achiuoruꝫ. Filia au tem Priami notam habebat Medisicastin. Huius Medisicastis uirũ .s. Polippum in certamine a Teucro Thelamonis filio occisum dicit Ho merus.

De Polisena. vii. Priami filia. Ca. xxi.

Olysena uirgo filia fuit Priami: & Hecubæ: ut p̃sæpe testat᷑ Eu- ripides in tragœdia: cui titulus Polidorus. Hæc ĩter cæteras tro ianas formosior fertur: ob quã formositatẽ infortunio suo ab Achille

dilecta est: Quo amore ĩ mortẽ fortissimi iuuenis Hecuba proditorie usa est: non existimans per Achillis uulnera sanguinẽ ĩnocuæ uirginis se fusuram. Hanc quidem post Ilionem euersum: ut Seneca tragicus te statur in troade: Pyrrh⁹ Achillis filius ad placãdos patris manes po/ poscit: eiq; post longum iurgium: sic suadente Calcante uate concessa ẽ. Quã ornatã ritu uirginũ nuptias celebrantiũ ad Achillis tumulum truculentus deduxit iuuenis: & qm̃ ab imagĩe Achillis petitã dicebãt ut dicit Eurypides ĩ præallegata tragœdia: ibidem interemit.

De Paride octauo Priami filio: qui genuit Daphnidem & Idæum. Ca. xxii.

Aris: qui alio nomine Alexander dictus est: filius fuit Priami & Hecubæ: Ex quo talis ante alia recitatur historia. Dicit. n. Tulli⁹ ubi de diuinatione scribit: Hecubæ prægnãti: ea scilicet prægnatiõe: ex qua postea natus est Paris: per quietem uisum facem parere Troiã omnem cõburentem atq; dissipantẽ. Ob quod somnium anxius Pria mus Appollinem consuluit: qui respondit nasciturí filii opera Troiam omnẽ perituram. Quamobrẽ Priam⁹ Hecube nasciturũ misit exponi. Hecuba autem cũ speciosissimũ filiũ perspexisset: miserta tradidit eũ quibusdam: qui illũ pastoribus regiis alendum traderẽt: & sic sub Ida a pastoribus educatus est: & cum adoleuisset Oenonis nymphæ Ideæ cõturbernio usus: duos ex ea suscepit filios. Præterea cũ ĩter quoscũ q; litigantes eẽt æqssimus: ĩ maximam iustitiæ famam euasit adeo: ut litigãtib⁹ de formositate Pallade Iunõe: & Venere: propter aureũ po mũ a discordia eis in cõuiuiũ proiectum: in quo detur digniori erat scriptum a Ioue ad eum pro sententia remisse sint. Quæ (ut aiunt) illi sub opacis nemorum umbris loco: cui mesaulon dicebatur remotis ue stibus Paridi monstrauere. Eiq; dixit Pallas: si eã cæteris pulchriorẽ diceret: illi rerum omnium cognitionem daturam. Sic & Iuno regnorũ & diuitiarum dominum. Venus autem pulchriorem orbis mulierem spopondit. Qua tractus concupiscentia syluanus iudex Veneri deberi pomũ iudicauit. Tandẽ (ut dicit Seruius) hic paris secũdum troica ne ronis fortissim⁹ fuit: adeo ut in agonali certamĩe: quod agebatur Tro iæ: superaret oẽs: & ipsum Hectorem. Qui cum iratus: qa uinceretur in eum stringeret gladium pastorem putans: dixit se esse germanũ qđ ablatis crepundiis probauit cũ adhuc sub habitu lateret pastorali. Et sic uidetur q; cognitus receptus fuerit in domum patriam. Inde cõpo sitis. xx. nauibus a Priamo sub specie legationis ad repetendam Hesio nam in Græciam missus est: ubi aliqui uolunt: & hos ĩter Ouidius: ut in epistolis eius patet: a Menelao hospitio susceptus & honoratus est Alii uero arbitrantur ĩ græciam uenisse: absente Menelao: & ad famã pulchritudinis Helenæ tract⁹ Spten petiisse ciuitatẽ: & eã expugnasse

anno regni Agamēnonis primo:nō existentibus ibi Castore & Pollu ce:qui ad Agamēnonē perrexerant: & secū Hermionam Helenæ & Menelai filiam duxerant. Et sic ciuitate capta Helenam renitentem ra puisse:& omnes thesauros regios abstulisse:quod satis eleganter tan git Virgilius:dum dicit. Me duce dardanius spartā expugnauit adul/ ter & cætera. Et ob hoc uolunt qui hanc opinionē tenēt Helenā post captū ilion meruisse a uiro recipi. Ex qua rapina bellum decēnale græ corum aduersus troianos susceptum est:in quod refert Homerus Pa ridē ab Hectore fratre increpitum descendisse semel:& singulare cer/ tamen aduersus Menelaum sumpsisse:in quo cū apertissime uinceret a Venere eum prælio subtractū dicit:adiiciēs impulsu Mineruæ Pan darū in Menelaum sagitasse:atq; eum uulnerasse:& sic quod erat sin/ gulare in nniuersale certamen deuenit. Postremo iā Hectore & Troi/ lo peremptis ab Achille:cum ipse arcu & sagittis:quibus plurimū ua lebat:Achillem fraude Hecubæ ad desponsandam Polysenā ī tēplum Tymbrei Apollinis nocte & solum euocatum occidiss;:& ipe a Pyr/ rho Achillis filio occisus est. Paucis quippe fictionibus hæc historia ī terlita est:quas enucleare uolentes primo iudicium Paridis uideamus in quo sententia Fulgentii meo iudicio sequenda est. Dicit enim tripar titam mortalium uitam esse. Quarum prima theorica dicitur:secunda pratica:tertia philargica:quas nos uulgarioribus uocabulis cōtēplati uam:actiuā & uoluptuosam nuncupamus. De quibus Aristoteles:uti de cæteris optime facit:differit in Primo ethicorum. Has Iuppiter. i. deus:ne uideatur aliquam reprobando arbitrium liberum cuiq; surri pere:ad iudiciū Paridis. i. cuiuscūq; hominis remittit:ut ei liceat quā maluerit approbare:& sibi sumere. Quid autem sumenti uoluptuosam sequatur exitu Paridis demonstratur. Quod aūt a Venere subtractus sit:ad eius declarandam ignauiam dictū ē:ut appareat q̄ iners tātu; uacaret ueneris. Pandarū aūt a Minerua īpulsū ideo dictū ē: ut oñde retur astutia Troianorū:qui uidētes deficere Paridē:ut eū morti sub traherēt:nō seruatis pactionibus in Menelaū fecerūt insultum.

De Daphnide & Ideo filiis Paridis. C.xxiii.

Aphnis & Ideus(ut Paulus affirmat)filii fuere Paridis ex Oeno ne nympha idæa:seu pegasea:cui⁹ amicitia usus:du; pastor eēt suscepit:de quibus nil memoratu dignum comperisse memini.

De Hectore Priami filio. ix. q genuit Astianactem. C.xxiiii

Ector præ cæteris corporea uirtute insignis:uatū omniu; carmi nibus celebris:iuuenis fama inclyta in nouissimu; usq; diem for te uicturus filius fuit Priami regis & Hecubæ. Hunc in coniuge; sum psisse Andromacha; filiam Iectionis Thebarum Ciliciæ dñi testatur

Homerus. Ex qua iam orto græcorum bello filium suscepit nomine Astianactem: esto ipse Camandrum appellaret. Huic igitur & si militaris disciplinæ plurimū inesset: tam grandis erat animi audacia: & corporis robur: ut post occisum Protesilaum primū in littus troianū ex græcis e nauibus prosilientem: troianorum aciem persæpe præsentia sua nō solū aduersus græcos ad subsistendum patientem faceret: sed ad insiliendum redderet audacem. Et quod mirabilius erat: ipse solus sæpissime græcorum turmas aggredi ausus est: & ui disgregare phalanges: adeoq; omne agmen cogere: ut solus esset terror achiuis oīb? Hic aduersus Aiacem Thelamonium (ut ait Homerus) singulari pugnauit certamine. Nox tamen superueniens non minus Aiaci grata: q; sibi diremit duellum: a quo more prisco cum discederet: gladiū illi dono dedit: quo se Aiax postmodū interemit: & ab eo suscepit balthe um: quo ornat? ab achille occisus ē: & post currū tract?: ut ait Serui? Tandē cum multos etiam græcorum principes morti dedisset: Patroclum Achillis amicum: & suis insignem armis occisit: Achillem existimans superasse: & armis nudatum insignibus pompa inclytus ingenti Troiam intrauit: suæ necis irritamento gloriosus. Nec multo p? cū Achille congressus: seu fessus Hector: seu multum præualeret Achilles: ab Achille superatus occubuit: & non solū armis ornatuq; reliquo a uictore superatus est: uerum & curru cū baltheo ab Aiace concesso tractus circa Ilionem Priamo etiam prospectante est: & ad naues usq; græcorum deuectus. Quas penes sæuerus iuuenis nondū posito amici occisi dolore: nudū cadauer per dies. xii. insepultū seruauit: donec nocte redēpturus miserabilis pater Priamus ueniret: ut scribit Homer? Verum eodem Homero teste iussu Iouis Apolline cadauer insigne: ne corrumperetur: ante funus sacris liquoribus perlitum est. Priamo autem restitutum Iliadū lachrimis & mœrore publico: & solēni cerimoniarum ueterum pompa tumulatum est: eiusq; cineres aurea ī urna seruati. In hac historia nil fictum est: præter q Apolline sit cadauer curatum: quod factum est a medico iussu Achillis. Dicebat Leontius & hoc nō honorificentiæ causa: sed expectatione pecuniæ: qua sperabat cadauer redimi: si integrum seruaretur: uti factum est. multis. n. susceptis muneribus poscenti Priamo reddidit. Huic unū tantū legisse filiū memini: Astianactem scilicet. Verum iudicio aliorū plures fuere: cū dicant Eusebius & Beda: unusquisq; eorum in libro: quem temporum scripsere: Hectoris filios post lapsum temporis Iliū recepisse: Heleno eis subsidiū pstāte: ac posteros Anthenoris ex Ilione pulsos: regnāte Latinis Ascanio Aeneæ filio. Insup Vincentius Gallicus historiographus uelle uidetur: Francorum reges hodiernos a filiis Hectoris antiquissimam originem habuisse: aiens a Francone quodā Hectoris filio

cum in extremã germaniã aufugiſſet: Sycãbriam ciuitatẽ cõditã;:& tractu temporis huius Franconis ſucceſſores ripas obſeruãtes Danubii in occiduũ deſcendiſſe:ac Marco mauro Priami filio & Samiõe ex poſteris Anthenoris ducibus:Gratiani Cæſaris auguſti tẽpore:tranſuadato Rheno eas in partes ueniſſe:quas ſemper poſtea tenuere:ſibiq; ex eis ducibuſq; reges conſtituere:& in poſteritatem longam atq; fulgida; deuenere.Quod & ſi multũ nõ credam: abſit ut oĩo negem: cũ omnia ſint poſſibilia apud deum.

De Aſtyanacte Hectoris filio. C.xxv.

Styanactes(ut ſæpiſſime in Iliade teſtatur Homerus: & Seneca poeta in Troade tragœdia)unicus fuit Hectoris filius ex Andromacha natus eide; poſt inchoatu; bellũ inter troianos & græcos:ut ſatis per Vrirgiliũ ſumi põt:ubi deſcribit Andromachã Aſcaniũ alloquentẽ.q; etiam ex tragœdia Senecæ præallegata colligitur: ubi du; ab Vlyſſe quæreret̃ in mortẽ:ut paruulorũ moris eſt:cõfugit ad matre;.Sed tandẽ ui agente græcis expoſcẽtibus redditus ante q; naues a Sigeo ſoluerent:ut quidã uolunt:e turri deiectus eſt:ut alii ſaxo illiſus:& ſic mortuus:ne ulla Priami generis libera ſupereſſet poſteritaſ Hunc Homero teſte Hector ut plurimu; uocabat Camandru;.

De Heleno x Priami regis filio. C. xxvi.

Elenus Priami fuit filius & Hecubæ uaticinio inſignis: ut de eo loquẽs teſtatur Virgilius dicẽs.Troigena interpres diuum q numina phoebi.Qui tropidas clarii lauros:q ſydera ſentis. Et uolucru; linguas:& præpetis oĩa pennæ Fare age &c.Huic ſunt qui dicãt a grecis indultu;:qa captus eis oportuna ad Troiã capiendã reuelaſſ;. Ipeſtã Ilione deiecto Pyrrho Achillis filio nauigationẽ ꝓhibuit: prædixitq; futurã peſte; nauigantibus.Quãobrem nõ ſolum a Pyrrho ſeruatus eſt:ſed ab eo in Epyru; deductus:& ibidẽ illi parte regni cõceſſa:cũ Hermionã rapuiſſet Horẽſti:Andromachã oli; Hectoris cõiuge;:quã loco uxoris tenuerat:illi cõiũxit cõiugio.Et tãde; cũ Pirrhꝰ ab Horeſte occiſus fuiſſet in tẽplo Apollinis:ut dicit Seruius. Moloſſum Pyrrhi filiũ:quẽ illi Andromacha pepererat:& eius regnũ ſeruauit.Qui quidẽ Helenus cũ regnu; ſuu; Chaoniã de noĩe fratris appellaſſet:ibidem ad inſtar Troiæ ciuitatem ædificauit:in qua Aenea; ꝓfugum ſuſcepit:& honorauit:& donatis muneribus interceptum dimiſit.Quis tamen illi fuerit finis non legi.

De Chaone Priami filio.xi. C.xxvii.

Haon(ut dicit Seruius)filius fuit Priami:ex qua matre non dicit hunc inſuper ait ab Heleno in uenatione inaduertenter occiſum & ob id quaſi in perditi fratris ſolatium regni portione;: quæ Heleno

fuerat a Pyrrho concessa: ab eodem Heleno Chaoniam nominatam.

De Troilo.xii.Ppriami filio. C. xxviii.

Roilus fuit Priami regis filius & Hecubæ: ut satis absq; testio nio notũ est. Hic aũt adhuc adolescẽtulus ausus aduersus Achil lem pugnam arripere ab eo occisus: ut patet liquido per Virgiliũ: ubi parte alia fugiens amissis Troilus armis;

De Deiphobo.xiii.regis Priami filio. .C.xxix.

Eiphobus filius fuit Priami ex Hebuca: qui cum multa in hostes egisset: dum se tutũ arbitraretur occubuit. Nam inter tumultũ capti Ilionis dormiens insidiis Helenæ: quã morte; Paridis coniuge; duxerat occisus: & turpiter laceratus fuit: ut apud Virgiliũ refert Ae neas: qui illũ insignia uulnerũ seruantẽ apud ĩferos describit ibi. At q; hinc Priamidem laniatum corpore toto. & infra per plures uersus.

De Polydoro.xiiii.Priami filio. .C.xxx.

Olydoros ego duos fuisse Priami filios cõperio: Nam unum ex hecuba suscepisse in tragoedia: quæ Polydorus ĩtitulatur: plenis sime asserit Eurypides. Alterũ uero ex Laothoi filia Althai suscepisse dicit homerus in Iliade: eũq; in pugna occisũ ab Achille. Nos aute; de prĩo prosequamur. Fuit ergo iste Priami filius & hecubæ: quem(ut dicit Eurypides)Priamus filiis ad futuros euentus cum maximo auri/ põdere misit in Thraciã ad Polymnestorẽ regẽ antiquũ hospitem: & amicum atq; generum suum: ut eum aleret: & cum auro seruaret. Sa/ ne cũ ia; in græcos lætiori uultu prospicere uideretur fortuna: cũ illa Polymnestor animũ uertit: & auri cupidus Polydorum in littore spa tiantem telis aggreditur: & frustra fidem implorantẽ occidit: cadẽtiq; tumulũ superiniecit: cui supercreuere mirti uirgulta. Hæc autẽ a Vir gilio scribuntur ibi. Hunc polydorum auri quõdam cum pondere ma gno. & infra per plures uersus: ĩ quibus etiam refert qualiter uirgulta ex his quædam fortuitu ab Aenea discerpta emisere sanguinem: & de mũ uerba: quibus ut fugam arriperet Aeneam præmonuit. Huius ex tremæ partis nil aliud tegit figmentũ: q; q; mirteta: quibus amica sũt littora ad instar iaculorũ emittunt uirgulta. Sanguis uero emissus mor tis uiolentam speciem designat: sic & uerba hominum consciorũ rela/ ta: per q̃ cõpræhenditur iniquitas occisoris: & monetur quis apud ta les moram non esse trahendam.

De Polydoro.xvi.filiis Priami. C. xxxi.

Olydorus hic alter a superiori & Lycaone filii fuerũt Priami: & Laothoi: ut satis apud homerum Lycaon ostendit Achilli dicẽs Te præcor achille miserere mei: iturus eni; tuus seruus sum: quo mise ris: te penes in conuiuio fui: du; me in uiridario cæpisti: & ĩ Lemnon

transmisisti: duodecima dies abiit: postq̃ ad Ilionem redii: & in tuas manus iteru; reduxit me deus: me iuuenẽ uides: quẽ genuit Laothoi filia Althai senis: qui belletessi dn̄abatur. huius aute; filiam Priamus habebat: & alias. Ex ista autẽ duo nati sum⁹: tu autẽ ambos iugulabis Certe primu; inter pedestres domuisti Polydorũ deo similẽ & percus sisti lancea: nunc aũt mihi infortuniũ paras: tuas effugere manus non possum: sed hoc in aĩo ponas quæso ne me interficias: nõ eni; ex uno uentre cum hectore sum: qui tibi sociu; interfecit &c. Verum Achil/les nil iuuantibus precibus: eum ignominiosis obiurgans uerbis in Camandrum flumen impulit: & in eodem misere periit. Pat; ergo ex uerbis huius Polydoru; hũc aliũ a primo fuisse: qui (ut testatur home rus) plurimu; diligebatur a Priamo: eo q̃ iunior filiorũ esset: & ob id non permittebat illũ in pugnã descendere. Vincebat eĩm hic celerita te pedum quoscũq; coetaneos: & mirabile; de se præbebat indolẽ. Ve rum die quadam nesciente Priamo armatus descendẽs in hostes inci/dit in Achillẽ: qui lancea eum percussit: & fractis obstaculis armoru; infelicem euiscerauit. Sed ipse uisceribus manu collectis dũ abiret de bllitatu, occubuit: nec potuit hector in eius salutem ueniens eu; e ma nibus mortis subtrahere.

De Esaco. xvii. Priami regis Troiæ filio. C. xxxii.

Sacus filius fuit Priami & Alysircæ Dimãtis filiæ: ut dicit Oui dius. Quãuis est illum proles enixa dimantis Esacon umbrosa furtim peperisse sub ida Fert alysirce &c. Hic ante bellum troianũ diu natus est: & mortuus paulo ante initiũ: ex quo talem recitat Ouidius fabula;. Erat huic ciuitas exosa: & libens nemora colebat & rura. Cõ/tigit die una ut uideret hesperiem uirginẽ capillos pectentẽ suos atq; siccantẽ: & eius caperetur formositate: que; cũ uidiss& Hesperies ad se accedentem: confesti; fugã arripuit. hic uero dũ illã feruẽter seque retur: & contigiss&: ut uirgo fugiens ab angue ĩter herbas latente mor deretur: & moreretur ex morsu: acri dolore concussus in desiderium mortis incidit: & ex scopulo ꝓximo se in mare præcipitem dedit: cu ius miserta Tethis eum mutauit in mergum nondum sic uocitatum. Ipse tamen uitam spernens: dum sæpe mergeretur moriturus ĩ undas mergi nomẽ sortitus est. hunc Priamus & filii ficto illi tumulo fleuere diu: eo q̃ si uita mansisset: Hectore non uidebatur inferior uirib⁹ Eũ autem in mergum ideo uersum dicit Theodontius: quia uiuus descen dit ad ima: & ab aquis mortuus in altum reductus est. Ego autẽ puto ideo in mergum uersum creditum seu dictum: eo q̃ qui nare non no/runt: si in aquas cadunt: ante q̃ moriantur: & merguntur: & in altum sæpe redeunt more mergi. Seu forte sic contigit ut dum in a/quas cecidisset Esacus: & remansiss& in fundo: mergus qui ante aquas

intrauerat: tunc eas exiens euolauit: & hinc sumptum Esacum in mergum uersum.

De Antipho.xviii.& Iso.xix.filiis Priami. C. xxxiii

Ntiphus & Isus Priami fuere filii. Verū Antiphus ex Hecuba susceptus est: cū naturalis Isus existeret: ut auctoritate cōstat Homeri: qui in Iliade de ambobus sic ait. Ille aūt iuit isonq; & antiphon interfecturus filios duos Priami nothum & legitimū: ambobus in uno curru existentibus: sed nothus frena regebat: Antiphus autē trāsibat & cætera. Restat igitur ꝙ Isus erat nothus: qui frena regebat. Hi tamen ambo: ut erant ab agamēnone in pugna una hora occisi sunt: & ob id iunctos apposui.

De Teucro.xx.Priami filio. Ca. xyxiiii.

Eucer(ut affirmat Barlaaʒ)filius fuit Priami ex nympha suscept⁹ Anthiodona. Nec ē hic is: a quo Teucri appellātur troiani. nam ille longe fuit antiquior: & filius Scamandri Cretensis: q ob penuriaʒ frugum relicta Creta uenit in Phrygiam: & cuʒ Dardano & Erictonio regnauit. Hunc tamen dicit Barlaam bello nō īterfuisse: cum paulo ante dum in Bebritiis syluis uenaretur ab ingenti urso laceratus fuisset.

De Dicomoonte Priami.xxi.filio. C. xxxv.

Icomoontes filius fuit Priami: ex qua tamen matre non habetur sed naturalem satis per Homerum apparet in Iliade dicētem de eo sic. Sed filium Priami nothum percussit dicomoontē. Hic ab Vlixe occisus est in pugna: ut in textu sequitur Homeri: & hoc in uindictaʒ Leuci sotii Vlixis occisi ab Antiphone filio Priami.

De Echemone.xxii.& Cromenone.xxiii.filiis Priami. C.xxxvi.

Chemon & Cromenon Priami fuere filii naturales: de quibus in Iliade sic dicit Homerus. Vbi filios Priami duos cæpit Dardanidis in uno curru existentes Echemona & Cromenonem. Hos enim duos(ut satis per sequentia Homeri uerba pʒ)Diomedes peremit in pugna.

De Gorgitione.xxiiii.Priami filio. C. xxxvii.

Orgition ex Castimira Priami fuit filius: ut ī his testatur Homerus. Et hunc certe fefellit. Hic aūt irreprehensibileʒ Gorgitiona filiū amplū Priami per pectus percussit telo. Hunc(ut postea sequitur in textu)Priamus ex castiamira in Eusma ciuitate propinqua Troiæ suscepit: q postea in certamine apud Troianuʒ a Theucro Thelamonis filio confossus occubuit.

De Cebrione.xxv.Priami filio. C. xxxviii.

Ebrion filius fuit Priami: ut per Homerum apparet ī Iliade dicētem. Cebrionem nothum filium gloriosi Priami. Iste Cebrion(ut idem Homerus in Iliade dicit)in pugna penes Troiam Patroclo saxo

ictus interiit.

De Phorbãte.xxvi.Priami filio: q genuit Ilioneũ. C.xxxix.

Horbas filius fuit Priami & Ephithesiæ filiæ Stasippi migdonii ut dicit Paulus: quẽ adeo senẽ tẽpore belli fuisse scribit: ut potius frater q̃ filius Priami uideret: & ob insitam armorũ uirtutẽ non obstantibus annis etiã ꝓhibente Priamo in certamen sæpius descendit: & tandẽ a Menelao gladio obtrũcatus est.esto dicat Seruius: & in testem inducat Homerũ: hũc Phorbantẽ nũq̃ pugnasse: quin sibi fauisset Mercurius: quod ego miror in Iliade nõ inuenisse: dato credibile sit: nõ omnes q in certaminib' illis pugnauere ab Homero positos Quis autem huic fuerit finis legisse nõ memini.

De Ilioneo Phorbantis filio. C.xl.

Lioneus Phorbantis fuit filius: ut asserit Paulus: quod ẽt testatur Seruius.Quãtus uel qualis hic in armis fuerit apud Troiã nõ legi.Verũ(ut per Virgiliũ pꝫ) eloquẽtia ualuit plurimũ. Nam ipse fuit qui secutus Aeneam post Ilionis excidiũ Didonem pro salute sua atq̃ sotiorum orauit: & eloquio placuit: & cũ iam in italiam uenisset Aeneas: ad Latinuꝫ regeꝫ princeps legationis fuit.

De Doridone Priami filio.xxvii. .C.xli.

Oridon teste Homero naturalis Priami fuit filius.dicit eĩm ĩ Iliade sic.Aiax troianis insultans accepit.i.occidit Doridonem Priami nothum filium.

De Pammone.xxviii.Anthiphõe.xxix.Agathõe.xxx.Hippothoo xxxi.& Aganõe.xxxii.filiis Priami. C.xlii.

Ammonẽ: Anthiphoneꝫ: Agathonem: Hippothoũ: & Aganonem filios fuisse Priami his carminibus in Iliade demõstrat Homerus.Irato sene hic aũt filios proprios clamat iniurians Helenũ pariq̃ Agathonẽq̃ gloriosum.Pammonẽ Anthiphonẽq̃ & uoce bonũ Politon.Deiphobũq̃ & Hippothoum: & diuuꝫ Aganonem. Hos quidem oẽs in hac parte dicit Homerus iturus nocte Priamus ad Achilleꝫ redẽpturus cadauer Hectoris irat' clamabat ad ꝑparãdos sibi currus: & alia opportuna.ex quibus concepti matribus: seu quid ex eis postmodũ contigerit: nec dicit homerus: nec alibi memoratos ĩuenio

De Laocoonte.xxxiii.Priami regis Troiæ filio. .C.xliii.

Aocoontẽ Priami fuisse filiũ & Apollinis sacerdoteꝫ: undecũq̃ habuerit Papias affirmat. Ex quo quidem mentionẽ facit Virgilius dicens.Primus ibi ante omnes magna comitante caterua Laocoon ardens summa decurrit ab arce & cetera. Dicit quidem Virgilius ꝙ hic percussit hasta equum paratum a græcis: & ob id a duob' draconibus duos filios suos paruulos deuoratos: & ipse demũ ab isdem

captus & circūflexus: tamen utrū fuerit occisus non satis apparet: nec aliud inde dicit.

De Mistore.xxxiiii.Priami filio. C. xliiii.

Istor filius fuit Priami: ut in Iliade ostēdit Homerus: ubi cōqueritur Priamus: quod omnes filii sui: qui optimi erant in armis occisi sūt & inter alios nominat istum Mistorem.

De Iphate.xxxv.& Testorio.xxxvi.filiis Priami. C. xlv.

Phates & Testorius (ut dicit Paulus) filii fuerūt Priami: quos illi uno partu Peruia Idea nympha enixa ē: quā ipe furtī iuuenis in uenatione cōpræsserat. Cuius quidem rei testimonio utit Homeri: esto quo in libro non scripserit. Addit insuper eos ineūtes una acriter pugnam apud Ilionem ab Anthiloco Nestoris filio trucidatos.

De Thimoete.xxxvii.Priami filio. C. xlvi.

Himoetē dicit Serui9 Priami & Arysbæ fuisse filiū: ubi aduertē dū Thimoetē (ut testatur Ephorion) uatem fuisse: qui cum dixisset die quadam nasci puerum: per quem Troia posset euerti contigit: ut ea die quæ a Thimoete prædicta fuerat parerent æque Thimoetis coniunx & Hecuba. Quāobrē ad euitandum præsagiū Priamus Thimoethis natum filium uxoremque iussit occidi: Et hinc tractu temporis factū est ut Thimoetes iniuriæ memor aduersus patrē sētiret īpditione ciuitatis. Quod satis uidet ex uerbis Virgilii cōcipi dicentis. Pars stupet īnuptæ donū exitiale mineruæ: Et molē mirant equi: primusque thimoetes Duci intra muros hortatur & arce locari. Siue dolo seu iam troiæ sic fata ferebant &c. Alii uero uolūt Thimoetem filium nō fuisse priami: sed Arysbæ uirū: ex qua Priamus filiū suscepit: quem mox cū matre fecit occidi: ut supra dictū est: & Thimoetes postea tam ob mortē cōiugis: quam ob ppetratū in ea a priamo adulteriū aduersus patriā cū græcis sensisse.

De Polite.xxxviii.Priami filio: qui genuit Priamū. Ca. xlvii.

Olites filius fuit Priami: ut carmine Virgilii sumitur: ubi dicit. Ecce autē elapsus pirrhi de cæde polites Vnus natorum priami &c. Nec multo post si quis leget aduertet facile Hecubæ etiā fuisse filium. Hic aūt polites cum multa egisset in bello pro patriæ defensione. Tandem ciuitate capta a pyrrho Achillis filio ī sinu priami patris spectante Hecuba infelix occisus est.

De Priamo Politis filio. C. xlviii

Riamus filius fuit Politis secundum Virgilium ī Aeneide dicentem. Vna acies iuuenum ducit quam paruus ouantem Nomē aui referēs priam9 tua clara polite Progenies auctura italos &c. Hūc æneas paruulū ex excidio secū deduxerat ascanii filii sotium.

De assaraco Troili regis Troiæ filio q genuit Capi. C. xlix.

Nfælici Laomedontis Troili regis filii prole in finem usq; pduc ta: ut ad Assaracū eiusdē Troili regis filiū retro trahamus cala mū; necesse ē: ut uetustissimos romani nōis proauos: & Dardani pro lem integram designemus. Fuit igitur Assaracus Troili regis Troiæ fi lius: ut ubi de fastis testatur Ouidius dicēs. Huius Erictonius tros ē generatus ab illo. Assaracū creat hic &c. Gestorū huius assaraci nulla extant monimenta: sic oīa uetustas absorpsit: sed propagatæ sobolis claritas non minus illū reddit illustrem: q̄ infortuniū ingens deiecti ilionis reddiderit. Nam uti ex audatia nimia ilionadum generis deso- latio subsecuta est: sic ex humanitate prolis Assaraci Roma rerū do- mina constructa: & Cæsarum familia propagata fulgentis apud mor- tales gloriæ testimonio sempiterna.

De Capi filio Assaraci: qui genuit Anchisen. C. l.

Capiz Assaraci fuisse filiū etiā ubi supra testatur Ouidius. Tros est generatus ab illo. Assaracuz creat hic: assaracusq; capi. &c. Et huius Capis sicut & Assaraci facinora æque aboleuit antiquitas in lucem tamen modo reseruato q̄ Anchisen genuerit generosæ succes sionis gentis Iuliæ parentem iuclytū: & inclytæ pietatis filii testimoni um sempiternum.

De Anchise filio Capis: qui genuit Ippodomiā & Aeneā. C. li.

Nchises fili⁹ fuit Capis: ut idē Ouidi⁹ ubi supra genealogiā Ae neæ cōtinuās dicit sic. Assaracū creat hic: assaracusq; capi. Pro ximus anchises &c. Hunc sunt qui dicant ante Troianuz bellum ciui tate relicta nemora & solitudines coluisse armentis intētum & gregi- bus: circa quæ utplurimū fuere diuitiæ antiquoruz. Quis cuz apud sy meontem uacaret fluuium: a Venere dilectus est: & eius ē amicitia at q; concubitu usus adeo: ut ex illa susceperit Aeneam filiū. Constat ta men & coniugem habuisse: cum ex ea dicat homerus filias suscepisse. Euz cæcum fuisse dicit Seruius: & ob id Troianorum consiliis non in tersuisse. Cæcitatis causam nōnulli dicunt fuisse quia se cum Venere concubuisse iactasset: & inde ab eadem luminibus fuisse priuatuz. Cap to autem Ilione & inceso: uolente eum secuz trahere Aenea: ut testa tur Virgilius: potius q̄ abire uellet constat mori dispositum. Verum dum flāmulaz absq; lesione capiti Ascanii insidentē uidisset: capto o- mine fausto filio obtēperasse legitur. Male tamen conueniūt opiniōes Virgilii & Seruii: quoruz alter cæcum dicit: alter flāmulaz uidisse asse rit. Abiit autem cuz fugiente filio ab ipso Aenea humeris per ignes: & mille uolantia tela subtractus: & nauibus usq; Drepanum Siciliæ oppidum deuectus est: & ibidem senio mortuus: & in monte ericis sepultus: & hoc secundum Virgilium. Alii tamen aliter sentiunt. nam Cato in italiam usq; uenisse confirmat. sed Seruius dicit Varronem

dicere ossa Anchisæ iubente oraculo a Diomede direpta & asportata demū cū multa mala perferret ab eodē Diomede cū Palladio restituta Quod quidem Virgilius ipse tangit: dum iratam Didonem aduersus Aeneam loquentem describit: atq; dicentē. Anchisæ cineres manesue reuelli &c. quasi uelit dicere: ñ ego hoc feci sicut Diomedes. Præterea uidetur uelle Seruius hanc ob causam a Virgilio in persona Aeneæ di ctum. Iterum saluete recepti. Ne quicq; cineres animæq; umbræq; pa rētis &c. Quasi semel ex Troia suscepti sint: & a Diomede iterū. Vbi tñ per hæc mortuus sit cōprehēdi nō pōt: sed uidentur uerba Seruii eo pendere: ut apud Troiam ante captam urbem obierit. Suscepisse au tem Anchisem ex Venere filium qualiter intelligā infra ubi de Aenea seruandum duxi. Quod autem ob iactationem ab ea cæcatus sit: sic in telligendu; existimo. Consueuere nōnulli iuuenes inter præcipuas foe licitates suas frequentes enumerare coitus: & plurium mulierum ami/ citias: quasi ex hoc uelint: q; eorum formositas ueniat cōmendanda: eo q; a multis aut desyderentur: aut suscipiant̃ foeminis: sic & robur extollatur: q; in coitum ualentes perseuerantesq; appareāt: ex quo q dē crebro coitu persæpe ægritudines oriuntur: & plurimū uirtutes de bilitātur: corporeæ: & uisiua potissime. Nam certissimū ē nōnullos: ñ solum in breuē uisum: sed in cæcitatem integram ob coitū deuenisse. & præcognito ob iactationes defectu dicuntur: & merito a uenere ob cæcati. Sic & Anchisæ contigisse potuit: quia ueniens in defectū uisus ob iactatos coitus euenisse dictū sit. Sane ne uideatur seruiū a Virgi/ lio discrepare: potuit in Anchise esse uisiuā uirtutem debilitatā adeo: ut aut non discerneret quæ in conspectu essent: aut nō nisi ex ꝓximo uidere posset. Quos tales ueteri quadam consuetudine loquēdi cæcos dicimus: esto & solis radios: & ignis uideant flāmas: & sic potuit An chises cæc⁹ eē: ut dicit Serui⁹: & flāmulā uidere nepotis: ut dicit Vir gilius. Huic præter Aeneam fuere ex cōiuge filiæ: ex qb⁹ sola Hippo/ damia nominatur.

De Hippodamia Anchisis filia. C. lii.

Ippodamia (ut in Iliade placet Homero (filia fuit Anchisæ: & an/ tiquior filiarum: ut appareat eū alias habuisse filias. Hæc formo sa plurimū fuit parentibus dilectissima: quæ tamen fuerit mater nō ha bemus. Eamq; tamen in coniugem tradidere Alchataoni troiano: qui postea ab Idomeneo cretensi in pugna apud Troiam occisus est. De re liquis aūt filiabus nec Homerus ipse: nec alter: quē ego legerim aliqd refert.

De Aenea Anchisæ filio: q genuit Iuliū Ascaniū & Siluium postumū. C. liii.

Eneā filiū fuisse Anchisæ & Veneris: & poetæ ueteres prædicant

& moderni. Hic autem & si plurimum extollatur Homeri carmine tā ta tamen carminis Virgilii ueneratione armis & pietate cantatur insi/ gnis: ut non solum barbaris: sed latinis cæteris præponatur a græcis. Sic fert fortuna rerū. Habuit Achiles Homerum: & Aeneas Virgiliū tanta potentes eloquentia: ut respectiue illaudati cæteri uideant mor tales. Esto æuo nostro tertius exurgat Scipio Africanus non minori gloria: maiori tñ iusticia delatus in æthera uersu uiri celeberrimi Frā cisci Petrarchæ nuper Romæ laurea insigniti. Tanta enim facūdia & lepiditate sermoīs in medium trahitur: ut fere ex tenebris longi silen/ tii in amplissimam lucem deductus uideatur. Aeneas igitur (ut paulo ante scriptum est) ex Anchise & Venere apud symeōtem fluuium na tus est: & iam ætate prouect⁹ Creusam Priami & Hecubæ filiam uxo rē habuit: ex qua filiū suscepit Ascaniū. Et ut quidam scribunt: Pari/ di eunti in græciam: & in raptu Helenæ sotius fuit. Tandem cum iam græci obsidione Ilionē cinxissent: & illum crebris certaminibus expu/ gnar̄ conarētur: sæpe in pugnam descendit: sed inter alias uices semel aduersus Achillem congressus: cum esset in discrimine maximo: ut in Iliade dicit Homerus: allocutus est Neptūnus deos: & ꝓcatus: ut Aeneam morti subtraherent: ne omnis dardania proles occumberet. Quod a Iunone: quæ plurimum erat troiāis aduersa: ut ipse facere cō cessū est: & sic Neptunno tūc agente Aeneas e manibus Achillis sub tractus est (& ut ibidem tangit Homerus) Italiæ reseruatus. Qui & si multa clara facinora apud troiam egerit: secundum tamen quosdam proditionis patriæ macula notatus est: & inter alia trahit̄ in argumen tum: ꝙ incolumis cū filio & nauigiis: & parte copiarum abire ꝑmiss⁹ sit: cum fere in cæteros sit sæuitum. Alii tamen dicunt hoc illi ꝑmissū loco muneris: quia legatorum Græcorum ad Priamū uenientium ho spes fuerit assiduus: & quia semper ī consiliis troianorū damnosum dixerit Helenā detineri: suaseritqꝫ restitui Sed qualitercūqꝫ factū sit: Virgilius dicit: ꝙ capta troia: cum ipse frustra in defensionem patriæ laborasset: sumptis diis penatibus sibi ab Hectore per quieteꝫ cōmē/ datis: & patre sene: & filio paruulo: matre dea monstrante uiā deuenit ad litt⁹: & ibi. xx. nauibus sumptis: cum quibus īadudum Paris ī græ ciā iuerat: intrauit mare: & ī thraciam traiecit: ubi a Polydoro: cuius in littore tumulum inuenit monitus: ut aurum littus effugeret: condi dit ciuitatem: quaꝫ de suo nomine nuncupauit æneā: de qua Titus Li uius libro. xl. ab urbe cōdita dicit. Aeneā ciuitatem propinquā Thes/ salonicæ ab Aenea troiano olim conditam: de qua ipse idem Titus Li/ uius sic. Proficiscuntur a Thessalonica Aeneā ad statutū sacrificium: quod Aeneæ conditoricum magna cerimonia quot annis faciunt &c. Et inde cū nauib⁹ iterū reintrasset oraculo uetustissimas auorū sedes

petiturus ĩ cretam abiit: & ibidem pulso iam Idomeneo rege a creten sibus: quasi ad sedes uenisset aurũ: eo ꝙ inde Teucer Scamandri fili⁹ fuerit: qui una cum Dardano imperauerat dardaniis cõstitit. Verũ et inde peste pulsus factus certior quia Dardanus fuisset italus: Italiam petere disposuit: & inde in Chaoniam uenit: & ab Heleno uate de fu/ turis edoct⁹ siciliam petiit: & apd Drepanum (ut Virgilio placet) An chisem perdidit: & reascensis nauibus tẽpestate in africã delatus est: ut ait Virgilius: cum alii negent: ubi a Didone regina susceptus: cum septem iam errasset annis: cũ qua aliquandiu fuit eius amicitia usus & lecto: si hoc Virgilio credendum est. Inde autem superum monitu di scedens: iterum uenit in siciliam ad Acæstem: & ludis Anchisæ anni/ uersariũ celebrauit magnifico sũptu: & Acæsta ciuitate cõdita: & pte suorũ ibidẽ derelicta: dũ Italiam peteret: Palinurũ magistrum classis pdidit. Inde uenit in baianũ sinum: & ductu Sibyllæ descendit ad in/ feros: & ad elysios usqꝫ cãpos penetrauit: & cõperto patre Anchisæ: omnẽ suam posteritatẽ eo monstrante cognouit. Inde ad superos re/ diens persolutis Meseno tubicini funeralibus Caietam nauigauit: ibi Caieta nutrice defuncta ciuitatẽ posuit: eamqꝫ nutricis noĩe appella/ uit. Porro in Italiam. i. ad hostia tyberis appulit: usqꝫ quo dicit Serui⁹ illi nõ defuisse Veneris uisionẽ: quam cum amplius non uidisset: arbi tratus est se ad prædestinatum locũ uenisse: & debere consistere. Vbi primo Euandri regis amicitiã habuit: & inde latini regis laurentũ: q illi Lauiniam filiam Turno rutulorũ regi ante promissam iuxta respõ sum oraculi dedit in coniugẽ. Quam ob causam a Turno grandi bello lacessitus ẽ: fultus tamẽ auxiliis Euandri archadis & tuscorũ in odiũ Mezentii regis agelliæ regnũ obtinuit coniugis. De morte autem eius diuersimode opinati sunt antiqui: cum dicat Seruius Catonem dicere iuxta laurum lauinium: cum Aeneæ socii prædas agerent proelium cõ missum: in quo Latinus occisus est ab Aenea: qui tñ Aeneas in ipso prœlio nõ cõparuit. Ascanius postea Mezentiũ interemit. Alii dicũt ꝙ uictor Aeneas cũ sacrificaret super numicũ fluuium: lapsus est: & eius nec cadauer inuentum ẽ. Quod Virgilius eleganter tãgit: ubi Di donem morituram eum execrantem inducit: atqꝫ dicentem. At bello audacis populi uexatus & armis Finibus extorris complexu auulsus iuli Auxilium imploret: uideatqꝫ indigna suorum Funera: nec cum se sub leges pacis iniquæ Tradiderit: regno aut optata luce fruatur. Sꝫ cadat ante diem: mediaqꝫ inhumatus harena. Hoc precor &c. Præte/ rea sunt q dicant eũ occisum a Turno: uoluntqꝫ a Virgilio sub artifi/ ciosa fictiõe describi: ubi medio ĩ ardore certaminis ostendit Iunonẽ mortẽ Turni timere: & inde ut illũ e pugna subtrahat: effigiem dicit Aeneæ sumpsisse: In quem confestim dicit Turnum conuersum: &

Aeneam fugientē dicit in naues: quæ in numico erant flumine: & ī eas usq; secutum a Turno. Quod uolunt ſm historiae ueritate; non Iuno nem fuisse in Aenea; mutatam: sed ipsu; Aeneam qui arma Turni fu giens ab eodem apud numicū occisus est. Quod & in superiorib' car minibus pro parte p;: nec alibi potuit tacuisse Virgilius dum in eodē libro Venerem inducit orantem Iouem atq; dicentē. Incolumen asca/ nium liceat superesse nepotē. Aeneas sane ignotis iactetur ī undis. Et quacūq; uiam dederit fortuna sequatur &c. Vbi si inspiciamus cu; ia; non sit amplius Aeneas: Venus quæ hucusq; fuerat sollicita de eo: o rat nūc pro nepote Ascanio. & Ouidius in maiori uolumine istud idē tenere uidetur: dum dicit. Littus adit laurens; ibi tectus arūdine serpit In freta flumineis uicina numicius undis. Hunc iubet aeneæ quæcūq; obnoxia morti Abluere: & tacito đferre sub æquora cursu. Corniger exeq; ueneris mādata suisq;. Quicqd ī aenea fuerat mortale repugnat &c. Et hoc idem arbitrari uidetur Iuuenalis: du; dicit. Alter aquis: al ter flāmis ad sydera missus &c. Intelligit. n. de Aenea & Romulo: qa Aeneas in aquis periit: ut prædictum est. Romulus aūt apud caprea; paludem fulminibus & turbine subtractus est. Qui ambo apud roma/ nos præcipua deitate honorati sunt. Nam & ipse Aeneas quocūq; mo do subtractus sit ab indigenis deus habitus: & Iuppiter indigites ap/ pellatus est. Huius quidē historia aliquibus figmentis īmixta est: quo rum uidere ratione; ordo exigit. Aeneam igitur Veneris fuisse filium non æquo modo ab omnibus acceptum est. Quida; enim uolunt in na tiuitate aeneæ Venerem cæli dominā fuisse: & ad eam demonstratio/ nem futurorū successuu; pertinuisse: & huius dominii opere multa ae neæ contigisse: quæ ex industria a Virgilio sub figmentis abscondita sunt: quæ ad præsens elucidare non est incæpti huius ītentio. Alii ue ro eum natū uolunt ea hora qua uenus ineunte matutino tempore sur git: & ideo eius filium dictum uolunt: quasi uideatur eum in lucem dū surgeret eduxisse. Alii uero adeo formosa; fuisse matris eius existimāt ut perdito proprio nomine Veneris nomen adepta sit: ex quo dixisse Virgilium putant. Coniugio Anchisæ ueneris dignante superbo. Alii autem intra piorem declinantes opinionem arbitrantur ideo eum ue neris dictum filium: quia non ex coniugio: sed ex concupiscibili cō iunctione natus sit: sumentes incongruum uideri: tanti hominis in/ cognitam matrem fore: si Anchisæs extitisset coniunx. Sed ad il/ lecrebrem celebris uiri notam contegendam deam illi ueteres finxis/ se matrem. Ego quidem uerum puto matrem eius ob aliquod meritu; Venerem cognominatā: ut quosdam arbitrari prædixi: nec obstat ei' uerum nomen fore incognitum: nam nec Priami: qui tantus fuit rex: nec etiam Agamemnonis: nec multorum aliorum insignium regum

atq3 uirorū. Et absit ut credam: q spurio pastoris Priamus tā grandis rex filiam Creusam dedisset in coniugē. Quod aūt Neptūni præcibus ex Achillis pugna subtractus sit: non quod aiebat Leontius uerū cre do. s. q agente constellatione contigerit: quinimo potius puto: quia cir ca naualia: quæ ad Neptūnū spectare uidentur: ī quantū deus dicitur maris: potuerit aliquid contigisse: propter quod exigente opportunita te reuocatus achilles æneæ certamen omisit. Quod aūt a Iunone hoc permissum sit Neptūno: arbitror ad futura prospexisse fingentem: eo q italico regno reseruaretur Aeneas: & ob id regnorum dea salutē fu turi regni curari permisit. A Polydoro autem in littore sepulto iō mo nitus dicitur: quia eius infortunio īspecto cognouit si consisteret thra ces illi futuros hostes: & ideo inde fugiendū fore. Quod autē Venus usq3 in agrum laurentum se lumine suo ducē illi exhibuerit: & eo ibi dem existente non comparuisse ulterius: constellationi agenti in cōcu piscibilem appetitum attribui potest: nam tādiu nauigando processit: q̄diu distulit inuenire quod placuit: quo inuento: cessauit impellentis ducatus. Quod ad inferos ierit intelligendum puto: eum egisse qd olī fere familiare fuit maximis gentilium regibus uelle: scilicet ab īmun dis spiritibus per scelestum illud nigromantiæ sacrū de futuris certifi cari: quod quidem in sinu baiarum apud lacum auernum: qui talibus erat locus aptissimus: facturus accessit: & occiso Miseno suo sanguīe litasse inferis & cerimoniis aliis detestandis egisse: ut aliquis ex īmūdis spiritibus ui cantaminum prouocatus ad superos uenīes: & sumpto fā tastico corpore coram comparuerit: & ad interrogata responderit: & forte illi nonnulla de futurorum successu prædixerit. Deificatio autem sua nil aliud est: q̄ insipientium ridenda fatuitas. Credo enim eum in inimico flumine nectum: & in mare deuolutum: & tuscis piscib' escā fuisse laurentibus.

De Ascanio Aeneæ filio: qui genuit Iulium Siluium & Rhomam. C. liiii.

Ascanius (ut Virgilio placet) non solū Aeneæ filius ex Creusa su sceptus fuit: sed & fugæ & laborum in regnum quærēdo sotius ut ipse per omnem æneidā diffuse testatur. Sane Titus Liuius: cui ad ueritatem historiæ cura fuit impensior non plene affirmat Creusæ an Lauiniæ fuerit filius: cum dicat. Non dum maturus imperio Ascani' Aeneæ fili' erat: tamen id imperium ad puberem ætatem ei īcolume māsit: tātisp tutela muliebri: tanta īdoles in Lauina erat: res latina & regnum auitum paternumq3 puero stetit: haud ambigam. quis enim re tam ueterem pro certo affirmet: Hiccine fuerit Ascanius: an ma ior q̄ hic creusa matre Ilio incolumi natus: comesq3 inde paternæ fu gæ quem Iulum eundem Iulia gens autorem nominis sui nuncupat. Is

Ascanius ubicūq; & quacūq; matre genitus certe natū Aeneæ con/
stat &c.hec Titus.Eusebius uero in libro tēporum Ascaniū Creusæ
filiu; arbitratur:& alium ex lauinia natu; Syluium posthumū appellat
Ascanius aūt apud Troiam matre; perdidit:& cum patre aduers⁹ ho
stes(ut per Virgilium late p;)strenue se gessit:eiq; plura fuere nomīa
ut Seruius asserit.Nam præter Iulum & Ilum:quibus uocatus est:ut
dicit Virgilius.At puer ascanius cui nunc cognomen Iulo Addit:Il⁹
erat dum res stetit ilia regno &c.Hic etiam dardanus & Leodamas ap
pellatus est ad extinctorum fratru; solatiu;.Et sic p; Aenea; alios ex
Creusa præter Ascaniū suscepisse filios. De nominibus tamen huius
dicit Seruius sciendū hoc primū Ascaniū ab Ascanio phrygiæ flumi
ne dictum:ut transq; sonante; Ascanium.Deinde Ilum dictū a rege il
lo:unde & Ilium.Postea Iulum occiso Mezentio a prima barbæ lanu
gine:quæ in tempore uictoriæ nascebatur.hic tamē Ascanius:ut pau
lulu; Virgilium sequamur:adhuc paruulus futuri imperii portentum
suscepit.Nam disceptantibus patre & auo de futura fuga:flāmula q̄/
dam nullā inferens lesionem eidem in uertice capitis constitit:etia; pa
rentibus illam extinguere conantibus demu;(ut dictum est) fugæ co/
mes multos cum patre labores tulit.Et cū Aeneas rebus esset absolu
tus mortalibus & ipse successor regnum sumpsisset:bellum a patre in
choatum uictoria terminauit. Nam alii illum occidisse Turnum: alii
Mezentiu; dicunt.Verum dicit Seruius ꝫm Catone; historiæ hoc ha
bet fides.Aeneam cum patre ad Italiam uenisse:& propter inuasos a/
gros contra Latinum Turnūq; pugnasse:in quo prælio periit Latin⁹.
Turnum postea ad Mezentium confugisse:eiusq; fretum auxilio bella
renouasse:quibus Aeneas Turnusq; pariter rapti sunt. Migrasse po/
stea in Ascanium & Mezentium bella:sed eos singulari certamine di
micrasse:& occiso Mezentio Ascanium Iulium cœptū uocari:ut pau
lo ante dictum ē:Hic aūt ut ait Eusebius cum.xxx.annis regnasset:a
pud Lauinum Albam condidit:& Syluium posthumū fratrem suum
summa pietate educauit.Alii amplius hoc recitant asserentes eū ab a/
micis redargutū:ꝙ Lauinia; nouercā:quæ ob timore; eius confuge/
rat in syluas:in exiliu; detinere uideretur:quā ipse reuocauit:eiq; pa
ternu; restituit regnu;:cū ipsæ iam ad albam transitu; facere dispos u
isset.Ipsæ tamen procreauit filium:quem eo ꝙ casu in syluis natus sit:
Iulium Syluiu; appellauit:a quo familiam Iuliam ortā nōnulli uolunt
Tande; cū inter Lauinū & albam:quā condidit.xxxviii.regnasset an
nis:in mortē ueniens:quia filiū pp ætatem paruulū regendis ciuibus
nō cerneret aptum:syluiū posthumū fratrē suu; regni reliqt hæredē

De Iulio syluio Ascanii filio. C.lv.

Vlius Syluius secundũ Titũ Liuiũ fili⁹fuit Ascanii:& qa ĩ syl/
uis casu natus sit:Syluius cognominatus ẽ:& ab eo iulia gens ꝓ
cessit:cũ p̃ri Ascanio ĩ regno successerit.Eusebi⁹ tamẽ ĩ libro tẽporũ
eũ Ascanii fuisse filiũ dicit:sꝫ qm̃ eo moriẽte paruus esset: nec regno
uideret̃ idoneus:Syluio posthumo fr̃i suo regni successionẽ reliquit.

De Rhoma Ascanii filia. C. lvi.

Homa filia fuit Ascanii:ut scribit Solinus de mirabilibus mũdi
dicẽs Agathoclem scribere nomẽ urbis Romæ ab hac Rhoma
Ascanii filia & æneæ nepte ĩitiũ habuisse:cum scriberet Eraclides: ꝙ
cũ capta Troia qdã achiui ubi nũc Roma ẽ deueĩssẽt:& ibidẽ capti
uæ cui Rhoma nomẽ erat consilio sedes sũpsisse:& ab eadem locum
denominasse.

De Syluio posthumo Aeneæ filio:q genuit Aeneã Syluiũ.C.lvii.

Yluius posthum⁹ secũdum Virgiliũ Aeneæ ex lauinia fuit filius.
Hic post mortẽ Aeneæ natus ẽ:& iõ posthumus:qđ ẽ generale
nomẽ nascentiũ post hũanũ patrẽ.Syluius aũt(ut placet multis)dict⁹
est : eo ꝙ lauinia mortuo patre Latino:atqꝫ Aenea uiro: & occupato
ab Ascanio regno: eius metuẽs ĩperiũ:ĩ syluas ꝑgnãs secessit & ibidẽ
latuit:atqꝫ peperit:& iõ natũ ĩ syluis Syluiũ appellauit. Sãe:ut supra
dictũ ẽ:Ascanius reuocata nouerca ĩ patriũ regnũ:frem Syluiũ fr̃na
educauit affectione:& cũ moreret̃ exñte Iulio Syluio paruulo adhuc:
eũdẽ Syluiũ fratrẽ suũ regni reliquit hæredẽ:q Aeneã Syluiũ genuit
Porro britones eorũ puto barbariẽ nobilitate cupiẽtes:huic filiũ unũ
addũt dicẽtes eũ Brutũ quẽdã ẽt genuisse ex nepte Lauiniæ mr̃is suæ
Cui⁹ ĩ natiuitate aiũt mathematicũ dixisse:qa occideret utrũqꝫ paren
tẽ:ex quo factũ ẽ:ut partu suo moreret̃ mater:& ipse tãdẽ cũ adolle
uisset ĩ uenatõe patrẽ ĩaduertẽter occidit.Quã ob causã pulsus Italia
aiũt eũ ĩ leogræciã ĩsulã græciæ abiisse:& respõso accepit sibi deberi
extremi occidui ĩsulã.Qui Pãdrasii regis græci filia ĩ cõiugẽ sũpta cũ
sotiis ꝑ trieniũ nauigãs una cũ Corniueo troiano superato Gopherio
æqtanorũ rege Albionã ĩsulã :quã ĩcolebãt gigantes supasse eãqꝫ ex
suo noĩe Britãniã nũcupasse:& a Corniueo Cornubiã:& ĩde aiũt euꝫ
Brutũ aliũ genuisse cognomẽto uiride scutũ: & hĩc aliũ ĩsulæ regẽ ge
nitũ:& ĩde aliũ:& ĩ numerabilẽꝓcedũtꝓlẽ:q̃ qm̃ mihi nec uera: nec
uerisimilia uisa sunt:omittẽda cẽsui.Posthumus aũt cũ ãnis. xxxviii.
regnasset:Aenea Syluio superstite filio derelicto diem obiit.

De Aenea Syluio Syluii posthumi filio:
qui genuit latinũ Syluium. C.lviii.

Eneas Syluius Syluii posthumi tertii Latinoruꝫ regis filius patri
successit:de quo qdẽ Virgili⁹meminit.Et q te noĩe reddet Sylui
us æneas pariter pietate uel armis Egregius &c.Hic Latinum Syluiuꝫ

genuit: & cũ ãnis.xxxi.regnasset.

De Latino syluio Aeneæ syluii filio: q genuit Albam syluiũ. C.lix.

Atinus syluius: (ut dicit Titus liuius) Aeneæ syluii fuit filius: & mortuo patre Albanis ĩperauit: & ab eo coloniæ deductæ sũt eo rum: q prisci latini nũcupati sunt. Cũq; ãnis.l. regnasset: genuissetq; Albã syluiũ: quẽ liquit superstitẽ diẽ obiit. Eusebius uero ĩ libro tẽ porũ dicit se apud aliã historiã ĩuenire Latinũ syluiũ qñtũ apud Al/ baũ rñgnasse: eũq; filiũ fuisse Lauiniæ & Melãpodis: & Vterinũ fratrẽ Syluii posthumi: qui Latinus in ordine regũ hic ponit̃ quartus.

De Alba syluio Latini syluii filio. q genuit Athĩ syluiũ. C:lx.

Alba sylui⁹ Latini syluii fuit fili⁹: & pr̃i successit ĩ regno: cũq; regnasset ãnis.xxxix.athi relicto suo filio reb⁹hũanis subtract⁹ ẽ

De Athi syluio filio Albæ: q genuit Capĩ syluiũ. .C.lxi.

This sylui⁹ albæ fuit fili⁹: quẽ Eusebius aliqñ ægiptiũ syluiũ uo cat. hic cũ ãnis.xxix.regnasset Capi filio derelicto diem clausit.

De Capi syluii filio Athis: q genuit capetum syluiũ. .C.lxii.

Apis syluius Athis fuit filius. Sunt qui uolũt ab hoc Capuã oliũ insignẽ cãpaniæ ciuitatẽ conditã: qui cum ãnis.xxviii. regnas/ set Capeto filio moriens regnum reliquit.

De Capeto syluio filio Capis: q genuit Tyberinũ syluiũ. C.lxiii.

Apetus syluius filius capis: & cũ annis.xviii.regnasset: Tyberi no filio derelicto decessit.

De Tyberino syluio Capeti filio: q genuit agrippã syluiũ. C.lxiiii.

Yberinus syluius Capeti fuit filius: & Agrippã syluiũ genuit: cũ q; annis octo imperasset albanis: ãnem quẽ ante albulam uocita bant incolæ terminũ inter latinos & etruscos traiciens in eum cecidit & mortuus est: Quãobrẽ in hodiernũ usq; ueteri abolito noĩe a de/ merso rege Tyberis nuncupatus est fluuius.

De Agrippa syluio filio Tyberini: q genuit Romulũ syluiũ. C.lxv

Grippa syluius a Tyberino genitus submerso patre successit in regno: & cum.xl.regnasset annis moriens Romulũ filium regni reliquit hæredem.

De Romulo syluio Agrippæ filio: qui genuit Iulium syluium & A uentinum syluium. C.lxvi.

Omulus seu Aremulus syluius Agrippæ fuit filius. Hic aũt præ sidia albanorũ inter montes posuit: ubi Roma postea condita est: qđ ea tẽpestate impie factũ existimatũ ẽ: & ob id existimauere il/ lius æui hoĩes eum iuste fulmine ictũ: atq; exaĩatum: cũ iam.xix.re/ gnasset annis: & ex eo Iulius & Auentinus filii fuere supstites.

De Iulio Syluio Romuli filio. C. lxvii.

Vlius syluius (ut scribit Eusebius) minor natu fuit Romuli filius

&ꝓauus Iulii ꝓculi:qui cũ Romulo Romã transmigrauit:& ibidem fundauit familiã Iuliã ex qua Cæsares effluxere.

De Auentino syluio filio Romuli syluii:qui genuit Procam Syluium. C. lxviii.

Ventinus syluius Romuli syluii fili⁹ fuit:eiq; fulmĩato successit ĩ regno:& cũ.xxxvii.ãnis regnasset:Proca relicto filio mortu⁹ ẽ & eo ĩ mõte Romæ:q postea d'suo noĩe sẽp auẽtin⁹uocitat⁹ẽ sepl'to

De Proca syluio filio Auentini:qui genuit Amulium & Nunitorem. C. lxix.

Rocas secundũ Titũ Liuiũ Anentini fili⁹ fuit:& loco patris regnauit annis.xxiii.Numitoriq; filio moriens regnum reliquit.

De Amulio Proce filio. Cap. lxx

Mulius teste Tito Liuio minor natu fuit ex filiis Procæ. Hic per uim & nephas Numitori:qui tpe potior erat regnum surripuit. Dicit Plinius de uiris illustrib⁹Procã patrẽ eorũ liquisse ut ãbo ãnuis uicibus regnarẽt:& cũ ad amuliũ peruenisset regnũ:frĩ trãsacto anno restituere noluit:quinĩmo cũ Numitori pepcisset:Lausũ filium ei⁹interemit:& Rheã eiusdẽ filiã ad subtrahẽdã speꝫ ꝓl':sub specie honoris Vestæ ppetuã ei⁹uirginitatẽ dicauit.Sꝫ cũ iã.vii.r̃gnassꝫ ãnis:Rhea gemĩos pepit:quos ĩ tyberĩ deiici iussit:& Rheã uiuã ĩfodi.Verũ ne queũtib⁹ ministris ad alueũ fluminis:eo ꝙ ꝑdianis hymbrib⁹ tumuisset:deuenire:illos ĩ ripa posuere:q a Faustulo pastore cõpti & nutriti:cũ adoleuissẽt Amuliũ ĩterfecere:& Numitori auo regnũ reddider̃

De Numitore filio Procæ:q genuit Lausũ & Iliã Rheã. C.lxxi.

Vumitor fili⁹fuit Procæ:&(ut iã dictũ ẽ)a fr̃e ꝓiect⁹ e regno q dũ rure priuatus senesceret a nepotib⁹Romulo & Remulo occiso ĩ regnũ restitutus ẽ.quid ĩde ex eo successerit nõ habemus.

De Lauso Numitoris filio. C. lxxii.

Ausus(ut prædictũ ẽ)Numitoris fuit fili⁹:& ab Amulio patruo ĩpie trucidatus occubuit.

De Ilia Numitoris filia:q̃ pepit Romulũ & Remulũ. C.lxxiii.

Lia q̃ Rhea Numitoris fuit filia:& ab Amulio ĩter uestales uirgines trusa.Quæ(ut ait Ouidius)dũ aquã ꝓ sacris quæreret: obdormiuit:& ĩ sõnis illi uisum ẽ a Marte opprimi:& sic geminos cõcepisse:quos dũ peperisset:uiua ĩfossa ẽ regis ĩperio.Fictio ꝙ Mars secũ cõcubuerit:ubi d' Romulo & Remulo declarabit̃.Et qm̃ q ex Iulio Siluio nati sũt ordĩe nõ habemus:genealogiæ posterorũ Dardani finẽ facere necesse ẽ. Hoc uno apposito ꝙ ab his natus sit orbis & urbis fulgor.Caius Iulius Cæsar dictator.

Genealogiæ deorũ gentilium secundum Iohannem Booccaciuꝫ de certaldo liber sextus finit.

Genealogiæ deorum gentilium secundũ Iohannẽ Boccaciũ de Certaldo liber septimus incipit.

Prohœmium.

Vi ab elsa certaldensi fluuio & arno tusco eminentissime Rex paulo añ uela cõcesserã ĩ altum: & p cæca ĩpulsus syrtiũ uada: aqlone stridẽte sæuo: & ĩde p late patẽtia scabraq; Asiæ ꝓmõtoria: & crebros eurypos ægei maris ĩpellẽte libyco: necnõ & uertiginosũ siculũ fretũ: atq; ĩtersonãtia tã illyrici: q̃ tyrrheni maris littora spirante noto ñ minori pſæpe tiore: q̃ admiratiõe circũact⁹ sũ tegẽtib⁹ pœtarũ atris nubib⁹: hĩc phœbi splẽdidũ iubar: ĩde Arctoi syd⁹ ĩmobile: dũ min⁹ crederẽ a uulturno rapt⁹: postergatis Lyguruʒ Gallorũq; & hispanorũ littoribus: & calpe abyla ꝓmõtoriis omissis: ad limen usq; oceãi delat⁹ sũ. Et dũ circa ei⁹ ĩgressũ cõstitisset cortex: quasi deliberãdi pstaret spatiũ ĩ cõterminũ poſt pelag⁹ oculos dedi: dũq; ĩtuerer p grãde corp⁹: & ĩcõpræhẽsibile mõstrũ: pruptos aquarũ ĩ celũ mõtes earũq; atra opacitate spelũcas horrẽdas metirer aĩo: & ĩdomitas uires qb⁹ terras cõcutit: ac ĩcognitos pplos: & ĩmanes eiusdẽ beluas: cogitarẽq; eũ fluuiorũ oĩuʒ hospitẽ: horrui fateor: & stetere crines: & tiore quodã ĩsolito occupatus uix labãtia mẽbra cõtinui: nec multũ: qn memet ultro ĩ litt⁹ poti⁹ q̃ ad ulteriora ꝓgrederer: naufragũ dederim ludũ iocũq; existimãs p respectũ iras fore mediterranei maris. Sed is qui ꝓfecto certa spes & ĩfallibile suffragiũ rite ĩ se credẽtium: atq; sperantium ẽ uocat⁹ affuit illico: & igne suæ charitatis noxio frigore pulso ꝓstratũ suscitauit aĩuʒ: & ĩ uires ãpliores solitis reuocauit adeo: ut paruo cortice: ingẽti tamẽ pectore auderẽ ĩmẽsũ ĩtrare gurgitẽ: & insueta sulcare maria. Et expedita ĩ præcedẽtibus fere omni Cæli ꝓle: calamũ ad lõgã oceani posteritatẽ scribẽdã arripui gubernaculo tenuissimæ cymbæ illi cõmisso: qui arcam Noe ab aquis uniuersalis diluuii seruauit incolumem.

De Oceano Cæli & Vestæ filio: qui genuit. xxiiii. ĩter filios & filias quorũ hæc sũt noĩa. Prima Eurinomi. ii. Persa. iii. Aethra. iiii. Pleyon. v. Climenes. vi. Triton. vii. Doris. viii. Protheus. ix. Corufices. x. Nereus. xi. Achelous. xii. Inacus. xiii. Peneus. xiiii. Nilus. xv. Alpheus. xvi. Crinisius. xvii. Tyberis. xviii. Axius. xix. Asopus. xx. Cephysus. xxi. Meander. xxii. Pillira. xxiii. Sperchius. xxiiii. Sol.

Ceanũ Cæli & Vestæ fuisse filiũ uoluere theologi: q arbitrati sũt ex cælo seu ex terra: seu ex ambob⁹ oĩa a primæuo ꝓducta. quod nec credidit: nec tacuit Ionicorũ philosophorũ prĩceps Milesi⁹ thales apud priscos auctoritatis ñ minimæ: quinĩmo eidẽ oceano ñ min⁹ insipide: q̃ ĩliq fecerit diuinã mẽtẽ cẽ ĩsitã: & ab eo cũcta ꝓducta. seu eũ causam dantẽ existimauit eo forte motus: quia in omnibus cessante

humiditate cerneret: & uitã de necessitate cessare: & æquo mõ absq; humore nil pænitus gigni uel nasci posse: & sicnõ genitũ Oceanũ: sed patrẽ deorũ rerũq; omniũ asserebat. cui aliqñ adhæsisse uidet Homerus: & potissime ubi in iliade ĩtroducit Iunonẽ dicẽtẽ. Oceanũ deorũ nationẽ: & matrẽ Tethy; Et sic etiã nõnũq; hos secutus Virgilius ait Oceanũq; patrẽ rerũ Plini' aũt ubi d historia naturali elemẽtũ istud aquarum extollens dicit Quippe hoc elemẽtũ cæteris oĩb' ĩperat terras deuorãt aq flãmas necãt ĩcãdũt ĩ sublime: & cælu; quoq; sibi uẽdicant ac nubiũ obtẽtu uitalẽ spm̃ strãgulãt: q cã fulmĩa elidit ipso secu; discordante mundo. Quid esse mirabilius põt aquis in cælo stãtibus? At illæ ceu parũ sit in tantã peruenire altitudiuem rapiunt fluuios cũ pisciũ exaĩe: sæpe etiã lapides subuehũt portãtes aliena põdera. Eade; cadẽtes omni terra nascentiũ cã fiũt. phorsus mirabili natura: si qs uelit reputare ut fruges gignant: arbores fructicesq; iuuant: & ĩ cælũ migrare aquas: aĩamq; ẽt uitalẽ ĩferre inita cõfessiõe: omẽs quoq; terræ uires aquarũ esse beneficii &c. hæc plinius. a quo Vitruuius ubi de architectura nõ discrepat aiẽs. Ex eo ẽt q sacerdotia gerũt morib' ægyptiorũ ostẽdũt oẽs res e liquoribus potestate consistere. Ridiculũ qppe ẽ aquas rerũ credidisse prĩcipiũ. S; qd ego succẽseã ta lib' si circa inuisa rerũ initia errauerint: cũ aduersus ea quæ in oculis sũt stolide credãt. Viderũt ægiptii: Isidẽ morietẽ: & conati sũt aĩs su is ĩfigere eã: & si nõ oĩpotentẽ potetissimã fuisse: & esse deã: nõ mortalẽ fœminã. Cretẽses ipsu; quẽ sepelliuerãt ipi libidinosissimũ hoĩe; Iouẽ nõ erubuere cæli & terræ prædicere deũ. Sic igit cæcitate mẽtis obducti crediderũ hos ẽẽ maiores: q aliqñ facti fuerũt: q; q illos fecerat aliqñ: s; de hoc alias. Qui aũt oceanũ rerũ putauere patre; ab eo genealogiã cæperũ deorũ: quẽ cũ cõstet s; alios habuisse patrẽ iuxta cœpti operis ordinẽ locauimus eũ. Cui ne inter prægrãdes deos ĩhonoratus incederet: currũ (ut dicit Theodõtids) statuere eũq; a balenis trahi per ingentia maria finxere. Sic & illi tritões tribuere tibicines atq; præcursores. Et maxĩos illi phocarũ fecere greges sub custod protheo. eiq; maxĩas nymphas cohortes sotias obsequiosasq; fecere: & designauere plẽ ãplissimã filiorũ: & eũ noĩbus plurib' uocauere. sed exẽpterãdæ fictiões sũt. Curru qde; trahi oceanũ eius circa terre rotunditatẽ describit ambitũ: q ideo a balenis duci dicit: qa a balenis undiq; discurrat. Tritones aũt eius ob cã; tibicines præcursoresq; dicunt: quia sui noĩs significatu; incessabiliter operetur. Na; triton s; quosdã idem sonat: quod terram terẽs: quod assidue pagit mare: dum sese cõtinue ĩpellẽs ĩ littora motu terras terit: & qm̃ istud absq; sono non fiat. tanq; sonans tibicina nũcupatus ẽ: & ideo dictus præcursor quia uehementiori impulsus motu sonus in littus prænũtius ẽ futuræ

Cicero) ægyptii uolūt eius urbeꝫ fuiſſe Heliopoliꝫ: nā græce helios ſol dicitur. Theodontius autem dicit eum in ea ciuitate regnaſſe: & ſplendidiſſimuꝫ fuiſſe regē: & Meropē uero noīe nūcupatū: & in coniugem Climeneꝫ habuiſſe: & ex ea heridanū: quē Phætonteꝫ uocauere: & alios filios ſuſcepiſſe. Leōtius uero putabat eū idē cuꝫ æthiope fuiſſe: & ob ſplendorē occupatæ æthiopiæ ſolē ab amicis & ſubditis nuncupatū

De Phætonte ſolis filio: qui genuit Lygum. Ca. xli.

Hæton filius fuit Solis ægyptii: & Climenis: ut carmine pꝫ Ouidii in pſona Climenis dicētis. Per iubar hoc inqt radiis īſigne coruſcis Nate tibi iuro: ꝙ nos auditqꝫ uidetqꝫ. Hoc te quē ſpectas: hoc te q tēperat orbē Sole ſatū &c. De hoc talē recitat Ouidi⁹ fabulā. cōtigiſſe. ſ. ꝙ nō cedentē Phætontē Epapho Iouis & Iſidis filio: ab illo illi dictū ſit: eū ſolis nō eſſe filiū: quā ob cāꝫ Phæton mr̄i conqſt⁹ ab ea in regiā uſqꝫ ſolis deduct⁹: ubi a p̄re benigne ſuſcept⁹ petiit: qđ iā ſe daturū iurauerat donū. ſ. ut lucis curꝛ illi ducere pmitteret: qđ cū illi ſol diu fruſtra diſſuaſiſſet: iſtanti cōceſſit. Ipſe uero nō ſufficientib⁹ uiribus ad regendū equos territ⁹ uiſiōe ſcorpioīs dimiſſit hebēas: quā ob cāꝫ eq omiſſo cōſueto itinere nūc ī cælū aſcendētes: nūc uerſ⁹ terraꝫ etiaꝫ declinātes: oēꝫ illaꝫ cæli regionē exuſſerūt: & fere terrā oēm multis deſiccatis fontibus & fluībus incēderūt. quo īcendio terra cōmota orauit Iouē ut auxiliaret̄ ei: qbus p̄cibus motus Iuppiter fulmīauit Phætontē: q in padū cecidit: ibiqꝫ a ſororib⁹ deflet⁹ atqꝫ ſepult⁹ ē & ſepulchro appoſitū epitaphiū tale. Hic ſitus ē phæton curr⁹ auriga paterni: Quē ſi nō tenuit: magnis tn̄ excidit auſis. Fictio hæc iudicio meo. ſub ſpiſſo cortice hyſtoriā & naturalē rōneꝫ tegit. Creditū. n. ab antiqs ē: ut ī libro tēpoꝝ aſſerit Euſebi⁹: & poſt eū Oroſi⁹ p̄ſbiter in chronicis ſuis: īcendiū qddāꝫ p maximū ī ptibus græciæ & oriētis fuiſſe regnāte Cecrope primo atheniēſiuꝫ rege: nec hoc hūano ope fcm̄ ſꝫ corpoꝝ ſupcæleſtiū ī fuſione emiſſū: & id oēs uocauere incendium Phætōtis. Hui⁹. n. longe lateqꝫ uagātis ope factū ē ut deſiccarent̄ fontes: & fluīa multa: ſata oīa redigerētur ī cineres & areſcerēt ſilue & arbuſta q̄cūqꝫ: relinqrentur ab incolis urbes: & a populis regiōes: & fere mare ferueſcere uideret̄ oē: & cū menſibus pſeueraſſet plurib⁹: cōtigit ut circa mediū autūni cadētibus īmenſis hibrib⁹ extīgueret̄. Quæ ſub figmēto tali rōe ponunt̄. Phæton ante alia (ut ait Leōtius theſſal⁹) latine ſonat incendiū. Hic iō ſolis dicit̄ filius: quia ſol caloris fōs & origo ſit: & ſic cuꝫ a ſole cauſari uideatur calor oīs: non incōgrue incendii pater fictus ē. Climene aūt græce latīe ſonat hūiditas: q̄ iō Phætōtis mater dicta eſt: quia nō poſſit pſeuerare calor: ni congrua ſubſiſtat humiditas: & ſic ab hūiditate tāqꝫ a matre fili⁹ ali uidet̄: & ī eē pſeuerare. Qđ aūt Phætō petat a patre: ut curꝛ lucis ducat: nil aliud ſētire

debemus: q̃ inatum quoddam etiam in sensibilibus uegetatiuis crea/
turis permanendi & augendi desyderium: ut in sensibilibus tanq̃ d ra
tõalibus loquar: quod etiam de terra orante dicere possumus. Qd' au
tem infertur eum uiso scorpione timuisse: atq; habenas equoru; liquis
se: & in eos ultra solitum ascendisse: & cæli partem illã exussisse: & ter
ram æquo modo descendentes incendisse: ab ordine naturæ continuo
süptũ ẽ. Est. n. ĩ zodiaco spatiũ. xx. graduũ a. xx. s. gradu libræ usq; ad
x scorpionis: quod philosophi uiam uocauere combustã: eo q̃ singul'
annis gradiente sole per spatium illud: omnia in terris uideantur exuri
Nam arescunt herbæ: & frondes albescunt & decidunt: aquæ ad inte/
riora terræ trahũtur: nec aliquid pænitus ea tempestate gignitur: & sic
ab effectu cæli pars illa denominatur. Præterea Phætontem circa me/
diũ autũni fulmĩatũ figũt: qr eo tpe ex opposito scorpioni occidẽte so
le surgũt ĩ oriẽte cũ signo tauri pleiades oriõ & erydan⁹ astra. hñtia
ꝓuocare pluuias: & exundatões aquaꝝ: a qb⁹ extiguunt̃ ĩcẽdia. Quas
pluuias uidem⁹ utplurimũ cadentes circa mediu; autumni: uel ante: &
diu pseuerare & sic earũ ope oĩs terræ sr̃ficial' calor extĩguit̃. Eũ aũt
in erydanum cecidisse sic sentiendum puto. Dicit enim Iginius ĩ libro d'
astrologia poetarum erydanum a nonnullis nuncupari nilum: & ab ali
is Oceanum: pro quibus ingentem aquarum copiam debemus accipere
& sic intelligere incendia ingenti aquarum copia cadere. i. extingui: &
sic non in padum simpliciter: ut nonnulli minus auertenter arbitrantur
Qd' autem Ioue fulminatus sit sic intelligendum reor. Intelligunt enim
poetæ nonnunq̃ pro Ioue ignem: & aliquando aerem: qui hic pro aere
accipiendus est: in quo ascendentes uapores humidi glomerantur ĩ nu
bes: quæ si impulsu alicuius uenti extollãtur: usq; ad frigidam regiõe;
aeris confestim uertuntur in aquas: quas cadentes pluuias dicimus: &
sic fulminatus est: idest extinctus a Ioue: idest ab aere causãte pluuias.
possumus insuper dicere omissa hystoria ueteri: æstiuum calorem a tẽ
perie superuenientis autũni extĩgui: & ĩ nubes deiici. Asserit tamẽ Pau
lus perusinus secundum nescio quem Eustachium: q̃ regnãte Spareto
apud assyrios: erydanus: qui & Phæton solis ægyptii filius cũ copia
suorum duce Nilo nauigiis deuenit in mare: & uentis adiutus in sinum
quem ligustinum dicimus: uenit. Ibi cum suis longa fatigatus na
uigatione descendit: & cum suasionibus suorum in mediterranea per
geret genuinũ unũ ex sotiis suis nausea maris debilitatũ cũ parte suaꝝ
nauium custodem liquit in littore. Qui functus accolis loci siluestribus
hominibus oppidum condidit: & Genuam de suo nomine nuncupauit
Erydanus autem superatis montibus: cum in amplissimam atq; fertilẽ
deuenisset planiciem: hominesq; rudes & agrestes: feroces tamen com

periſſet: ratus eſt ingenio ſuperaturum ferociam ſecus padum conſedit & (ut idem refert Paulus) uidetur Euſtachium uelle Taurinum oppidū ſuum fuiſſe opus: ſed erydanum nuncupatum. Ibidem autem cum aliquādiu regnaſſet: relicto Lygure filio in pado periit: a quo padus erydanus appellatus eſt. Quem ueteres ægyptii in memoriam compatriotæ ſui inter cæli imagines locauere: & ſic aliqui uidentur arbitrari hoc fabulæ dediſſe cauſaꝫ: & potiſſime ꝙ fulminatus ſit Phæton: & in padum deiectus. Addebat huic Leontius fratres duos. Iphidum ſcilicꝫ & Phylacem: eoſq; natu maiores Phætonte: de quibus quoniaꝫ nil aliud inueni illos apponere non curaui.

De Lygo Phætontis filio. C.xlii

Ygus (ut ex prædictis patet) filius fuit Phætōtis: eiq; mortuo ſucceſſit: qui quos habuit in ditōne populos lygures de ſuo nomine nuncupauit.

De Phætuſa. Lampethuſa: & Iapetia filiabus Solis. C.xliii.

Hætuſa. Lampethuſa: & Iapetia (ut ait Ouidius) filiæ fuere ſolis: & ſecus padum mortem Phætontis flentes in arbores uerſæ electrum lachrymantes ſunt. Cuius figmenti ſi cauſam exquirimus: non arbitror has fuiſſe fœminas: quinimo diuerſas arborū ſpecies circa padi paluſtra agente ſole ſponte ſua naſcentiuꝫ: & circa æſtatis extremum: dum incipit ſolis feruor decreſcere: ſudantium humorem croceum in modum lachrymarum: qui ſi colligatur: arte ſolidatur in electrum: & quia (ut dictum eſt) ſole agente naſcuntur in locis humidis: Solis & Climenes. ideſt humiditatis filiæ dictæ ſunt: & a ſole eliades nuncupatæ.

De Alpheo fluuio oceani filio xv. qui genuit Orſilocum. C.xliiii.

Lpheus Oceani & terræ fuit filius: quem Seruius fluuium elidis eſſe dicit: & ꝙ apud Piſam elidis ciuitatem effluat: Hunc autem amaſſe Arethuſam nympham: quæ in fontem uerſa eſt eamq; in ſiciliam uſq; ſecutum: ſupra ubi de Arethuſa ſatis dictum eſt Verum Seruius amoris huius flammas his aperit uerbis. Elis & Piſa ciuitates ſunt Arcadiæ: in qua eſt fons ingens: qui ex ſe duos alueos creat: Alpheum & Arethuſam: unde fit ut ſingatur coniungi in exitu quos origo non coniunxit. Huius autem filium dicunt fuiſſe Orſilocuꝫ

De Orsiloco filio Alphei fluuii: qui genuit Diocleum. Ca.xlv.

Rrsilocus filius fuit Alphei fluminis: ut liquido testatur Home/rus in Iliade dicens. Diues in uita uel in pecuniis. Generatio autẽ erat a fluuio alpheo: qui ample fuit terram Pylon: qui genuit Orsilo/cum multorum uirorum regem. Orsilocus autem genuit Dioclea ma/gnanimum. A Diocleo gemelli filii nati sunt Crito orsilocusq; omnis pugnæ bene scientes. Hunc Orsilocum dicit Homerus in Phyri ciui/tate: quæ secus Alpheum est habitasse: ex quo patet quæ sit huius filia tionis causa.

De Diocleo filio Orsiloci: qui genuit Critone3 & Orsilocũ. C.xlvi.

Iocleus(ut satis per Homerum ostensu3) filius fuit Orsiloci: ex quo præter nomen & genus: & ꝙ Critonem & orsilocu3 filios ge nuerit non habeo.

De Critone & Orsilico filiis Dioclei. Ca.xlvii.

Rito & Orsilocus(ut ostensum est)fuerunt filii Dioclei. Hi qui/dem insurgẽtibus græcis aduersus troianos: una cũ reliquis græ corum principibus coniurantes uenere ex phyri ciuitate ad extermini um ilionis. Ibi autem cum ingentis essent animi: & plurimũ in corpore is uiribus confiderent: die quadam inito certamine ausi sunt aduersus Aeneam armis insurgere: a quo ambo occisi sunt: & maximo Menelai & Antiloci Nestoris filii labore e manibus hostium eorum cadauera subtracta sunt: & concessa sepulchro.

De Crinifo fluuio.xvi. Oceani filio: qui genuit Acestem. C.xlviii

Rinisus fluuius Oceani & terræ fuit filius. Is quidem per Sicili/am fluit: & ex eo talem refert Seruius fabulam. Nam cu3 Laume don promissam Neptunno & apollini mercedem pro edificatione mu/rorum Ilionis non persolueret: & Neptunnus iratus troiæ Cæte immi sisset: ut eam uastarent: consultus Apollo etiam indignatus dicunt con traria respondisse. s. obiiciendas esse puellas nobiles beluæ: quod cum fieret: Hyppotes troianus nobilis: cum cerneret Hesionam Laumedõ tis filiam non absq; seditione religatam: timens ne sic Egestæ filiæ suæ contingeret: clam illam naui imposuit: fortunæq; commisit: uolens po tius: ut se non uidente a fluctibus sorberetur: q̃ se coram deuoraretur a belua. Hæc autem uentorum ui in Siciliam delata est: ubi Crini/sus fluuius eius forte formositate captus: in canem seu ursum uer/sus eam cœpit atque oppressit: & ex ea Acestem filium suscepit. Cuius

fabulæ medium hystoria est: quod aũt circa principiũ fictum legitur ubi de Laomedonte exponitur: quod autem in fine est: dicit Theodon tius per coniecturas oportere sumi: cũ nil traditũ inueniat ab antiqs Et idcirco dicit possibile fuisse hanc uirginem minis alicuius potentis circa crinisiũ ubi deuenerat pauefactam eius in amplexus uenisse. Nã minantium boatus latratibus canum simillimi sunt: seu audaci alicuiꝰ complexu: quod adursum spectare uidetur uirginem captam: atq; op/pressam fuisse.

De Aceste filio Crinisi fluminis. Cap. xlviiii.

Cestes filius fuit Crinisi fluminis ex Egesta troiana: ut in æneide testatur Virgilius dicens. Occurit acestes Horridus in iaculis & pelle libistidis ursæ. Troia criniso concæptum flumine mater. Quem genuit ueterum non ĩmemor ille parentum & cætera. Hic iã senex pri mo Anchisem & Aeneam italiam petentes suscepit hospitio: & mortu um Anchisem una cum Aenea in erice monte siciliæ sepeliuit: demũ iterum a Carthagine descendentem æneã: quo illum uenti impulerant suscepit: ubi Aeneas condita inualidis sotiis ciuitate: eam a matre Ace stis uocauit Egestam: quæ postea Segesta uocata est: & sub dominio re liquit Acestis: quem tam ab Aenea relicti: q̃ indigenæ regem suũ uo cauere.

De Tyberi fluuio. xvii. Oceani filio: qui genuit Citheonũ. C. l.

Yberis seu tibris oceani & terræ filius: hic ex appenni latere de/xtro affluens thuscos ab umbris atq; cãpanis: urbem etiã roma/nam diuideus separat. Cui ego ꝙ contingerit rerum dominium intueri circa se toto orbi & carminibus poetarũ celeberrimus factus est adeo ut xanthum atq; simeontem græcorum memoria illustres superauerit. cui multa fuere nomina: quæ si quis appetit: uideat ubi de montibus: & fluminibus scripsi. Placuit præterea priscis hunc tyberinum filiũ ge nuisse.

De Citheono Tyberis filio. Ca. li.

Itheonus filius fuit Tyberis fluuii & Mantonis filiæ olim Tyre siæ thebani uatis: ut in æneida testatur Virgilius diciens. Ille etiã patriis agmen citheonus ab oris Fatidicæ mãtus & thusci filius amnis Qui muros matrisq; dedit tibi mantua nomen & cætera. Hunc Serui/us dicit in bucolicis Bianorem uocari a Virgilio. Sane Pomponius in cosmographia de hac Manto seu Mantone aliter sentire uidetur dicẽs Asiaticum littus describens: ibi libedos clariiq; Apollinis phanũ: qđ Manto Tyresiæ filia fugiens uictores thebarũ ephigenos & colophõ quã Mopsus eiusdẽ Mãtonis filius &c. Ex qbus pʒ nõ occiduũ sʒ ĩ o riente solẽ hanc fugientẽ sumpsisse iter. Est tamen possibile eaʒ tractu

poris ĩ Italiã uenisse: qd' & si minime ꝓbetur: qs tã claro uati fidẽ de neget circa suæ ciuitatis originem: De Axo fluuio.xviii.filio oceani: qui genuit Pelagonium Ca.lii.

Xus fluui⁹ oceãi & terræ fuit fili⁹: đ quo Homer⁹ ĩ iliade: ꝓcul ab amidona ab axio ãpli fluct⁹ axio: cui⁹ pulcherr ma aq̃ spgit̃ p terrã Paphlagonũ &c.Hũc dicit Homer⁹ amasse Perhibiã ãtiqorẽ ex filiab⁹ Achessomenii: & eã oppssisse: & ex ea Pelagoniũ suscepisse

De Pelagonio Axii filio: q genuit Asteropiũ Cap.liii.

Elagoni⁹ filius fuit axii fluĩs & Perhibiæ: ut Homer⁹ ĩ iliade te stat̃ ex quo nil aliđ legisse memini: nisi ꝙ Asteropiũ filiũ genuit

De Asteropio Pelagonii filio Ca.liiii.

Steropi⁹ (ut testat̃ Homerus) fili⁹ fuit Pelagonii.Qui audax iuue nis atq; robust⁹ cũ Pænis auxilio uenit troianis: & dũ nimis ex uirib⁹ suis cõfideret ĩ.xi.die postq; ad troiã uenerat Achilli irato ob occisum Patroclũ occurrere ausus ẽ: & prio uerbis eũ lacessere: & in de armis cõtẽdere: a quo miser̃ cæsus iteriit. De Asopo fluuio oceani.xix.filio: q genuit Ipseũ & Aeginã Cap.lv.

Sop⁹ fluui⁹ (ut aiũt) oceãi & terræ fili⁹.Hic p boetiã fluit: ut ait Lactãtius: & ĩ epydamon effluit: ut ibi đ fluĩbus asserit Vibius. Hũc p̃terea preꝫ asserũt fuisse Ipsei & æginæ: & cũ r̃scissꝫ æginã a Io ue uitiatã: ado egre tulisse: ut furor̃ cõmot⁹ ũdis ĩ astra bellũ mouerꝫ ut ait Stati⁹.Nãq; ferũt raptã patriis eginã ab ũdis Amplexu latuisse Iouis: furit amnis & astris.Infẽs⁹ bellare parat: ñdũ ista licebãt.Nec supis stetit audaces effus⁹ ĩ iras.Cõseruitq; manũ: nec quẽ ĩploraret habebat &c.Iouẽ aũt cõmotũ eũ fulminasse aiũt.Quđ idẽ testat̃ Sta ti⁹: dũ dicit.Donec ui tonitru sũmot⁹ & igne trisulco Cessit adhuc ri pis aĩos⁹ gurges anhelis Fulmineũ cinerẽ magnæq; ĩsignia penæ Gau det & ætneos ĩ cælũ efflare uapores &c.Fictio fabulæ h⁹ talẽ cõtigit ueritatẽ.Dicit Leõti⁹ Asopũ regẽ fuisse boetiæ: & ab eo flumẽ deno miatũ: cui cũ Iuppiter arcas æginã subripuissꝫ filiã: cõuocatis uiribus bellũ aduers⁹ eũ mouit: & ab eo uict⁹ atq; fugat⁹ ẽ.Quđ aũt fulmĩat⁹ fuerit: ñ spectat ad regẽ: sꝫ ad flumẽ: ꝙ cũ p sulphureos cãpos trãsi tũ faciat: & ũdis suis ex illis fumũ suscitet: apđ ueteres irã fulmĩs cau sauit. De Ipseo Asopi fluminis filio Cap.lvi.

Pse⁹ fili⁹ fuit Asopi fluĩs: ut carmĩe ꝓbat̃ Statii: dũ dicit.Ipsea quadriugos clypei septẽplice tauro &c.& ĩfra.Asopos genuisse dat̃ &c.Hic aũt (ut idẽ ostẽdit Stati⁹) auxiliũ tulit ætheocli aduers⁹ Polinicẽ. De Aegĩa filia Asopi: q̃ peperit Eacũ Ca.lvii.

Egina filia fuit Asopi fluĩs: ut s̃.dictũ ẽ: quã Iuppiter amauit: di cit Oui.Aure⁹ ut danẽ asopida luserit ignis &c.Nã igne uersus eã cepit & oppssit: & ex ea suscepisse æacũ uolũt: q postea ut idẽ ait Ouidi⁹ ĩsulã enopiã ĩ qua regnauit: de noĩe mr̃is uocauit æginã: q̃ ĩ

ī hodiernū usq; nomē ſuat.Qđ ī ignē uersus ſit:dū cū Aegina cō/
cubuit:arbitror poti⁹ a uirtute ſubſecutæ poſteritatis:q̃ aliūde ſup/
tū.n.ignei uigoris hoīes fuerūt æacides:ut ī Achille:Pyrrho:& aliis
deſcendētib⁹ ſatis uidere poſſumus.

De Cephiſo fluīe oceāi.xx.filio:q genuit Narciſſū Ca.lviii

Ephiſus fili⁹ oceāi fuit & terræ:& p boetiā labit̃:ut oſtēdit Lu
can⁹.Boetii coiere duces:quos īpiger ambit Fatidica cephiſos
aqua cadmeiaq; dirce &c.Hui⁹ dicūt filiū fuiſſe narciſſū:& q cū eēt
cæde zephyri ꝓſtratus:Apollinis miſeratiōe ſanat⁹ ē:dicit Lactāti⁹
Circa q̄ prīo aquas Cephiſi iō uocari fatidicas crdo:qa penes eū fue
rit olī tēplū themis:ad qđ cū nōdū eēnt oracula phœbi:Deucalion
& pyrrha cōſulturi deā iuerūt:& qa ibi darēt̃ reſpōſa:& qd fato fu
turū eēt đmōſtraret̃:ſūpſit aqua cognomī:& qđ deæ tēpli erat:aque
ēt apropriatū ē.Et forſā p̄cedētia ſacra reſpōſa inſtituto ueteri abſq;
aqua fluīs fieri ñ poterāt:& ſic aliqd uidebat̃ aqua illi⁹ falſæ diuinita
tis habere.Qđ nece zephyri ꝓſtratus ſit poſſet eē ītērio hæc.Dicit
Auguſtinus ī libro de ciui.dei.Meſappū regē ſycioniorū nouū fuiſſe:
q & Cephiſus appellatus ē:cui⁹ forte regia ī pte erat:ī qua æſtiuo tē
pore flāte zephyro ſanitas erat īcolis:eo uero ceſſante:ut fit:& aliis
ſupuenīētibus uētis corrūpebat̃ aer:& ſic factū eſt:ut nece zephyri
Cephiſus īfirmitatē īcideret:a qua bñficio Apollinis.i.medicinæ:qa
medicinæ de⁹ appellatus ē Apollo:reuelatus ſit Cephiſus:& ſanitati
reſtitutus:Et ſi hæc regi attribuere uolumus:poſſumus regiōi:p quā
labit̃ Cephiſus.

De Narciſſo filio Cephiſi Ca.lix.

Arciſſus filius fuit Cephiſi & Lyriopis nymphæ:ut ſatis oſten
dit Ouidi⁹.Cerula lyriope quā cōdā fluīe curuo Impleuit:cau/
ſæq; ſuis cephiſus ī ūdis &c.Ex hoc ſatis notā fabulā Oui.refert.Di
cit.n.q nato narciſſo ad Tyreſiā uatē đlat⁹ē:ut đ ſucceſſu uitæ īpi⁹
haberet̃ rñſū.Qui rñdit pcōtātib⁹:puerū uicturū q̃diu ſe uider̃ dif
ferret.Qđ qdē uaticiniū primū ab audiētib⁹ riſū ē:ſ; tādē effectu
ñ caruit:nā cū ī formoſiſſima adoleſcētia excreuiſſ;:uenator fact⁹ a
nymphis plurib⁹ amat⁹ē:ſ; ab echo parnaſſi nympha potiſſīe.S; cū
eēt īexorabil̃:& floccifaceret oēs diligētes ſe:orōnib⁹ nympharū ī/
petratū ē:qđ īfra modicū tp̃ris cōtigit.Nā die q̃dā cū tā labore ue
natiōis:q; æſtu tp̃ris feſſ⁹ ī recētē uallē ſeceſſiſſet:ſitiēs ſe in līpidū
reclīauit fōtē:& uiſo idolo:qđ āte ñ uidrat:exiſtimās fōtis nymphā
repēte pulchritudinē ꝓbauit:& capt⁹ē:& cū ñ poſſ; qđ arbitrabat̃
poſſe cōtigere:cū ſeip; ſtl̃ta cōcupiſcētia ligaſſ;:p⁹ lōgā q̃relā ſui
oblit⁹ē:ibidē ī edia periit:& ī flore; ſui nominis miſatiōe nympha/
rum uerſus eſt.Hac ex fictione moralis excerpitur ſenſus. Nam per
echo:quæ nil dicit niſi poſt dictum ego:intelligo famam:quæ unū
quenq; mortaliū diligit:tanquam rem per quam̃ conſiſtit .Hāc multi

fugiũt & puſpēdũt:& ĩ aqs.i.ĩ mũdanis dlitiis ñ aliter q̃ aqua labilis ſeipos.i.ſuã gloriã ĩtuẽť:& adeo a ſuis uoluptatib' capiũť:ut ſpreta fama poſt paululũ tãq̃ ñ fuiſſet:moriũť:& ſi forſã aliqd nois ſupeſt ĩ florẽ uertiť:q mane purpure' & ſplẽdẽs ẽ:ſero aũt lãguidus factus marceſcit:& ĩ nihilũ ſoluiť.Sic & huiuſmodi ad ſepulchrũ uſq̃ aliqd uidẽť habere fulgoris:ſepulchro aũt clauſo euaneſcit:& ĩ obliuionẽ perditur una cũ nomine.

De Meãdro fluïe oceani.xxi.filio:q genuit Cyianẽ Ca.lx.

Eander fluuius oceani & terræ fuit filius:& genuit Cyanẽ nympha.Hunc dicit Liuius ĩ ſuma cylenarũ arce naſci:& mediã p urbẽ effluer:ĩde p carias & ionas ĩ ſinũ maris dferri:q ĩter pirenẽ & miletũ ẽ.

De Cyane filia Meandri Cap.lxi.

Yane Meandri filia a Mileto ſolis filio:& dilecta & oppreſſa ei peperit Caunũ & Biblidẽ:ut Ouidius ait.Biblida cum cauno p lẽ ẽ enixa gemellam &c.

De Phyllira.xxii.filia oceani.Ca.lxii.

Hylliram oceani fuiſſe filiã dicit Paulus:& a Saturno dilectã ei Chironem cẽtaurum peperiſſe.

De Sperchio.xxiii.oceani filio:q genuit Mneſteũ Ca.lxiii.

Perchius fluui' oceãi & terræ fuit fili'.Hic(ut ait Homer')ex Polydori filia Pelei & Borionis cõiuge genuit Mneſteũ:&(ut ait Põponius)ĩ ſinu pegaſo effluit:eiq̃ deuouerat Achilles comas:ut ait Lactanti':ſi ſoſpes ab expeditiõe troiana remeaſſet ĩ patriã.

De Mneſteo filio Sperchii Ca.lxiiii.

Neſteus(ut ait ĩ iliade Homerus(fuit Spchii fluminis & polydoris filiæ Pelei filius:q cum egregius eẽt iuuenis:Achillẽ ad obſidionẽ troianã comitatus ẽ.

De Sole.xxiiii.oceani filio Ca.lxv.

Olem aliũ a ſuperis ĩ libro naturalis hyſtoriæ dicit Plynius auctoritate Gellii oceani fuiſſe filiũ:matre nõ expreſſa.Et hunc dicit medicinæ & mellis fuiſſe inuẽtorẽ:qd pluribus hactenus attributum ẽ:nec ppterea admirandũ.Poſſibile.n.eſt taliũ multos uariis in locis reptores fuiſſe:cum ubiq̃ ingenia meditationeſq̃ ualeant:& ſic qd' apud græcos credimus Apollinis opus:aut Ariſtei:nõ auferť qn poſſibile fuerit apd Oceanios naſci:aut aduenisſe q tantundẽ ualuerit ingenio:& eadẽ expientia cõperiſſet:quẽ loci incolæ ad extollendum nomẽ eius & genus ſolẽ uocauere:& oceani per quẽ forte nauigio uenerat:dixere filium.Nos autẽ quoniam oĩs oceani proles explicata ẽ:finem faciemus uolumini ſeptimo.

Genealogiæ deorũ gentiliũ ſecundũ Ioannẽ bocchacium de certaldo liber ſeptimus finit.

Gnealogiæ deorum gentilium Liber Octauus.

Prohoemium.

Ffuſcari nebuliis cælum: & ſolis præclarū deficere iu bar. turbari uentis aera: crebras corruſcutiones aper ri audiri ſilua: mugire ſolū: & quodāmodo ī cauernis tumultuari. in ſummū cete maris & monſtra reliqua ef ferri. terriſq; miſceri undas: querulis uolucrib' tacitur nitatē īponi: & umbras impelli nemoru; & in latebras ſilueſtres abire feras ac oīa repente triſtari cœptum eſt. Ego autem mirari primo: de/ mū tam grandi rerum permutatione exterritus: in mediis ſperchii fau cibus ſolis adhuc inuenta ꝓſpiciens: qđ in oceano minime timueram: timere cœpi: ne in antiquum caos omnia uerterentur. Nec qd agere; ſtabat conſilium. Tandem dum ſic in pendulo eſſem & certe ex orīeta li Oceano quaſi ſeſe ab inferis in altum efferens. tardum: atq; nubilu; ſydus uiſum eſt. Stygia uelatum caligine: quod dū nebulis īmixtum ī tuerer: memor præceptorum uenerabilis Andalo: odioſum: atq; noci uum ſaturni aſtrum fore cognoui. Cuius dū perniciofos mores in men tem reducerem: ceſſit ilico repentinæ mutationis pauor: & admiratio Ea quaſi eo apparente ſuarum miſeriarum: a noua rerum īmutatione ꝑmonitus. Cū ex cæli filiis ꝑ; cœpti operis ordinem eſſet extremus: ad explicandam eius ſplendidam prolem: non uno quidem uolumine (prægrandis quidem eſt) Sed ex iſtis ſequentibus proximo euocatum me noui. Sane cum labyrinthos quatuor fuiſſe hiſtoriæ teſtentur uete rum: Aetruſcum ſcilicet & Aegyptiacum: Cretenſem: atq; Lemniacū ex his qui errorum & circunuolutionem plenior fuit. Non dubitē quī facilius: intranti atq; progredienti præſtiterit exitum. Quam præſta turæ ſint infœlices grandæui ſenis: cuius ſermonem intraturi ſumus ambages. nam cum in eum fere omnis uetuſti erroris inclinetur: & gē tilitatis inſania: non erit leue ad exitum deduxiſſe diuerſitates opinan tium. ac diſſonantias errantium: & antiquorum relationes ambiguas: & in propoſitum pulſu;: ac deuium exulem: atq; Agricola; reuocaſſe regem. Non ergo abſq; horrore qnodam oceani littora prolemq; relī quo inter aſperos ſcopulos & profundos ad inferos uſq; hiatus aqua/ rum uertigines plurimas: directurus fragilis nauigii proram: & potiſſī me cum mundum ſatis: etiam ſi per fuſcum aerem oculos impinguam quorſum euaſurus ſim aduertere poſſim. Spero tamen is qui luridas ditis domos & terribiles æterna fuligine per uias factas uictor euacua uit in optatum exitum aperiret æquor immenſum.

De Saturno. xi. Cæli filio: qui. x. genuit filios. ſ. primu; Cronim. ii. Veſtā. iii. Cererē. iiii. Glaucā. v. Plutonē. vi. Chironē. vii. Pycū. viii. Iunonem. ix. Neptunum. x. Iouem tertium: et ſane de Ioue Neptuno

Aturnus cæli: & Vestæ fuit filius: ut in libro diuinarum institu tionuꝫ scribit Lactantius. Cui ante alia ueteres Opim sororem su aꝫ sacro iunxere cõnubio: eiqꝫ ex ea susceptos plreus ascripsere filios: quos aliqui ferunt deuorasse oẽns: & e uestigio euomuisse. Nõnulli ser uatum Iouem opis fraude: & illi loco eius addidit lapideꝫ præsentatuꝫ quasi illuꝫ peperisset opis. Volunt præterea illum cælo patri uirilia ab scidisse falce. Qd' illi factuꝫ a Ioue dicunt alii. Inde quidaꝫ euꝫ regno pulsuꝫ scribunt a Ioue. Alii uero apud inferos religatum. Sunt insuper qui illuꝫ senem: mœstum: sordidum: capite obuolutuꝫ inhertem segnẽ qꝫ & armatum falce describant. Cur cæli terræqꝫ dictus sit filius ra tionem ostendit Lactantius: ubi in libro diuinarum institutionuꝫ in te stem minutiuꝫ fœlicem inducens ait. Saturnum cum fugatus esset a fi lio: in Italiamqꝫ uenisset cæli filium dictum qꝫ soleamus hos quorum uirtutem miremur aut eos qui repentine aduenerint de cælo cecidisse dicere: terræ autem qꝫ ignotis parentibus natos terræ filios nomine/ mus. Sunt hæc quidem similia ueri non tamen uera: quia cõstat etiam cũ regnaret ita esse habituꝫ: potuit sic argumentari Saturnum cuꝫ po tentissimus rex esset ad retinendam parentũ suorũ memoriam: nomĩa rerum cæli terræqꝫ indidisse: cum ii aliis uocabulis appellentur qua rõ ne & montibus: & fluminibus nomina scimus imposita. Hæc Lactan tius. Qui alibi dicit Ennius quideꝫ in Eumero nõ primũ dicit regnas se Saturnum sed Vranuꝫ patrem: & alibi idem. Apparet ergo non ex cælo natum esse quod fieri non põt: sed ex eo homine cui urano nõm fuit: quod esse uerum Trismegistus autor est: qui cum diceret admo/ dum paucos extitisse in quibus esset perfecta doctrina: in his Vranũ Saturnum & Mercurium nominauit cognatos suos & cætera. Quem Vranum cælum a Saturno uocitatum idem testatur Lactantius dicẽs legi in sacra hystoria Vranum potentem uirum Vestam habuisse con iugem & ex ea saturnum atqꝫ Opem: & alios suscepisse: qui Saturnus cum regno potens efficeretur patrem Vranum cælũ appellauit: & ma trem terram: ut hac mutatione nominuꝫ fulgoreꝫ suæ originis amplia ret & cætera. De Opi autem coniuge multa supra dicta sunt. Eum de uorasse filios & euomisse demum duplicẽ tangit sensum. hystorialem scilicet & naturaleꝫ. Nam in sacra legitur hystoria: ut alias dictum ẽ: quia Saturnus ut retineret regnum cum Titano fratre pactionẽ habu it occidendi omnem masculinam prolem: quæ a se gigneretur. Verum qui nascebantur masculi clam ab eo a coniuge seruabantur eiqꝫ præsẽ tabantur fœminæ: & sic assumpti uidentur filii: quantum ad Saturnuꝫ & tunc emissi cũ in ultitionẽ suam aduersus Titanũ cõparuere. Circa

autem naturalem rationem dicit. sic Cicero. Saturnus aũt est appellatꝰ ꝙ saturet annis. Edere enim natus fingitur: quia cõsumit etas tẽporis spatia: annis que pteritis insatiabiliter expletur & cætera. & hoc ꝗ̃tũ ad deuorationem filiorum dictum. De emissione autem dicetur. de fractibus annuis e terra susceptis. Nam productæ in tempore fruges ex terra esto deuorẽtur: oms in tempore ab eodem tẽpore agẽte deo anno sequenti reddun tur. Ob hanc fictionẽ ab ignaris minime intel lectam a nonnullis creditum est detestabile illum sacrorum ritũ apud quasdam barbaras nationes exortũ: quo scilicet saturno quidã: ne dũ alios: sed natos ĩmolabãt proprios: quasi ad ĩstar illius acturi. Macro bius autem dicit in libro saturnaliorum ꝙ hercules geryone superato sacrum hoc apud Italos immutauit. Iussitq; loco humanorum capitum quibus conficiebatur oscilla ad humanã effigiẽ ex cera cõposita satur ni aris accensis luminibus imponerent. quod postea diu obseruatum ẽ Dicunt insuper nato ioue loco eius saturno a coniuge lapidem ostensu; de quo dicit Theodontius eum ipsum lapidem fuisse Iouem: sed mon/ stratum Saturno Iouem nõ suum: sed alterius hominis fuisse filium & lapidem nũcupatum: quod forsan sic est. Dicit enim Eusebius Danao Argis regnante Iapidẽ quẽdã Cretẽsibus ĩperasse: quo tpe iã cretẽsis Iuppiter secundum quosdam poterat regnare cœpisse. De abscisiõe ge nitalium quan quidam a Ioue Saturno factam uolunt satis supra ubi dꝰ secunda Venere dictum est. Saturnum a Ioue regno pulsum certissi / mum hystoriographi arbitrantur facinoris causam sacra declarat hy storia in qua legitur: ꝙ cum Iuppiter Saturnum & Opim a titanibus captos liberasset: comperit forte Saturnus ꝙ regno pelleretur a Ioue & ideo ad euitandam sortem Ioui insidias tetendisse: ut illum obside / ret. Quod cum Iuppiter comperisset contractis sortibus arma in eum sumpsit. Qui cũ nequiss; resistere: &(ut uolunt quida;) ĩ phlegra uictꝰ aufugit. Quđ aũt apud ĩferos religatus fuerit a Ioue falsũ eẽ sacra de monstrat historia: in qua sic scriptum est deinde titan postq; rescíuit Saturno filios procreatos atq; educatos esse: cla; se seducit secũ filios suos qui titani uocantur: fratremq; suum saturnum atq; opem cõpræ hendit: atq; muro circumegit & custodiam hiis apposuit. Et post hæc paululum subditur. Iouem ad ultimum cum audiuisset patrem atq; ma trem custodiis circumseptos: atq; in uincula coniectos uenisse cu; ma gna multitudĩe cretensiũ titanũq; atq; filios eius expugnasse parentes uinculis exemisse: patri regnum reddidisse atq; incretam rediisse Hæc ibi pro quibus dicit Lactantius: liberatur Iuppiter summi sceleris cri/ mine ꝙ patrem uinxisset pedibus: perhibetur. Si uero eiusdẽ Lactãtii uellimus opinione; sequi: qui super thebaide statii dicit. Saturnum re ligatum a filio apud inferos: tũc dicemus ꝙ cũ saturnus a Ioue pulsus

ut dicetur in italiam abierit quæ a Græcia inferior est idest occasui ꝓ/
pinquior: apud inferos descendisse uidetur: & ibidem ideo relegatus:
quia in regnum redire nequiebat sic & exules etiam nonnū q̄ dicemus
relegatos. Quod autem mœstus senex obuolutus capite tardusq̄ &
sordidus sit: atq̄ ornatus falce: & planetæ & homini conueniunt oīa.
Albumasar autem in suo maiori introductorio dicit Saturnum com/
plexione frigidum esse & siccum melanconicum: & fœtidi oris quæ ad
mœstum hominem spectare uidentur. Dicit præterea eum cōmestorē
prægrandem auarum pauperem. ad inopiam usq̄: maliciosum inuidū
ingenio ualentē seductorem: & in periculis audacem: & conuersatōis
pauce: superbum: simulatorem iactatorem: & cogitationis q̄ plurimæ
atq̄ profundi cōsilii: tardū ad irā sed irreuocabilē fere: bonū nemini
cupientem populatoremq̄ locorum. Est præterea significator operis
ad agriculturam spectantis mensurationum terrarum: atq̄ diuisionū
peregrinationum longarum atq̄ laboriosarum carcerum atq̄ tristitia
rum mærorum: & inuolutionum animorum fraudum: & afflictionum
destructionum: amissionum: mortuorum & eorum r̄liquiarum uitupe
rationum ac latrociniorum effossorum etiam sepulchrorum: & uispi/
lonum magorum: & uilium hominum: & spadonum. Quæ oīa q̄ cō
formia sint saturuo homini attributis q̄m facile uidebit oculatus hō:
& pro parte in sequentibus etiā tangentur nō appono. Sed uidere sup
ē quātū Saturno de quo sermo cōformia sint. Mœstus autē fingitur
ut melcoānica compressio: & exilii tristitia ostēdatur. Senex etiā quia
tunc erat dum pulsus est & quia turpis faciei sint senes: & utplurimū
fœtidi oris: & quia cōsilio & astutia qua summe ualēt ānosi ualuit ipse
Obuolutum autem capite ideo uoluere ut fuscum syderis saturni aspe
ctum: & fugientis habitum & occultam saturniorum sagaciam cogita
tiones: atq̄ simulationes designarent. Tardum abtem dixere quia ob
grauitatem membrorum tardi sunt senes ad incessum: tardi ad irā tar
dum & ipsum planetæ corpus motu nam fere in .xxx. annis cursu suo
orbem Zodiaci perficit. quod in longe minori spatio temporis alii fa/
ciunt. Sordidum uero ideo fictum puto quia impuros habeat Satur
nus præstare mores. Seu quia more ueteri regno pulsus: & ī miseria
constitutus ad Ianum susceptorem suum sordidatus accessit idest ue/
stibus miseriam prætendentibus indutus. Seu ut ostendatur agricul/
turam exercentes laute uiuere non posse: falce autem ideo insignitus ē
ut intelligamus quia per ipsum omnis agrorū cultus primo Italis tar/
dus sit: erāt enim apud nos ante aduentum eius incognitus. his igitur
explicatis libet apponere qnid illi pulso contigerit: quid uiuens egerit
quid etiam mortuo a superstitibus impensum sit. Cum ergo supe/
ratus atque fugatus ibique persequeretur a filio ad ultimum in Italiam

fugit ut testatur Virgilius dicens. Primus ab æthereo uenit Saturnus olympo arma Iouis fugiens: & regnis exul ademptis. In Italia autem ut dicit Macrobius a Iano susceptus est. & genus indocile ac dispersũ montibus altis Composuit: legesq́ dedit: latiumq́ uocari: Maluit his quoniam latuisset tutus in oris. Aurea quæ perhibent illo sub rege fuere Sæcula: sic placida populos in pace regebat. Apud Italos. n. recept⁹ multa ostendit ante non cognita & inter alia cum eo usq́ ex pellibus pecudum duratis igne pecunia conficeretur: ipse primus æra signauit & nomen signantis apposuit numino insigens ex pte una iani suscepto ris sui caput bifrons: ex altera uero nauim: eo ꝙ uenisset in naui fugiens & hoc fecit ut ei⁹ aduẽtus memoria pseueraret ĩ posteros. Hoc tñ a posteris factũ uelle uidetur Ouidius: ubi de fastis scribit. Cã ratis super est tuscum rate uenit in ãnem & infra. Aiunt insuper cum concors una cũ iano regnaret & uicina communi opera constructa haberent oppida saturnia scilicet: & ianiculam aurea fuisse sæcula: eo ꝙ libera tũc esse omnibus uita: nemo seruus: nemo alteri obnoxi⁹: nullũ ẽt fertur in eis finibus furtum factũ: nec sub illo fuit aliqd alicui⁹ priuatum. Nec signare solum aut partiri limite campum fas erat: ĩ mediũ querebant. Quamobrem respectu secutorũ sæculorũ: illa aurea dicta sunt. Et Romani apud ædem saturni ærariũ publicum esse uoluerũt ut apud eum locaretur pecunia communis sub quo fuissent cũctis uniuersa communia. Insuper ignaros docuit arua colere semina terris dare matura colligere: & suo tẽpore stercorib⁹ agros fæcũdare. ex quo cũ ex reliquis officiis nullum esset consecutus cognomen: sterculi⁹ appellatus est: deo tanto atq́ tali profecto splendidum & insigne nomen. Demum cum in multis hominum uitam in melius redigisset contigit ut repente nusq́ compareret: Quã ob causã excogitauit Ian⁹ (ut macrobius asserit) honorum eius augmentum: ac primo terram omnẽ ditioni suæ parentem saturniam nominauit. Aram deinde cũ sacris tãq́ deo condidit: quæ saturnalia appellauit iussitq́ eũ obseruari maiestate religionis: quasi uitæ melioris autorem cuius rei simulacrũ indicio ẽ cui falcem ĩsigne messis adiecit. Huic deo insertiones surculorũ pomorumq́ educationes: & omnem huiuscemodi fertilium tribuũt disciplinas. Et ut idem dicit macrobius hunc una cum coniuge nõnullis persuasum cælum & terram esse: saturnumq́ a satu dictum cuius causa de celo est: & terram opem cuius opere humanæ uitæ alimẽta q̃rũt uel ab opere per quod fructus frugesq́ nascuntur. Huic deæ sedẽtes uota concipiunt: terramq́ de industria tangunt demonstrantes ipsam terram matrem esse mortalibns appetendam. Et sic non deum esse saturnum: sed etiam cælum una cum coniuge agentem uolunt. Philocorus insup ut appareat nõ solũ Italorũ hanc fuisse ĩsaniã dicit saturno

& poim primo in actica statuisse aram Cecropem eosq; deos pro Ioue terrāq; coluisse: statuisseq; ut patres familiarū: & frugibus & fructib' inchoatis passim cū seruis uescerent. Sic & appollophanes comic' dicit in epico carmine saturnum qnasi sacrum: unum: nus: eī græce aut Satorem num quasi diuinum sensum create; oīa & cætera. Romani autem quibus plurimum curæ fuit nil absq; significato componere cū huic deo templum construxissent eius in fastigio tritonas sculpsere cū bucinis & terris: earum caudas immersere: uolentes per hoc ītelligi q ab eius cōmemoratione in nostrum usq; aeuum historia clara sit atq; uocalis quæ ante eū muta: & obscura atq; incognita est: quod per infixionem caudarū intelligūt. Et hæc de saturno dicta sint.

De Croni prima Saturni filia. C. ii.

Ronis s̄m Barlaam filia fuit Saturni: Lactātius uero ñ fœminam sed marem dicit: & latine serpentarium appellari: & ab Egyptiis īter sydera collocatū. S; cū sonet latine tp̄s ne uideatur q tempus nascatur ex tempore pro certa tēporis dimensione accipiendā puto: & qm̄ græci a croni cronicas uocāt libros gestorū quos nos uocamus annales: hāc dimensionē cronim ueteres annum intellexisse puto: quod etia; anni uet' ægyptiorū descriptio serpentarius scilicet satis uidetur ostendere. Est. n. serpētarius homo serpentem manibus tenens in se in medium circuli adeo reu lutum: ut deuorare ore caudam uideatur. Hoc. n. signo p anno utebāt ægyptii: añq; eis lr̄arū caracteres traderet: ab Iside uel mercurio. & sic cronis erit illa temporis dimentio quam annū uocitamus. ad hunc annum designandum Censorinus in libro quem de natali die scripsit ad cerellum longam describit historiam intercalationes annorum: atq; mensium: & dierum apponens: & diuersorum insuper philosophorum opiniones. quas ego curiosis exquirendas omitta; ut breuitati obsequar: opportuna sumens tantummodo. Est igitur annus duplex uertens scilicet atque magnus. uertentem oli ægyptii habuere bimestrem: timestrem archades. decem mensium inæqualiu; ueteres habuere Romani sub romulo rege primo. Cui Numa pompilius duos addidit ut xii. esset mensium: dierum uero. cccliiii. qui antiquissimus hæbreorum fuit annus: & ab israelitis in hodiernum usq; seruatur. Sane cu; multas intercalationes annus talis exquireret ne feriæ messiū hyemales esse contigeret. aut sacra hyemalia efficerentur æstiua: Caius Iulius Cæsar consulatu suo. iii. annum ad solis cursum æquauit eūq; dierum. ccclxv. cum quadrante constituit: eo qd̄ cōperisset hoc in spatio solem ferē Zodiacum omnē circuisse. Et quonia; quadrantem illū singulis apponere annis uidebatur difficile: instituit ut. iiii. anno annus esset semper dierum. ccclxvi. diem illam februario mensi addens. hac in

forma ne auctus uideretur: ut vi.cal.martii bis diceretur.s. & duobus continuis diebus in quibus uenire cõtingeret: & hic bisextus est. Hũc autem annum Romani a mense martio ĩcipere ob martis reuerẽtiã a quo mense ille denominatus est. Alii uero aliter. Magnus aũt ãnus is est secumdum Aristotelem quem sol & luna cæteriq; planetæ ĩ eundem punctũ unde iuncti oẽs discesserĩt inuicem redeuntes conficiunt ut si omnes sint in principio arietis: & inde cursum ceperint qñcunq; contingat eosdem in principio arietis inuicem reperiri annus tunc magnus erit perfectus. Hoc fieri diuersimode putauerunt antiqui: ut ide; censorinus ostendit: dicit enim Aristarcũ putasse: hũc annum confici ex annis uertentibus .ii.mil.cccc.lxxxiiii. Arethem uero dyracinũ ex v.mil.d.lii.heraclitũ & linum ex.x.mil.dccc. Clionẽ ex.x.mil.dcccc. lxxxiiii. Orpheũ ex.Cxx.mil. Cassandrũ ex tricies sexies cẽtũ millib' Hæc ille. Tullius quidem arbitrari uidetur ex.xv.mil.annis cõfici. S; seruius ex.xii.mil.dccccliiii. Senex autem uenerabilis andalo & paulus geometra florentinus astrologi ambo insignes ex.xxxvi.mil.expleri dicebant. Ex his quippe apud quosdam exortus est error asserẽtibus eis si contingat super cælestia corpora in eundem locum unde alias cursũ cæpere reuerti & reassumere cursum eosdem de necessitate ꝓductura effectus quos alias produxere & sic nos iteru;: & iterum: & in ĩfinitũ usq; hanc in uitam redituros quod quidem credere ridiculum est.

De Vesta Saturni secunda filia. C.iii.

Estã saturni: & Opis Ouidi' fuisse filiã dicit: Ex Ope Iunonẽ memorant: cereremq; creata; semine saturni: tertia uesta fuerit &c. Et sic duæ fuere uestæ saturni mater & filia. De his confuse loquũtur autores nonnũ q; unam ponentes pro altera: & ideo dicentes Vestam terram esse qa floribus & herbis uestita est: de matre saturni dictum sumendum est. Quando autem eam dicunt uirginem saturni filia designatur: quam igne; eẽ uo luere: ut ait Ouidius: Nec aliud uestam quã puram uiua; ĩtellige flammam Nataq; de flamma corpora nulla uides. Iure igitur uirgo est quæ semina nulla r̃mittit: nec rapit & cætera. Hãc dicit Albericus nutricẽ fuisse iouis: exponens q; ex igne inferiori cælestis alatur ignis. Ego autem contrarium credo. Elementatum: scilicet ab elemento qd' sublimius est nutriri. Iouẽ autem a Vesta nutritum ad historiam pertinere reor cum (ut supra dictum est) Iouem natu; saturni aspectui subtractũ & uestæ auiæ suæ commendatum: & ab ea clam nutritũ. Dicũt & hãc a priapo hortorũ deo fuisse dilectam quod credibile est cũ dicat Ouidius. Nitimur in uetitum semper cupimusq; negatum. Vestam enĩ uirginem uolunt: & uirgines obsequio suo deputauere romani: quas sẽp

eo qđ cautiori seruarētur custodia libidinosi appetiuere: seu quia abs ꝗ igne.i.calore iaceat priapus.Huius præterea nūꝗ͂ uisaȝ dicunt effi/ giem quod dicūt: eo ꝙ incognita sit. Nā si flāmā uideamus quā illi di cemus esse effigiem.Dicit insuper Augustinus ueteres nōnūꝗ͂ & Ve stam dixisse Venerē: quod & si inhonestū uideatur uirgineȝ deturpar̄ meretricis noīe potuit hæc fictio rōnis aliqd habuisse.Dicim².n.ī Ve nereȝ seu libidinem uenientes in ignē incurrere: ut Virgilius.In furias ignēq; ruūt.i.luxuriaȝ: ergo & hic calor a similitudine uesta uocari po terit.Nec oīo erit a toto sensu factionis huis externū.Cū Vestaȝ dica mus Saturni filiaȝ.i.saturitatis ex qua saturitate non minus oritur ue/ nereus ignis ꝗ͂ uirgineus pudor.Hoc romani summe coluerunt: & e/ ius in templo obsequentibus uirginibus perpetuum seruabant ignem: quem semper summa celebritate die prima Martii innouabant: & sa/ crum istud inter alia a Troianis habuerunt.

De Cerere tertia Saturni filia & matre Proserpinæ. .C.iii.

Eres altera a superiori: & notissima dea frugum est: & Saturni filia: atq; Opis: ut ab Ouidio supra mōstratū est. Hanc aiunt Ioui fratri suo placuisse & ex eo cōcepisse Proserpinam: quaȝ cum rapuisset Pluto nec reperiretur a Cerere: dicunt eam ac/ censis facibus & maximo cum ululatu per uniuersum orbem exqsitā Demum apud paludem Cyanis irata cum rastros: & aratra & cætera ruralia instrumenta quæ ad culturaȝ terræ īuenerat fregisset filiæ cīgu lum comperit: & ab Arethusa nympha certior facta est quoniam illaȝ apud inferos uidisset.Quæ cum Ioui Plutonis accusasset audaciam ab eo eidem primo suasuȝ ē ut papauera comederet: quæ cū fessa fecissȝ ī soporē soluta ē: & cū exspergefacta astitisset Ioui ab eo habuit se fili am retrahere posse: si nil apud inferos comedisset.sȝ accusante Ascha lapho compertū ē eā tria grana mali punici ex uiridario Plutonis gu/ stasse.Qua pp Iuppiter ad mitigandam tristitiā cereris sanciuit.ut sex mensibus anni proserpina cum uiro esset: & totidem apud supos cum matre.Narrant insuper & inter alios Lactautius: ꝙ cum perquirens ceres filiam ad Eleusium regem peruenisset: cuius erat uxor Hyona: & ea peperisset paruulū nomine Triptolemum quereretq; illi nutriceȝ ultro se cererem altricem infantulo obtulisse: & cū suscepta essȝ uolēs alūnum facere immortalem interduȝ lacte diuino nutriebat. noctu clā igne obruebat: itaq; præterꝗ͂ soliti erant mortales crescebat puer.qđ cum miraretur pater clam nocturno tempore obseruauit: quid in pue ruȝ nutrix ageret: & cū uidissȝ eū igne obrui exclamauit: ex quo irata Ceres Eleusium exanimauit ac Triptolemo ternū contulit beneficium

Nam fruges eius propagandas & currum draconibus iunctum dedit Quibus ille uictor orbem terrarum frugibus obseuit. Post q̄ autem domum rediit: Cepheus rex eum tanq̄ æmulum occidere conatus ē: sed recognita iussu cereris triptolemo regnum tradidit: qui ibidem oppidū constituit: quod ex patris sui noīe appellauit eleusium: & cereri sacra primus īstituit: quæ thesmophoria græci nuncupauere. Ouidius uero dicit triptolemum infirmum fuisse puerum & cuiusdam pauperis mulieris filium: quem ceres in retributionem beneficii illum curauit & demum illi currum tradidit: & cum frumento misit. Postremo in scythia a Lynceo rege fere occisus est. Quē ceres in animal sui noīs transformauit. Sunt īsuper qui dicant: & homerus potissime in odyssea cererē Iasionem quēdam amasse & sese illi amicitia: & lecto iunxisse. Et Leontius addebat cererem ex Iasione Plutonem filiū peperisse: & tādē Iasionem a ioue inuidia fulminatum. Recitantur præterea & alia: nos autem sensum eliciamus ex dictis. Est igitur ceres aliquando luna aliquando terra: & nonnūq̄ terræ fructus & persæpe fœmīa & ideo qn̄ Saturni & opis dicitur filia fœmina ē. & sycani siciliæ regis cōiūx ut Theodōtius asserit. Quando autem ex Ioue proserpinam parit: tūc terra ē: ex qua prima proserpina: idest luna nascitur secundum opinionem eorum qui ex terra omnia creata arbitrati sunt. Seu potius ideo credita est luna terræ filia quia dum ab īferiori hemisperio ad superius ascendit: uisum est priscis eam ex terra exire. & sic illam terræ dixere filiam. Hāc rapit pluto: qui & terra est: sed inferioris hemisperii quando post diē xv. incipit sole cadente non apparere: & hinc fit ut appareat eam tātūdem esse apud hemisperium inferius quantū apud superius: ex quo sūptum est fabulosum illud: Iouem sanxisse ut anni medium apud inferos cum uiro esset & tantum apud superos cum matre. Seu aliter. Est quidem proserpina loco frugis habenda: quæ ex iacto sulcis semine nisi cæli temperies agat incrementum habere non potest: & nisi eiusdem iuuetur calore in maturitatē uenire nō posset. Iuppiter autē: & cæli tēperies est & calor: cuius opere suis tēporibus & crescūt segetes & maturitatem suscipiunt: & sic ex Ioue & cerere proserpina nascitur. Quæ tunc a plutone idest terra rapitur quando semē sulcis iniectū non redditur quod aliquando contingit ob nimium frequentatā sationē ex qua adeo bona terra humore emungitur: ut exhausta nequeāt dare iniectis seminibus nutrimentum. Hinc turbata ceres idest agricultores qui terrei dici possunt homines: instrumenta frangit ruralia idest frustra opata cognoscit & negligit: & ululatu fœmineo idest agricultorū querela incensis facibus idest exustione agrorum per quam humores aduersi q̄ sunt circa terræ superficiem exalant. & utiles ab inferiori terra euocātur in altū: & suadetur a Ioue cereri ut papauera comedat idest ut ī quietē

uadat. Habent enim papauera somni quietem præstare: per quā quie
tem intermissio culturæ intelligenda ē: ut possit terra ob ītermissionē
emunctos humores reassumere. Redire aūt ad superos rapta. proserpi
na. i. abundatia frugum non potest incontinenti quia grana mali punici
gustauerat: per quæ intelligenda sunt uegetatiuæ uitæ principia: quæ
tunc iniciantur quando ex humore terræ humectatur: & calefit semen
iniectum: & inde putrefactuꝫ prosilit in radices: quaruꝫ opere segetes
uegetantur. Quæ principia ideo per grana mali punici designantur ut
intelligatur quia sanguini similia sint: sicut sanguis nutrimentum ē ani
malis sensitiui: sic & illa principia uegetatiui. & uti placet empedocli ī
sanguine uita consistit animalium sensitiuorum: sic & segetum ī humo
re terrestri. Sed Iouis sententia. i. cæli dispositiōe agitur ut post sextū
mensem: qui anni dimidium designat ad superos redeat proserpina. i.
segetum abundantia: eo ꝙ a die sationis: seu a mense: in mense septīo
incipiāt spice segetum apparere: & grana suscipere: & in maturitatem
etiam deuenire: quæ grana usqꝫ ad sationis nouæ tempus apud supe/
ros cōmorantur. Theodontius ex cerere istam uetustissimam refert
hystoriam: ex qua uidetur multum causæ fictionis superioris assump
tum & dicit. Cererem Saturni filiam Sycani regis fuisse coniugem: &
siciliæ reginam ingenio clarissimo præditam: quæ cuꝫ per iusulam cer
neret homines uagos glādes & mala siluestria comedētes nec ullis ob
noxios legibus. prima in sicilia terræ agriculturam excogitauit: & ad ī
uentis instrumentis ruralibus boues iunxit: & terris semina dedit: Ex
quo homines cœpere inter se campos diuidere: & in unū conuenire:
& humano ritu uiuere: ex quo a Virgilio dictum est. Prima ceres un/
co terram dimouit aratro. Prima dedit fruges alimentaqꝫ mitia terris
Prima dedit leges. Cereris sunt oīa munus &c. Proserpinaꝫ uero dicit
speciosissimam fuisse uirginem cereris reginæ filiam. & ob insignem e/
ius pulchritudinis famam ab Orco molossoruꝫ rege raptam & in con/
iugem sumptā. Quod etiā testatur in libro temporū Eusebius: uerum
de hoc infra prolixior fiet sermo. De triptolemo auteꝫ scribit Philoco
rus uetustissimū fuisse regem apud atticam regionem: qui cum tempo
re ingentis penuriæ occiso a concursu populi patre Eleusio: quia pere
unte fame plebe filium aluisset abunde: aufugit: & longa naui cuiꝰ ser
pens erat insigne abiit ad exteras regiones: & quesita frumenti copia ī
patriam rediit: ex qua pulso Celeo qui terram occupauerat seu ꝑm ali
ōs lynceo trace in regnum paternum restitutus est. & non solum resti
tutus alimenta tribuit subditis sed illos docuit facto aratro terram co
lere: ex quo cereris alumnus est dictus. Sunt tamen qui uelint nō trip
tolemū sꝫ buzyem quēdaꝫ atheniensem atticis bouem & aratruꝫ com
perisse. Dicit tamen philocorus triptolemuꝫ multis sæculis ante fuisse

ꝙ fuerit Ceres regina Siculorũ. Quod aũt Ceres amauerit Iasonium dicit Leontius etiam hystoriam fuisse talẽ. Cum tẽpore diluuii ogigi Iasonius quidam Cretensis multum frumenti congregasset illud patiẽtibus penuriam ob diluuium pro libito uendidit: & sic ex frumẽto maximam conflauit pecuniam. Et hinc locus fabulæ datus ꝙ ex cerere. i. ex frumento Plutonem diuitiarum deum. i. diuitias susceperit. Iasonius aũt a Ioue inuidia fulminatus dicitur quia ab amicis quibus opportunus erat uisum est ꝙ ante tempus subtractus sit.

De Glauca. iiii. Saturni filia. C. v.

Lauca Saturni & Opis fuit filia: & ut sacra narrat hystoria: uno partu cum Plutone ædita & saturno sola præsentata clam Plutone seruato atq; nutrito: quæ adhuc paruula diem clausit.

De Plutone. v. Saturni filio: qui genuit uenerationem. Ca. vi.

lere metuētes: eo q̄ sanguis totus reuocatus ad cor metuentis liquerit
partes exteriores exangues. Qui quidem metus cū dubius sit euēt᷑
pelli: non solū segnes occupat. sed aliqñ strēnuos pugiles: atq; duces
uariis agētibus causis. Sunt & ibidem insidiæ: ideo tectos gerētes gla
dios: ut intelligatur insidiātis fraus. Circa has plurimū artis oportet
habere duces: cū nil palam nisi maximo suo cōmodo insidiātes faciāt
Dicit & inter ministros martis esse discordiam duplici gladio accinctā
ut sentiamus cum in hoc ueniūt homines ut non æque sentiant: sed in
diuersas tendant sententias ab hac animorū diuersitate unicuiq; parti
arma suaderi & bellū in reliquā: sūt & ibi īnumerabiles minæ quæ īsla
torū hominū tela sunt: adeo ut nonnūq; his tantū cōficiātur bella cū
sæpe minus faciant homines qui magna minantur. Sic & ibidem tristis
sima uirtus est. quod ideo dicit: quia esto homo bellorum sit oculatus
plurimū sit robustus & ualens: sit audax & aduersus incumbentia for/
tis: & cōstans Quoniam hæ uirtutes in effusionē sanguinis: ī dirutōes
urbium: in prædam tendunt: tristes esse uidentur: eo q̄ in aliorū tristi
tiam operantur. Est cum aliis & letus furor: & hoc iō quia bællis sepis
sime interueniat: quē lætū dicit: eo q̄ inter plenos cibo & potu: & hic
lætus oriri consueuerit. Raro enim ieiuno stomacho furentes cernim᷑
Mors etiam inter hos armata est: & cruento uultu: uolens p̄ hoc ostē
dere crebras occisiones quæ in bellis fiūt: & sanguinis āplā effusionē
dū illam armatā & cruento uultu describit. Seu armatū dicit ad dr̄iam
morientiū in pace: qui inermes moriuntur. Superest & ornatus templi
qui omnis tendit ad ostendendam uictorum miseriā: & triūphantium
gloriā. qui qm̄ satis patet omittendus est: sic & bellona de qua satis su
pra dictū est: ubi de minerua armigera. Superest de incessu martis pau
ca dicere. cuius initium a furore & ira qui eius comunt cristas esse ui /
detur: quod his urgentibus absq; impetu esse non potest & hoc supra
descriptum est. Hos ideo martis amore comere. i. ornatas reddere cri
stas. i. arma dicit ut intelligamus: q̄ cū arma ad īterendam & peragen
dam pugnam facta sint: tunc splēdida uidētur: cū īpetuose operantur
nam in segni & miti milite flere dicūtur. Pauorē aūt dicit equos marti
parere: & eius esse armigerum: eo q̄ seu aduenientium seu circa strepē
tium timore equos sumamus & arma. fama autem equos martis. i. adue
nientis belli præcedit fere semper facta: & infecta referens. quæ omīa
a timidis expectantibus creduntur facile & augentur. Martem autē ue
nerem amasse: alii hystoriam uolunt tegere asserentes uenerē ob defor
mitatem paruipendisse uulcanum & adhesisse eiusdem armigero: quod

uir prudẽs & amicus Vulcano aduertens crimẽ coniugis Vulcano detexit: qui diu questus & in furorez lapsus fere in cõiugem irruit: sz ab eodem modesto mitiq; uiro eius furor sedatus est. Alii uero p hoc dicunt intellexisse fingentes: & ostendere uoluisse multos olim bellicosissimos uiros & insignes duces hac illecebra fuisse notatos. Nõnulli acutius sentientes arbitrantur intelligi posse pro uenere cõcupiscibilis appetitus uulcano ignis deo.i.calori naturali matrimonio.i. indissolubili uinculo alligatus. Hinc more ignis dũ in maius incẽdiuz nititur martez tã q; feruentissimũ amare dicitur: & ab eo tã q; sibi simile amat: & in idẽ desideriũ iungũtur lasciuientes qđ a sole.i.a sapiente uiro dũ cernitur redarguitur: & excedẽs iusto calori accusatur. Verũ dũ in contrarium feruor inordinatæ cõcupiscentiæ fertur. fit ut occultis uĩculis.i.cogitationibus: atq; delectationibus lasciuis artius alligetur incipiens: a quibus effœminatus solui non possit: & iam palã factis obscenis commixtionibus a sapiẽtibus rideatur. Neptunnus aũt q solus pro captis ĩterponitur lasciuo feruori cõtrarius effectus ẽ: quo uti ab aqua ignis sic ignominiosus amor extinguitur. & dũ uelit q patitur cathenata rõ relaxatur. Huic iõ attribuitur currus: quia more ueteri pugnantes curribus uterent. Lupus uero ob id illi dicat' est: quia rapax & ingluuio suz sit aĩal: ad insatiabilẽ uoracitatẽ sequẽtiuz castra monstrandã. Cui iõ picus attribuitur auis: quia ut plurimũ bellorũ hoĩes auguriis & auspitiis intenti sint: & quia ex quibuscũq; cõtingentiis cõfestim oĩa sumant. Seu quia uti rostro picus assidua pcussione etiam robora penetret. sic & armigeri cõtinua demolitione: aut certaminũ continuatione mœnia penetrẽt ciuitatũ. Gramẽ ãt iõ illi sacrũ dicit Alberic' qa hæc herba ſm Pliniũ ex hũano sanguine procreet. & inde ut idem dicit romani rem bellicã agentes marti sacrũ facturi aram cõstruebant gramineam: qđ ego ridiculũ reor: ut gramen ex sanguine tantũ hũano oriatur: sed aliunde illud marti dicatũ habuisse originem puto. Nam cũ cõsueuerint belligeri hoĩes ĩ expeditis locis libenti' castra locare: & ob id ut plurimũ in locis gramineis: quæ ex consulto ab agricultorib' nõ coluntur eo q; in se gramen oẽm terræ hũorez attrahat: & satis nullũ uel modicũ linquat: a romanis & forsan a priscis inuẽtum ẽ ad ostentationẽ uirtutis benemerenti pugnatoris: eos herba graminea coronare qui armorũ ui castra primi intrassent hostium.

De Cupidine primo Martis filio: qui genuit uoluptatez. C.iiii.

Vpido (ut ait Tullius in libro de naturis deoꝝ) martis & ueneris fuit filius: Quẽ insipidi ueteres moderniq; ingentis potentiæ deuz uolũt. Qđ satis patet: carmine Senecæ tragœdi: q de eo in tragœdia hippolyti. Et iubz cælo supos relicto. Vultibus falsis hitare terras

Thessali phoebus pecoris magister. Egit armentum: positoq; plectro
Impari tauros calamo uocauit: Induit formas quotiens minores: Ipse
qui cælum nebulasq; ducit. Candidas ales modo mouit alas. In qb⁹ q̄
grandis sit potentia designatur. Nec minus ostenditur in ea fabula quā
de eo refert. Ouidius dum illuꝫ dicit ob danys pulchritudinē apollinē
phytonis uictorem aurea uulnerasse sagitta: & danem plūbea: ut ama
ret ille hanc: illa autem hunc haberet odio: eius formā sic describit se
neca tragoedus in octauia. Volucrem esse amorem fingit īmitem deuꝫ
mortalis error: armat & telis manus. Arcusq; sacros īstruit seua face.
Genitumq; credit uenere & cætera. Seruius autem dicit eum ætate pu
rū & franciscus de barbarino non postponendus homo in quibusdam
suis poematibus uulgaribus huic oculos fascea uelat & gryphis pedes
attribuit: atq; cīgulo cordiū pleno circūdat. Apuleius aūt ubi dꝭ asino
aureo eum describit formosissimū dormientē sic. Cuꝫ uidelicet capitis
aurei genialem cesariem: Ambrosiam temulētiaꝫ: Ceruices lacteas ge
nasq; purpureas: perrantes criniū globos decoriter īpeditos alios an-
tependulos: alios retropendulos: quorum splendore nimio fulgurante
& ipsuꝫ lumen lucernæ uacillabat per humeros uolatilis dei pēnæ Ro
scide micanti flore candicant: & quanuis alis quiescentib⁹ eximie plu-
mule tenelle ac delicate tremule resultantes īquiete lasciuiunt. Cæterū
corpus glabellū atq; luculētum: & qualē peperisse uenerē non poeni
teret & cætera. Refert præterea ausoni⁹ ex hoc fabulam satis lōgo car
mine scripta: quam pictam ait treueris in triclinio zoyli. Cupidinem
scilicet inter mirteta herebi casu euolasse: quem cum cognouissent he-
roides mulieres ei⁹ ob causam dira supplicia: & īhonesta desyderia: at
q; mortes passe facto agmine in eū cōfestim surrexere: & frusta conan
tē exercere uires: eum cæpere atq; ī excelsam ibidem mirtū cruci affi-
xere suas inde pēdēti ignominias iniicientes: quas īterdicit & aduenis
se uenerē increpantē eū: eiq; uulcani cathenas īproprietateꝫ & suppla
cia seua minitantem: quibus cōmotis aliis remissis suis iniuriis a uene
re ueniam illi impetrauere: eumq; sustilere de cruce & ipse euolauit ad
superos. Referūtur & insuper plura quibus obmissis dictorū perscru
tandus est sensus. Fuisse eum cupidinem martis & ueneris filium & in
signem pulchritudine lasciuiq; moris satis possibile reor. Verū de hoc
minime sinsere fingentes: & idcirco quis talis ex his oriri potuerit īter
opiniones maiorum inuestigandum est. Est igitur hic quē cupidineꝫ di
cimus mentis quædam passio ab exteriorioribus illata: & p sensus cor
poreos introducta & intrinsicarum uirtutum approbata præstantibus
ad hoc supcælestibus corporibus aptitudinē. Volunt namqꝫ astrologi
ut meus afferebat uenerabilis andalo: ꝙ quando contingat martem in
natiuitate alicuius in domo ueneris in tauro scilicet: uel ī libra reperiri

& significatorem natiuitatis esse: prætendere: hũc qui tunc nascit̃ fu/
turũ luxuriosũ: fornicatorẽ: & uenereorũ oĩum abusurũ & scelestum
circa talia hominẽ: & ob id a philosopho quodã cui nomen fuit aly
in cõmento quadripartiti dictũ est ꝙ quandocũq; in natiuitate alicui⁹
uenus una cum marte participat habet nascenti concedere dispositiõẽ
philocationibus fornicationibus atq; luxuriis aptam: quæ quidem ap
titudo agit: ut q̃ citò talis uidet mulierem aliquam: quæ a sensibus ex
terioribus cõmendetur confestim ad uirtutes sensitiuas interiores de/
fertur quod placuit: & id primo deuenit ad fantasiam: ab hac autẽ ad
cogitationẽ transmittitur: Ab istis aũt sensitiuis ad eam uirtutis speci
em transportatur: quæ inter uirtutes appræhensiuas nobilior est.i.ad
intellectũ possibilẽ. Hic aũt receptaculũ est specierum ut in libro de/
anima testatur Aristoteles. Ibi aũt cognita & intellecta: si per uolunta
tem patientis fit. in qua libertas eiiciendi & retinendi est: ut tanq̃ ap/
probata retineatur tunc firmata memoria hæc rei approbatæ passio:
quæ iam amor: seu cupido dicitur: in appetitu sensitiuo ponit sedẽ &
ibidem uariis agentibus causis aliquando adeo grandis & potens effici
tur: ut Iouem olympũ linquere: & tauri formã sumere cogat. Aliquã
do aũt minus probata seu firmata labitur & anihilat̃ ita: & sic ex mar
te & uenere non generatur passio: sed secundũ ꝙ supra dictum ẽ ho/
mines apti ad passionẽ suscipiendã ſm corpoream dispositionẽ pro
ducuntur: quibus nõ existentibus: passio nõ generaretur: & sic large
sumendo a marte & uenere tanq̃ a remotiori paululũ causa cupido ge
neratur: Seneca aũt tragoed⁹ in octauia ampliori paululũ licẽtia esto
paucioribus uerbis huius describit originem dicens. Vis magna men/
tis blandus animi calor. Amor est inueuta gignitur luxu: ocio nutrit̃:
inter læta fortune bona. Sane in excusationẽ suæ ĩbecillitatis hanc pe
stem mortales miseri pressi passione hac potentissimum finxere deum
quos in hippolyto Seneca tragædus detestatur dicens. Deum eẽ amo
rem turpi seruitio fauẽs: finxit libido quoq; liberior foret. Titulũ furo
ri numinis falsi addit & cetera Sed iam eo ueniendũ ẽ: ut excussis ficti
oĩbus quid sub eis sit absconditum uideamus. Hunc puerum fingunt
ut ætatem suscipientiũ passionẽ hanc & mores designẽt. iuuenes eĩm
plurimũ sũt & more puerorũ lasciuiũt: nec satis sui cõpotes quo pas
sionis ĩpellit ĩpetus: potius q̃ quo ratio iusserit efferũtur. Alatus præ
terea dicitur ut passionati ĩstabilitas demonstretur: facile.n. credẽtes
cupientesq; de passiõe ĩ passionẽ euolant. Arcũ atq; sagittas iõ ferre fĩ
gitur ut insipientiũ repentina captiuitas ostendatur: nam in ictu fere
oculi capiuntur. has aureas esse dicunt et plũbeas: ut p aureas dilectio
nem sumamus quæ uti aurum lucidum atq; præciosum est: sic et ipsa
Per plumbeas autem odium uolunt: quod uti graue metallum iners &

uile sit: sic & maliuolentia reddit quos corripit. fax autem illi superaddi ta ostendit animorum incendia: exustione continua captiuos infestātia Oculos autem illi fascia tegunt: ut aduertamus amantes ignorare quo tendant nulla eorum esse indicia: nullæ rerum distinctiones: sed sola pas sione duci. pedes autem gryphis illi ideo apponūtur ut declaretur quo niam tenacissima sit passio nec facile inerti & impressa ocio soluitur. Eum cruci affixum si sapimus documentum est. quod quidem sequimur quo tiens animo in uires reuocato laudabili exercitio mollitiem superamus nostram & apertis oculis pspectamus quomodo trahebamur ignauia.

De Voluptate filia Cupidinis. C.v.

Oluptas (ut dicit Apuleius) cupidinis atq psicis filia fuit: cuius ge nerationis fabula supra ubi de psice latissime dicta est. Cuius fig menti ratio aperietur facile: Cum enim contingit nos aliquid optare & optato potiri procul dubio obtinuisse delectamur. hanc delectationem prisci uoluptatem uocauere.

De Enomao secundo martis filio qui genuit Hyppodamiam. C.vi.

Nomaus Rex fuit elidis atq pisæ: & ut Seruio placet atq Lactā tio martis fuit filius. Sane ego bellicosum fuisse hominē arbitror & ob id fictum martis filium. Constat enim eum aduersus pelopem bel lum habuisse & a Pelope superatum & cum secum uenisset in pacem ei dem hyppodamiam filiam suam concessit in coniugem.

De Hippodamia Enomai filia & Pelopis coniuge. c.vii

Ippodamiam dicit Seruius filiam fuisse Enomai regis: & cum for mosissima peteretur a multis: essentq enomao uelocissimi equi ut qui ex uentorum flatu creati fuerant: ab enomao petentibus talis appo sita conditio est: ut scilicet currule deberent inire certamen: & superati necarentur: uictor autem potiretur optato: & cum iam multos in mor tē dedisset aduenit Pelops tātali regis filius. clara floridus iuuētute: pe tiitq coniugium uirginis dispositus subire certamē. Hyppodomia aūt cum uidisset Pelopem formositate eius capta myrtilum aurigam patris pactione primi coitus corrupit. Alii uero dicunt clā a Pelope fuisse hac eadem pactione corruptum. Mirtilus autem axem currus fecit ex cera & sic dum essent in stadio fracto axe currus enomai pelops: uictor eua sit & sic cōiugio hyppodamiæ potitus est. Dicit Barlaam in annalibus græcorum legisse pelopem obnegatam sibi hippodamiam aduersū enoma um iniisse bellum & Enomaum fraude mirtili pfecti sui supatum. Qui myrtilus cum ptium fraudis postularet a pelope ab eodem in mare de iectus periit. Hæc pelopi uiro suo peperit atridem & thyestem: phisthe nem & alios.

De Thereo tertio Martis filio qui genuit Ithim. capitulum viii

Hereus rex tracum fuit et ut ait Theodontius filius fuit Martis

ex nympha bisconide per uim ab eo oppressam: quod in parte scribit Ouidius dicens. Quē sibi pandion opibusq; uirisq; potentē. Et genus a magno ducentē forte gradiuo Cōnubio progne iunxit &c. Ex hoc ta lis hystoria cū fabuloso fine narratur. Cū fatigasset Thereus bello pā dionem athenarū regē; & in pacem tandē; uenisset ut firmior esset ꝓ gnem natu maiorē sumpsit in cōiugē; : quæ cum iam illi Ithim filiū pe perisset uenisset in desideriū; uidendi Philomenā sororē suā; orauit ut aut mitteretur athenas : aut ab athenis accerciretur Philomena. There us aūt athenas uadens a Pandione impetrauit : ut Philomenā ad Pro/ gnem duceret : quam speciosissimā; uirginē; cū adamasset Thereus eā in pastorali domo uiolenter oppressit : & minitanti secū accusaturā; ꝓ gni : linguam abscidit : & in domo illa clausā; seruauit. & ueniens sordi datus ad prognē; : Philomenā; maris nausea mortuā dixit. Philomena uero carceris affecta thedio in thela quæ sibi cōtigissent oīa acu scrip/ sit & per ancillulā; sorori misit. Quæ cū ficta leticia dolorē occultassē; suum instantibus orgiis bacchi noctu : nam eo tēpore a biscoiis mulie/ ribus cælebrabantur Tyrcis & pellibus ornata intrauit siluas & Philo menam æque ornatā eduxit in regiā : & accensa furore : cū multa exco gitasset in uirū in Ithim paruulū filium illi applaudentē euomit iras : e umq; secto iugulo interemit & coctū uiro mane de more epulāti appo suit. q cū sæpiꝰ rei īscius illū uocasset eiq; respōdisset cōtinue Prognes adest. nec intelligeret ille anteq̄ a mensa surgeret Philomena ex cōcla ui exiens illi in hoc seruatū caput apposuit. Qui repente hinc inde cō motus dum illā; insequeretur gladio factū; est miseratione deorū; ut Prognes in irūdinem uerteretur & pullo in habitu propria tectu serua ret. Altera uero in auem sui noīs mutata siluas petiit quas nocte reliq̄ rat. Thereus aūt upupa factus ē : & sic oīs regia transformata. Sensus aūt fictionū; ſm Barlaæ sententiam talis est. Fuit Thereus hō impiꝰ & ferox nil nisi per bellū cupiens aūt sumens : & ob id martē meruit ī patrem cū filius fuerit Astogyri bisconidum principis : qui quidem ob suum facinus nil auderet in coniugē : & ipsa ob ruborē; perpetratæ se uitiæ nūq̄ in regiam descendisset : sedꝰ nigra tecta ueste ī sublimiori do mus parte suum defleret scœlus : & sororis infortuniū; huius mutatio nis causam dedit : sicuti a Philomena tam nomine q̄ reditu in siluas. Therem aūt ideo in upupam uersū; dixere quia cristata sit auis : & ulu lare cantus eius sit : & stercora cibus : ut per cristā insigne regii capitis designetur : & ꝑ ululatū filii perditi lamentationes : & per fœtidū cibū aspernanda atq; fastidiosa memoria comesti nati.

De Ithi Therei filio. C. ix.

This Therei & Prognes fuit filius cuius ætas & infortuniū; satis

supra scriptum est. Aiunt.n.eum in auiculam quam carduelem uocant mutatum: & hoc potius ab habitu infantiæ suæ sumptum credo: quod aliunde picta quidem auis est carduelis: ut & picturas acu uestes ferre uidemus infantes nobilium.

De Ascalapho .iiii.& Ialmeno.v.filiis Martis. C.x.

Scalaphus & Ialmenus fratres & filii fuerunt martis ex Astochia ut in Iliade placet Homero dicenti sic.Illis dominabatur Ascalaphus & Ialmenus martis filii: quos genuit Astochia in domo actoris azidao uirgo uenerabilis palatium cum ascendit mars fortis: hic autem cum ipa iacuit clam.Hos autem dicit Homerus ubi supra dominos fuisse Asplidonis & Orcomeni ac Minionis ciuitatibus: & cum græcis troiam uenisse cum xxx.nauibus.Ego autem ut de reliquis dictum est pugnaces fuisse homines arbitror: & ideo filios habitos ab antiquis.

De Parthaone.vi.Martis filio: qui genuit.
Agrium & Melam & Thestium & Oneum. C.xi.

Arthon(ut ait Thodontius)filius fuit Martis ex Meroe: patremque eius alio nomine Meleagrum appellatum & Calidoniæ regem.paulus autem dicit hunc martis fuisse filium ex Sterope filia Athlantis. Lactantius autem dicit hunc non martis fuisse filium: sed meleagri matris filii.Tandem Theodontius dicit uerum esse Parthaonem filium fuisse meleagri ex Merope ethola uirgine.Sed quoniam meleager primus armis sibi occupauerit calidoniam atque tenuerit: cum Iouis archadis filius fuerit mars a rudibus incolis creditus & appellatus est.& inde Parthaon martis filius dictus.Huius quidem genealogiam Homerus in Iliade introducit Diomedem loquentem: designat ostenditque Parthaonem tres filios habuisse.Agrium Melam & Oeneum: sed Theodontius his superaddit quartum Thestium.s.ab Homero minime nominatum.

De Agrio & Mela filiis Parthaonis.

Grius & Mela(ut supra dictum est Homero teste) filii fuerunt parthaonis de quibus nil præter nudum nomen ad nos usque peruenit.

De Thestio Parthaonis filio: qui genuit Thoxium & Plexippum & Altheam. Capitulum. xiii.

Estius (dicit Theodontius) filius fuit Parthaonis ex Calidone nympha.Paulus uero dicit ex Altea.& Alteam filiam sic dictam quia dum nasceretur ipsa labore partus mortua matre sit. nec de eo praeter hoc habetur ulterius nisi quod Altea genuerit et Thoseum et Plexippum.

De Thoseo et Plexippo Testii filiis. Ca.xiiii.

Hoseus et Plexippus Testii fuerunt filii: ut prædictum est: Qui quidem cum iuuenes essent robusti ætate: ualentes et animo una cum reliquis nobilibus iuuenibus græciæ in uenatione apri calidonii: cuncta ut refert ouidius uastantis uenerunt: ibique cum post longum laborem beluam interemissent

cernentes q meleager oenei regis filius eoru nepos & uenationis pri ceps caput apri Athlanti uirgini quia prima uulneraffet illum dediffet ut tanq prima feriens ritu uenantium præcipuo uenationis decoraret honore. Illud illi indignantes q tanti labores iter tot nobiles iuuenes fœminam primo infigneretur honore eripuere. Qua ob caufam tur batus Meleager in illos irruens fubtracto capite illos interemit renitē tes & uirgini fublatum honorem reftituit.

De Altea filia Theftii & matre Meleagri. Capitulum .xv.

Ltea Theftii fuit filia: & de matris noie peuntis: dū eam parer nuncupata ē: ut fatis prædictu eft. Hæc Oenio regi calidoniæ nupfit: cui cū inter alios filios meleagrū peperiffet: eo nato uidit audi uitq fata circa igne dicentia: tā diu natu uicturu q̄diu ftipes unus q tunc ardebat in igne pmaneret īconfūpt' ab igne. Quo dicto defcē tibus fatis: Altea e lecto furgens cōfeftim fubtraxit ab igne atq ferua uit. porro cū facrificans ob honore meleagro ex uenatione confecutū & interim audiffet ab eode fratres occifos furore pcita in uindictam fe dedit præcipite: & arrepto fatali ftipite quem caute illo ufq ferua uerat igni cōburedū exhibuit: quo confūpto filius meleager occubit. Quod cum audiffet infœlix facti penitens in gladium irruit: & uitam miferrime terminauit. Stipitem hunc ego radicalem humidu arbitror nature lege factū: ut eo durāte uita nafcentiū perfeueret: quia matre i. a rerū natura igni. i. ficcitati īpofitis: ut pereat natus neceffe eft.

De Oeneo parthaonis filio qui genuit deianiram gorgem & me lea grum & thydeum ac menalippum.

Eneus calidoniæ Rex ut fupra dictum eft parthaōis filius fuit lō ge magis apud nos filiorū opere q̄ fuo cognitus. Huic coniunx fuit altea: & plures illi fuere nati: fed uterum ex altea omnes non fa/ tis mihi notum eft cum de alio q̄ de meleagro legiffe non recolam.

De Deyanira Oenei filia & Herculis coniuge. Capitulum. xvii.

Eyanira Oenei regis fuit filia: ut in morte meleagri teftatur Oui di' dicēs. Quas poftq̄ Oenie tādē Latoida clade Exitiata dom' præter gorgēq nurumq. Nobilis alcmenæ &c. Hec uirgo preftantif/ fimæ formæ fuit: adeo ut multi illam in coniugem exoptarent: atq pe terent. tandem cum acheloo flumini promiffa fuiffet & poftremo her culi pofcenti defponfata ortum ob ipfius nuptias certamem ē & fupa to achaloo herculi receffit. Hæc pterea a neffo centauro fūme adama ta & ī trāfitu fluminis rapta: ut clarius ubi de neffo q cū fagitta ab in fequēte hercule letaliter uulneratū fe fciret: ī amoris præmium uefte deyaniræ uenenato fanguinē refperfā dilectæ dedit. afferēs ueftimen to ui eē reuocādi herculē a quibufcūq amoribus. quæ cū credula cla feruaffet capto amore yolis herculi tranfmifit īduēdū: ut illum ad fe

reuocaret:attamen cũ illud Hercules induisset: & sudore siccũ cruore resoluisset:porisq; hausisset apertis:ui urgẽte ueneni ĩ rabiẽ uers' sese dimisit in ignẽ:& mortuus ẽ Et sic deyanire uxoris munere iteri it.Theodontius dicit bellũ habitũ:cũ acheloo huiusmõi fuisse:qđ cũ desideraret hercules deyaniraꝫ & achelous fluuius calidoniaꝫ duobus alueis fere oẽm aliquando irrigaret:& sata oĩa secũ traheret: ab Oeneo Herculi petenti hac sub cõditione cõcessa:si acheoluꝫ in unuꝫ co geret alueum & illum sepiret aggeribus:quod cum nõ absq; maximo labore fecisset Hercules acheloo superato deyaniram obtinuit

De Gorge Oenei filia. .C.xviii.

Orgem Oenei fuisse filiam:testimonio Ouidii præmunstratũ est Theodontius uero dicit Gorgem non fœminaꝫ sed homineꝫ fu isse & in bello thebano occubuisse.

De Meleagro Oenei filio:qui genuit Parthenopeũ. C.xix.

Eleager filius fuit Oenei regis calidoniæ & altheæ ĩ natiuitate c' refert Ouidius percas tres ab Althea iam labore partus soluta uisas circa ignem stamina nentes & cum flammis ignis stipitem posu issent dixere. O nunc nate erit æqua tibi cum stipite uita. Quod cũ audisset althea eis discentibus surgens stipitem igni subtraxit:illum q; ne cõbureretur cum diligentia seruauit.fuit hic meleager iuuenis insignis &æuo suo fama clarissimus:& eodem ouidio referente contig t : q; oeneus pater ex susceptis frugibus cunctis superis sacro instituto honores impenderet diana tantum seu indignatione seu obliuione ob missa.Quæ aduers' eum turbata aprum ĩmaneꝫ agris calidoniis ĩmisit cuucta uastantem.Ad quem conficiendũ cum uocatu meleagri conuenissẽt omnes adiacentiũ ciuitatum insignes iuuenes:contigit ut athlas uirgo oenei filia seu scđm alios iasii regis.forma & ætate cõspicua & uenationum expta etiam aduocata ueniret. Quam cum extemplo me leager amasset:factum est ut inita uenatione cum omnes in aprum irru erent hæc ante alios omnes illum iaculo uulneraret: Qui postq; ca. ptus & occisus est meleager uenationis princeps:seu.amore ductus: seu quia sic expetebat usus athlanti q̃ primo illuꝫ uulnerauerat apri ca put transmisit.Lactantius addit & pellem qui precipuus apud uenato res habebatur honor. Quod ægre ferentes Plexippus & thoseus seu ut dicit Lactantius agenor fratres altheæ eideꝫ athlanti caput oblatũ abstulerũt:seu aufere conati sunt.q̃obrẽ iratus meleager in eos irruit &illos occidit.Cæteꝝ cum calidones ob mortem apri ingens cælebra rent:& dona portarent templis et inter eos althea tam ob mortem ho stis q̃ ob gloriam filii lætabunda incederet audita fratrum cede repẽ te turbata est: et in uindictam potius q̃ iu lachrimas irruens fatali sumpto stipite eum in flammas iniecit quo consumpto et Melea. ger consumptus occubuit. Homerus in Iliade ea in Oratione

in qua phoenix conatur persuadere Achilli ut arma capiat aduersus troianos longum de meleagro Oenei filio sermonem facit & dicit: quod cum ob homicidiū auunculorum suorū plurimā ab Altea matre execraretur indignatus cum uenirent hostes usque in uallum callidoniae ciuitatis nollet arma sumere: sed cū Cleopatra marsippe ydei euinei filia quam etiam altionem uocat: eo quod Altionem auiā suam persaepe ploraret delectabatur inclusus in thalamo: quae post mortem fieri non poterant. At tamen ex his qui eum ob cedē auunculorū mortuū putant. sunt qui credant eum nō stipite consūpto sed matris cōspiratione occisū. Barlaam ab ea fuste dū dormiret occisū dicit. Paulus uero casu eū post gloriam interempti apri mortuū putat: & inde fabule locū ad inuentū fatali stipitis: quē dicit radicalē humidū arbitrari: quo deficiente: deficit & uita. Quacūque tn̄ morte uel qn̄cūque assumptus sit ab oībus abitrari uidetur eū Athlantis amicitia usum: & ex ea Parthenopeū filium suscepisse. Fuit. n. Meleager & Venatio haec famosa ut testatur Eusebius ī libro tēporū Atreo & Thieste regnantibus micenis āno mundi. iiii. mil. c.

De parthenopeo Meleagri filio. .C.xx.

Arthenopeus filius fuit Meleagri & Athlātis: quā dicit Theodōtius filiam fuisse Iasii regis archadiae: & cum esset acris propositi uirgo: coniugique cum renueret Dyanā in uenationibus secuta ē. tandē probitate uicta meleagri eius usa contubernia illi parthenopeum peperit quem eo quod diu celauerit sic appellatus est a matris putata uirginitate. Nā graece parthenias uirgo seu uirginitas sonat. de pulchritudine huius & mr̄is euētu recognita elegāter scribit Statius ibi. Pulchrior haud ulli triste discrimen ituro: & īfra per octo uersus. Huic aūt cū plus esset animi quam uiriū adolescētulus nōdum pubes: plurimo belli succēsus amore audiēs argiuos duces ī thebas ituros: ignara matre conuocatis populis cū Adrasto rege reliquisset ī obsidionē thebarū uenit & ibidē ī pugna uulneratus occubuit. Caeterum de isto lōge aliter sentit Seruius. Dicit. n. eū Menalippae & martis siue Melamoīs fuisse filium & archadiae regē: & puerum ad modum thebana bella secutum ut dictum est.

De Tydeo Oenei filio: qui genuit Dyomedem. .C.xxi.

Ydeū Oenei regis fuisse filiū Statius clare confirmat dicēs. Sanguis habet luctu magni de stirpe creatum. Oeneos & marti nō degenerare paterno. Accipies & caetera. Hoc etiam caeteri uidētur assere re: sed de matre quidā dissentiunt. Nam Lactantius eum filium fuisse dicit Altheae. Seruius aūt Euriboeae. De hoc insuper clara recitatur historia. Dicit autem alia Lactātius eū e calydonia discessisse quia Menallippū fratrem suum in uenatione minus aduertenter occiderat: & hinc sequitur

statius ꝙ multa iam nocte imbribus atqꝫ procellis fatigatus in agros ciuitatem uenit. ubi cum neminem nosceret & refugiū quæreret quo ꝑ noctare posset ad regiam porticū uenit in quam paulo ante polynices thebanus pactione cum etheocle fratre facta de ānuo īperio successi/ue etiam madens deuenerat. & equum suum locauerat. & cum nō satis capax duorum locus uideretur ob mansionem non cedente polynice ī iurgium deuenere & inde in certamen. Quod cuꝫ audisset adrastus de scendens eos pacificatos deduxit in regiam. Et cum uidisset polynicē leonis pelle tectum: & tideum apri: cōfestiꝫ ambiguum oraculi rn̄sum quod consuluerat de nuptiis filiarum intellexit. Acceperat autem se il/las daturam: alterā leoni: alteram uero apro. & ideo cū iam eos cogno uissꝫ quasi sibi missos generos. Tydeo deiphilem iunxit. Polynici autē argiam. Ipsi quidem paulo ante hostes non solum affinitate sed amici/tia integra euestigio iuncti sunt: adeo ut ueniente tempore quo secum dū pacionē polynices r̄gnū a fratre debebat assumere. neminē ire lega tū preter se ad repetēdū ꝓ polynice regnū passus est. Cui cum denega tum fuisset præter ius & fas redeunti ut ait homerus & post eum fere ad litterā Statius insidiæ iussu ethioclis appositæ sunt: & cū nocte ī in cautum. l. milites irruissent: nulla ex parte territ⁹ expedito gladio ī eos cōuersus est: & post longam atqꝫ cruentam pugnam multis sauci⁹ uul neribus: uno excepto: omnes occidit: Tandem cū Adrasto & Polyni ce iā uno ex Deiphile suscepto filio Dyomede ad obsidionē uenit the barū conuocatis amicis. Ibi autem cum tanq̄ rem suam ageret acriter sæpe pugnans die una a quodam Menalippo sagitta in mortem uulne ratus est. Quod cuꝫ īpatienter ferret: seqꝫ acerbitate uulneris ī mortē trahi cerneret: fere in rabiem uersus sotiis eius qui eum uulnerauerat postulauit caput. Qui postq̄ illud multo sāguine fuso obtinuerūt: eiqꝫ detulerūt: ipse nō aliter q̄ canis iā deficiēs ceruici dentes infixit: & il lā dū bestiali ritu deuoraret: occubuit. Hūc ꝑterea (ut Lactāti⁹ refert) fuerūt: q ex Marte genitū dicerēt: sūpta facie oenei: nil aliud sentien tes q̄ matrē natiuitate Tydei adeo potētissimū significatorē fuisse: ut ei ī gestibus suis simillimus appareret.

De Dyomede Tydei filio. Ca. xxii.

Yomedes (ut satis uulgatum est) filius fuit Tydei ex Deiphile. Hic Etholorum dux cum cæteris græcis ad obsidionē troianā acces sit: apud quam adeo strēnue se gessit: ut post Achillē & aiacem græco rum omnium fortior haberetur & audacior. Naꝫ præter occisos reges a se: & singulares pugnas aduersus Hectorē & Aeneam: Aliosqꝫ insi gnes Troianorū principes: & captos rhesi equos: atqꝫ palladiū Troia nis subtractū eo in bello Martem uulnerauit: ut testatur Homer⁹ ī Ili ade: sic & Venerē Aeneam protegētē: ut Homerus prīo: deinde dicit

Virgilius. Tandem cum obtenta uictoria in patriã remearet. dicit Leontius ꝙ ab Egiale coniuge quæ suasione naupli patris palamedis al/teri adheserit homini: minime receptus est. Seruius quidẽ dicit ꝙ cuꝫ ipse cognouisset Egialem cuꝫ Cyllabaro Stheleni filio cõcubuisse ue/recundia ductus domũ noluisse reuerti. Dicit insuper Leontius: hoc il li ĩpræcatũ a dione fuisse: cũ filiam uulnerauit. Is tamen ĩdicto sibi ex lio ad partes apuliæ sese cõtulit: & occupato gargano monte (ut uolunt aliqui) eius in radicibus sypontum condidit ciuitatẽ. Alii aprum dicũt & ibi cũ multa passus fuisset: ut dicit Virgilius: socios in aues mutatos perdidit: & eo ꝙ ossa Anchisis oraculo secum tulerit: dicit Seruius: euꝫ ipsa ꝓpessuꝫ & ob hãc causaꝫ illa restituit. Aristoteles aũt: ubi scri bit de mirabilium auditu dicit: Diomedeꝫ ab Aenea per dolum occisũ & loca quibus ĩperauerat occupata: eo tamẽ mortuo: ut asserit Augu stinus: ab incolis deificatus est: eiq; tẽpluꝫ constructũ in ĩsula: cui dio media ab eo nomen ẽ: & post eius morteꝫ socios ob doloreꝫ necis eius in uolucres uersos: eosq; templũ incolere atq; circũuolare. Quod etiã affirmat Seruius dicens: has aues a latinis uocari diomedias: a græcis uero Erodyos: dicens insuper eas græcis ad italiaꝫ uenientibus applau dere: atq; letas occurrere: cũ latinos fugiant uehemẽter: eo ꝙ suæ o/riginis memores sint: & ꝙ a latinis dux eorum sit occisus. Theodonti us uero dicit eas græcis applaudere & cæteris nationibus esse infestas & singulis annis aquaꝫ rostris portãtes tẽplum diomedis perfundere. Sed quid sub fictionibus lateat uidendũ ẽ: diomedeꝫ martẽ uulnerasse iõ dictuꝫ puto: quia forsan cum Hectore pugnans: qui ob insignẽ mi/litarem eius uirtutẽ merito mars dici poterat: illum uulnerauit. Sic & Venerẽ: quia Aeneam Veneris filium uulnerasset. socios autẽ in aues mutatos dicit Theodontius iõ fictum: quia pirrhatæ effecti sunt adeo ueloci cursu remoruꝫ suffragio discurrentes maria: ut uolare uiderent̃ eosq; græcis seruatis reliquis nationibus fuisse infestos.

De Menalippo Oenei filio. Ca. xxiii.

Enalippus (ut Lactantio placet) Oenei regis fuit filius. hic in sil/uis dum una cũ Tydeo fratre uenaret̃: ab eodẽ ĩaduertẽter occi sus est.

De Zesio. vii. Martis filio. C. xxiiii

Esius (ut ait Theodontius) Martis fuit filius ex Hebe iuuentutis dea susceptus mihi tamen omnino incognitus.

De Phlegia. viii. Martis filio: q genuit Coroniꝫ & Isionẽ. C. xxv

Hlegias (ut dicit Lactantius) filius fuit Martis: hõ neq̃: elat⁹ & in supos: hic aũt: ut ait Seruius: filios habuit Isionem & Coronidem nympham. Quam cum sensisset ab Apolline uitiatam: confestim ira ꝑ citus templum eius delphis incendit. Quãobrem iratus Apollo eum

sagittis interemit: eiusq; animam apud iferos religauit: hac sub poena ut sub ingenti sedeat saxo ruinam minante: & semper illud casurum suspicetur & timeat: de quo sic uirgilius. Phlegiasq; miserrimus oms admonet: & magna testatur uoce per umbras: discite iustitiam moniti & non temnere diuos & cætera. Phlegiam concubuisse templum apollinis: ut dicit Eusebius: in libro tēporu: contigit dauni regis argiuorū āno. xxii. anno uero mūdi. iii. mil. dcc. lii. Nunc quid ueteres de impensa phlegiæ poena senserint uideamus: phlegias autem dictus est a phlegon quod est flāma: & ideo martis recte dicitur filius: quia calidus sit & siccus: & ardores & incendia cōpetunt. Quod autē apud inferos dānatus sit: ea quæ dicta est poena: putat lucretius: q arbitrati sint ueteres anteq̄ ad corpora ueniant apud superos esse animas: & uenietes in corpora quoniā īferi sumus respectiue ad supercælestia corporu. eas descendere ad inferos: & ibidē uarias habere poenas: ſm uarias affectiones uel exercitia: & sic phlegias in hac uita īter mortales uiuēs ad hāc poenā dānatus est: quam talem intelligit macrobius: ubi d' sōnio scipionis sic dicens: atram silicem lapsuram & cadenti similem illorum capitibus īminere qui arduas potestates & infaustam ambiūt tyrānidē nūq̄ sine timore uicturi: & cogētes subiectum uulgus odisse dum metuant semper sibi uidetur exitium excipere quod merentur.

De Coronide nympha filia phlegiæ & matre esculapii. Ca. xxvi.

Oronis nympha (ut ait serui') filia fuit phlegiæ: q̄ cū forma præclara esset placuit apollini: & ab eo uitiata est: atq; ex eius cōcubitu filium concepit qui postmodum esculapius appellatus est.

De Isione filio phlegiæ: qui genuit Cētauros. Quorū hæc sūt noīa Euriti': Messus: Astilus: Ophionides: Grine': Rhet': Orne': Lycidas: Medē: Pyserior: Taumas: Mermeros: Phol': Menelas: Abas: Eurinom': Hyreos: Hymbr': Cene': Alphydas: Elops: Pacre': Lycus: Cromis: Dictis: Pharc': Bianor Hedian': Licet': Hypasō: There': Riphe': Demoleon: Plageon: Hylon: Ephynous: Dam': Dorylas. Cyllar': Hyllonōe foemīa: Pheo: Tom': Theboas: Pyret' Ethodus: Ephydupus: Nesseus: Odites: Stiphelus: Bromus: Antimacus. Elimus: Pyramus: Latreus & Monicus & alios et hos præter genuit Perithoum. Ca. xxvii.

Sion phlegiæ filius perhibetur a cunctis: Hūc aliqui uolūt Iouis miseratione in cælum assumptum: et eius secretarium atq; iunonis officium. ubi delatus officio ausus est iunonem de stupro interpellare quæ Ioui conquesta eius iussu nubem in sui similitudinem exornauit Isioniq; loco sui apposuit. Qui cum ea iacens ex illa centauros genuit: et cū a Ioue de cælo fuisset deiect' ī terras: ausus ē apud mortales gloriari se iunonis potitum cōcubitu. q̄obrem ictus fulmine apud īferos

rotæ uolubili & plenæ serpentū alligatus continue reuolutioni dānat⁹ est. Vnde dicit Ouidi⁹. Voluitur Ision & se sequiturq; fugitq; &c. Hu ius aūt figmenti ratio potest esse talis. Ision thesalus fuit: & laphitarū dominus: regni preter modū auidus adeo: ut per tyrānidem occupar̄ conatus sit. Iunonem aūt nunc aerem nūc terrā diximus: & reginā; re gnorum atq; diuitiarū; quæ inquantū terra & regnū ī terris: & aliqd stabilitatis uidetur protendere & inquantū aer qui lucidus est splendo ris: aliquid uidetur addere regnis: qui tam fugitiuus est: & in tenebras uertitur facile. Nubes aūt solis opere ex uaporibus aqueis: seu humen tis terræ surgentibus: & in aere condēsatis conficitur natura sua caligi nosa uisui sensibilis: manu aūt incōprehensibilis: & nullis firmata radi cibus a uentis huc illuc impellitur: & demum aut in aerem a calore re/ soluitur: aut in pluuiam a frigore uertitur. Quid ergo ex dictis: Pro nu be non regnū intelligemus: s; quoniam in Iunonis effigiem apponitur id dicemus quod in terris uiolentia possidemus: cui regni similitudo n̄ nulla est: in q̄ntum uti rex suis subditis dominatur: sic & eis qui uiolen ter possidet dum uires suppetunt suis īperare uidetur. Sed uti īter līpi dum aerem: & condensatā nubem grandis est differētia: sic inter regē atq; tyrānum Aer fulgidus est: sic & regium nomen. Nubes obscura est: sic & caliginosa tyrannides. Regis amabile nomen. Tyrāni tetrū; & odibile. Rex tronum cōscendit suū; regiis insignitus notis. Tyran nus occupat dominium armis horridis circūseptus. Rex per quietē & lætitiam subditorum. Tyrānus per sanguinē et miseriam subiacentiū; Rex pacem augmentū q; fidelium totis exquirit uiribus. Tyrānus re; suam curat per exterminium aliorum. Rex in sinu amicorum quiescit Tyrānus amicis fratribusq; semotis in satellitum scellestorūq; hoīu; aīam suam ponit. Quāobrem cū in se (ut patet) diuersissima ista sint: rex splendidus aer merito fingi pōt: et ei est aliquid stabilitatis ānexu; si quid dici pōt stabile in caducis: ubi tyrānus respectiue turbulēta nu bes est nulli stabilitati ānexa: et quæ facile resoluatur: seu a furore su/ biacentium: seu ob desidiam amicorū. His præmissis arbitror quid si bi uelit fictio: absq; difficultate uidebimus. Assumitur ergo tūc ī cælū Ision: cum celsa aīo contēplamur: utputa regnū purpuras splendores egregios: eximiā gloriā: potentiā inexhaustam: et quæ stultoru; iudi cio regū infinita sunt cōmoda. nec īmerito Iouis atq; Iunonis uidemur secretarii facti: dū quod ad eos attinet: quasi ex specula deitatis p̄sūp tuoso speculamur aīo. Et tunc in Iunonis desyderiū trahimur: dū hos regios fastus aliud q; sint: stolido iudicio arbitramur. Tūc aūt Iunonē interpellat de stupro Ision: quando nulla præuia ratione: nullo iusto suadente titulo in id priuatus homo conatus exponit: ut regno uiolen ter præsit. S; qd fit: si forsan aliqd p̄inde quærit̄: Illi nubes Iunonis

effigiē habens apponit̃: ex quo cōcubitu occupātis.s.& occupati īpe/
rii illico nascūt̃ cētauri.fuere qdē cētauri hoies armigeri elati aīs: & ī/
moderati: ac ī oē nephas pni: uti satellites cernimus: & stipēdiarios:
& mistros scelerū ad quorū uires fideq; cōfestī; recurrit tyrānꝰ. Qui
iō ex nube nasci dicūt̃: qa ex substantiis umbratilis regni.i.subditorū
eorū emūgunt̃ stipendia: ex quibus in eorum exterminiū ipii nutriūt̃
Demum ision a Ioue in terras e cælo pellitur.i.a natura reruz: postq;
n.cupidꝰ intrauit dominiū omissis cogitationibus splēdidorum: quibꝰ
spe blanda: & fallaci existimatione oblectabatur: in anxias certasq; tra
hitur curas: dum.s.noscere incipit: qbꝰ laboribꝰ quantūcunq; continu
is & amatis plenum sit imperium. Hic iusuper qm̄ se cum Iunone con
cubuisse iactasset idē se regē dicere ausus est fulminatur a Ioue: eo sc;
fulmine quo exuruntur insipidi: qui dū se sōniantes aliis in cælū euehi
arbitrantur. Somno excussi repente se reperiunt præcipitatos in terris
Nam dum turgido spiritu elati quantūcunq; uiolentia populorum īpe
rium teneant: in se redeuntes stolidæ ambitionis sōnum ab oculis pel/
lunt: aduertunt quos angores intrauerint: quas ābages: quos timores
quasq; incognitas añ pplexiōes: qua aīaduertentia nō aliter q; ab igni
to fulmine cruciantur. Qui cruciatus si pc̄tō aliquo eo tenente tyran/
nidem finiretur: nō apud inferos supplitio rotæ uolubilis dānaret̃: s;
qm̄ in pectore talis absq; quiete aliqua circulari motu assidue circum/
uoluitur & ueteres innouantur & nouæ supadduntur dū hinc hꝰ insidi
as inde uires illius: illinc dei iudiciū timidus expauescit. Rotæ infixus
uolubili dicitur: Quæ iō plena serpētum fingitur: quia curis non solū
assiduis: sed etiam mordacibus agitatur. Seu aliter & breuiꝰ. Nucē re/
gni dicemꝰ fore spem sumptam: quā nōnulli sibi male suis uiribꝰ men
suratis certissimā faciūt. Quæ ideo similis Iunoni fingitur: qa speranti
iam speratum possidere uidetur: nec aliter secum q; si possideret: dꝰ re
separata disponit: & hinc fit: ut ex hac tam certa spe: ut effectū conse
quatur: sperans sibi uires præparat: & sic agente spe idest nube: cētau
ri oriūtur idest præparātur: & cū ad consequēdū opere quod iam spe
tenet insipidus: intrat labores adeo ut omittat cogitationes splendidas
et inturbulentas deuēiat necesse est. & sic a Ioue idest a luce & splēdo
re cogitationū cadit: seu deiicitur in terras & fulminatus uexetur ī ro
tā ut dictū ē. De hac aūt rota aliter sensisse uidetur Macrobiꝰ. illos .s.
radiis rotarum pendere districtos: qui nihil cōsilio puidētes: nihil ra/
tione moderantes: nihil uirtutibus explicantes: seq; & omnes actus
suos fortunæ cōmittētes casibus fortuitis sēper rotātur. Alii uero ubi
ision Iouis & Iunonis secretarius dicebatur senserūt. isionem augurez
fuisse: eo q in aere caperētur auguria p quæ secreta.i.ea q̄ futura sūt
solū a talibꝰ coguosci credebātur. Qd aūt ex nube genuerit cētauros

uolunt nil aliud intelligi: q̄ꝫ ꝙ precio satellituꝫ fidem aucupent: quæ sic facile dissoluitur alio superueniente munere ut nubes fit. Dicit præterea fulgentius dromocridē in teogonia scribere Isionē in græcia primum regni gloriā affectasse: & sibi centū equites primū oīum cōquisisse: ex quo centauri.i.centum armati.Sꝫ ego miror Isionē primū apud græcos regnū optasse: cū constet ante tēpora Isionis multos fuisse sycioniis & argiuis reges: qui & græci sunt.Fuit.n.Ision danao imperante argis: posset tamen hic respondere alios reges: qui eū præcesserunt sponte populorū quibus imperauerant extitisse. Ision aūt primus fuit qui per uim & tyrānidem regnū occupare conatus est.

De Centauris Isionis filiis in generali. C.xxviii.

Entauri Isionis & nubes filii fuere: ut præmonstratū est.Hos uolunt quidā apud thesaliā equos ante alios domuisse & insignes euasisse equites: & quoniā centum cōuenere inuicem cētauri dicti quasi centum armati: uel centū martes: nam græce arios mars est: seu potius centū auræ: nam sicut uentus uelociter euolat: sic & hi centuꝫ uelociter currere uidebantur. Verūtamen hæc latina ætimologia ē: quā græcæ dictiones minime patiuntur.Ex eis talē refert Seruius fabulaꝫ ꝙ cū quidā Thesalus rex bobus oestro exagitatis satellites suos ad eos reuocandos ire iussisset: & illi cū cursu pedestri non sufficerent ascenderunt equos: & eoruꝫ uelocitate boues consecuti: eos stimulis ad tecta reuocarūt.Sic hi uisi aut cū irēt uelociter: aut cū eoꝝ equi circa flumen peneon potarent capitibus inclinatis locū fabulæ stulta credulitas adinuenit: qua arbitratū est unū esse aīal ex equo & hoīe compositum: & sic postea semper pictū est.Hii tandē elati hoīes in nuptiis perithoi cibo pleni uinoq; madentes sponsam perithoo aufere conati sunt: sed resistente theseo superati. Virgilius aūt dicit illos fuisse laphitas.Eos aūt superari atq; deleri mars passus est: eo ꝙ illi sacrum non exibuissent: cū diis cæteris adolessent.Quasi ex hoc uelit quia obmissa martis seueritate: epulis & potationibus uacantes effœminati sint: & sic superati.Si quid præter hoc ex eis hic fictionis haberet: satis supra ubi de Isione declaratum est.

De Euryto Isionis filio. C.xxix.

Vrytus ex centauris unus(ut refert Lactanti⁹)in domum Oenei regis calidoniæ ueniens Deyanirā: quā paulo ante Hercules petierat & fideꝫ præstauerat se illam in uxorē ducturuꝫ: postulauit in cōiugem.Oene⁹ uim timēs spopondit: & constituto die: dum nuptias eurytus celebraret: superuenit hercules: & inito cū centauris ibidem existentibus certamine eos occidit: & deyanirā sibi matrimonio copulauit: Ouidi⁹ uero nō sic: quinimo dicit: ꝙ cum perithous duxisset hippodamiā cōiugem & posuisset in antro mensas centauris: & ipsi epu-

lante uino plurimo caluissent in lasciuiā uenere: & audaciā nimiā & capiente euryto hippodamiā: atq; trahente eā: īsurrexit perithous atq; these⁹: & turbati casu aduersus eū & socios: iniere pugnā: & cū abstulisset Theseus hippodamiā eurito eū conātē manib⁹ cratere sūpto interfecit.

De astilo ex cētauris uno uate: Isionis & nubis filio. C.xxx.

Stilus ex centauris fuit unus: & qm̄ augurio ualebat futura praenoscens fratres monuerat ne bellū aduersus laphitas assumerēt Tādem: cū se una cum eis ī nuptiis reperiret: uideretq; driātē acriter incidētē cedētēq; misere quos cōtingere poterat: & ex suis etiam plures fugientes timens illius uirtutem: & ipse fugam cæpit nessoq; cētauro fugienti dixit: ut dicit ouidius. Astillus ille etiā metuēti uulnera nesso. Ne fuge ad herculeos inquit seruaberis arcus ꝛc.

De nesso Isionis & nubis filio. Cxxxi.

Essus ex centauris famosissimus fuit. hic cum uersutus homo plurimū esset: & fuga manus euasisset laphitarū ī calidoniā abiit: & sec⁹ Hebenū eiusdē regionis fluuiū morā trahēs Deianirā filiā; oenei regis amauit: tractu uero tpis cōtigit q; eūte Hercule a Calidonia uersus patriā; una cū Deianira cōiuge ab Hebano fluuio pluuiis turgido detentus est Cui nessus quasi obsequiū p̄statur⁹ obtulit se: si natans uellet transuadere fluuiū: deianirā; ī ripā; alterā; delaturū. Qd' Hercules annuit. Verū cū transuadasset uelociter nessus: Hercule adhuc natante: ratus suo ardori cōcessū tp̄s: aura ocior cū deianira fugam arripuit. Hercules aūt sūpto arcu: sagitta eū consecutus est. Qui dum se saucium cerneret: & piturū agnosceret: ne inultus occūberet: nouam commentus fraudem: confestim uestimentū sanguīe suo perlitū exuit & quasi mun⁹ amoris deianiræ dono dedit: hanc illi afferēs eē uirtutē ut si illotū seruaretur: posset ab omni amore forensi in suum reuocare herculē: dummodo id ageret ut illo indueretur hercules. Quod credula deianira seruauit: & post tempus: dum herculē amore iolis captū in suū reuocare uellet: illū: ut lati⁹ ī sequētib⁹ exprimet': occidit. Nessus aūt uestimēto dato expirauit ut uaticiniū īpleretur Astili. Stati⁹ hunc hebenū fluuiū ob mortē nessī cētaureū cognominat. Et lucan⁹ d' eo dicit. Et meleagream maculat⁹ sanguīe nessi. Hebenos calidōia secat ꝛc.

De reliquis Centauris Isionis filiis. C.xxxx

Phyonides: Grine⁹: Reth⁹: Orne⁹: Lytidas: Medon: Pisenor Taumas: Mermeros: Pholus: Menelas: Abas: Eurinom⁹ Yreos Ymbrus: Oene⁹: Aphidas: Elos: Patre⁹: licus: Cromis dictis: Phareus: Bianor: Gedian⁹: Lyce⁹: Hypason: Tere⁹: Rhiphe⁹: Demolcon Phlageon: Ilon: Ephino⁹: Dam⁹: Dorylas: Cyllar⁹: Illonome fœmīa

Thomus.Theleboas.Pyretus.Ethodus.Phidupus.Nesseus.Odites.
Stiphelus.Bromus.Antimacus.Elimus.Pyramus.Latreus & Monicus
oẽs fuere centauri Isionis & nubis filii:& in nuptiis perithoi: aut cesi
aut fugati a laphitis:ut late in suo maiori uolumine testatur Ouidius.

De Perithoo Isionis filio:qui genuit Polipitem. Ca.xxxiii.

Erithous non ex nube apposita:sꝫ ex cõiuge fuit Isionis filius:ut
dicit Ouidius:duxerat hippodamen audaci Isione natus &c.Hic
(ut fertur(amicitia integra theseo atheniensi iunctus fuit: & cũ hippo
catiam ſm Lactantiũ.Secunduꝫ autem Ouidium hippodamiã duxis/
set uxorem(ut ait Seruius)circumuicinos populos conuocauit ad festũ
ex quo secutũ ẽ:cum in nuptialibus sacris cæteri honorarent dii: so/
lus mars obmissus est:quã ob causam indignatus cẽtauris indignanti
bus ĩmissit furorẽ:qui surgẽtes aduersus Laphitas in pugnã(ut supra
dictũ est)plures ex centauris cesi occubuere.Lactãtius uero dicit:hoc
ĩ certamine laphitas fuisse deletos : quod ĩtelligendũ ẽ de his laphitis
qui centauri erant.perithoũ insuper uolũt:hippodamia mortua seu ea
uiuente & forte repupiata:cũ Theseo amico suo cõuenisse:q tunc for
te celebs erat:se nisi ex Iouis genitis sũpturos uxores. & cum iã The
seus Helenã rapuissꝫ:quæ Iouis & Ledæ filia habebat̃ : nec altera no
sceretur in terris ea tẽpestate a Ioue genitam præter Proserpinã pluto
nis cõiugeꝫ:cũ in cælum nequirent ascendere:ad inferos eam rapturi
declinauerunt.Verum cerberus aduersus perithoũ insurgens:illũ pri
mo interfecit impetu:quem dum iuuare conaretur theseus ĩ magno ui
tæ fuit discrimine:& ultimo a plutone detentus ẽ.Tandẽ redeũte her
cule ab hispania geryone superato:& præda ingenti diuite:audito pe/
rithoi ĩfortunio:& captiuitate thesei a trenaro specu descẽdit ad ĩferos
ut tragœdus testatur seneca in tragœdia herculis furentis.Cui obuius
cerberus factus:ut in in eadem tragœdia plenius dicit̃:ab hercule ui/
ctus atqꝫ triplici ligatus cathena theseo concessus ẽ.Aliq uolũt cerbe
ro ab hercule barbã decerptã.quẽ:liberato theseo:p trenarõ ad supe
ros triplici traxit cathena ẽt renitentẽ.Põponius aũt ĩ cosmographia
scribit circa Euxini sinus ĩtroitũ haud longe ab heraclea urbe acheru
siã specũ eẽ:ad manes usqꝫ(ut fama fert)peruiũ:& ex eo ad supos ai
unt ĩcole cerberũ tractũ.Sũt præterea:nonnulli q ad augẽdã fabulæ
fidẽ(cũ uenenosis herbis locus abundet) dicant: eas primo ex spuma
tracti cerberi natas:nec ĩ pcessu a quoq̃ euelli potuisse.Quod hac hi/
storia fictũ ẽ:æque ad historiam pertinet.Nam cũ clam latronũ mo/
re:nõ tãq̃ strenui iuuenes rapturi proserpinã iuissẽt:perithous: & the
seus nocte a cerbero cane perithous(ut legitur)occisus ẽ: & ab ĩcursã
tibus detẽtus theseus:pro cuius liberatiõe Hercules ad inferos descẽ
dẽs idest in regna molossorũ primo claua occurrente:& oĩa audenteꝫ

canē domuit:atq; ligauit & Theseum sub interminatione belli plutoni repetiit:qui illi cōcessus est:& sic cum cane in aticam seu bœtiā redierā Per barbam cerbero euulsā audatiā atq; robur debem' intelligere qb' canis priuatus ē. Nam expertus herculis clauā:& uisa uiri cōstantia: timidus atq; mutus effectus se uictum confessus est: Est enim homini bus barba a natura concessa in testimonium uirilitatis:ut in moralib' placet Gregorio. Hanc enim quotiens tangimus:aut uidemus:nos eē uiros meminisse debemus:& nobis ab his quæ minime uirū deceāt ca uere monemur.de reliquis alibi dictum est.

De Polypite Perithoi filio. C.xxxiiii.

Olypites Perithoi fuit filius & Hippodamiæ:ut Homerus ī Ilia de:dum dicit.Illos autem ducebat fortis bello Polypites fili' Pe rithoi:quē immortalis genuit Iuppiter.Hunc polypitē Perithoo genu it gloriosa hippodamia.Hic:ut per eundem homeru; patet ī catalogo græcorū:cum eis in troianam expeditionem iuit.

De Britona martis.ix.filia. Ca.xxxv.

Ritona seu Briton nympha fuit cretensis:&(ut Lactantius asse/ rit)martis filia:quæ cu; uirgo adhesisset dianæ:& perpetuæ facto uir ginitatis uoto uenatiōibus uacaret:eo q formosa eēt:minoi regi cre/ tensiū placuit.Qui:cū ei renitenti uiolentiam uellet īferre:nec aliunde uirgini appareret effugiū:se ī mare dedit præcipitē:& sic ab undis ab/ sorta ē.cōtigit postea ut piscatorū retibus traheretur eius cadauer ī lit tus porro:seu dianæ:seu martis turbatiōe factū sit:pestis ingēs īsulæ īmissa ē:quam uidebant cessare nō posse incolæ:nisi dianæ īstituissēt tēplū:& eam dictynam appellarēt:eo q piscatorū rethia:qb' ī terrā deductū ē britonæ cadauer dithia nominentur.

De euanne.x.martis filia & Capanei cōiuge. C.xxxvi.

Vannes(ut Theodōtio placet)martis fuit filia:ex thebe asopi flu minis cōiuge suscepta.Quæ quidē Euannes cōiunx fuit capanei insolentissimi hominis:& ex eo filium peperit:quē Sthenelū uocauere Credo ego hanc ferocissimam fuisse fœmina;:& iō martis dictam fili am:Quam ferunt adeo Capaneum uirum suum dilexisse:ut dum ful/ minatus apud Thebas eius funeralia exercerēt:poneretur q; capanei cadauer semiustum in rogū ferre nō potēs tam ingentē aī dolorē:sese iniecisse flammis illud urētibus:& sic una cū uiro exustā & īmixtis ci/ neribus in urnam depositam.

De Hermiona xi.martis filia:& Cadmi cōiuge. Ca. xxxvii.

Ermionam poetæ dicunt martis & ueneris fuisse filiam:eamq; re licta spinge:a Cadmo thebarum rege in coniugem ductam.huic uulcanum aiunt monile fecisse pulchritudinis insigne:sed infausti ho/ minis portāti:& hoc ob odiū in eam susceptū:q ex adulterio cōiugis

nata sit. Ex hac insuper cadm⁹. iiii. suscepit filias. & postremo (ut aiũt) in serpentes uersæ in mortẽ usq; mansere. Cuius fictionis absconditũ hoc esse põt. Primo Veneris filia fuit hermiona q̃tũ; ad cadmũ: quia pulchritudinis seu facetia sua potens fuit in cadmũ uenereas ĩmittere flãmas. i. libidinosam flagrantiam quod ueneris est: & hoc in q̃tũ; ob ipsius desideriũ Spingem pristinã coniugem abdicauit. Martis uero filia iõ dici põt: quia eidẽ cadmo cã fuit belli Nã ut dicit Eusebi⁹ palefatum inducẽs ĩ testẽ spĩgos: pp zelũ hermione a cadmo: cuius erat uxor discessit: & confestĩ; in eũ bella cõmouit: & sic martis filia. i. belli cãm cadmus assũpsit uxorẽ. Monile aũt infaustũ a uulcano cõditũ accipi põt: pp ĩfaustũ huiusce matrimonii exitũ: eo q͏ ab ãphione & ceto regno priuati: & in exilio pulsi sunt. Q͏d aũt in serpentẽ uersa sit: põt ĩtelligi: seu quia exul circa infima uti serpẽtes incedũt: se cũ; uiro exercuit: ubi dũ regnaret uacabat excelsis: Seu quia per diuersa post exiliũ: nũc huc: nũc illuc errauere serpentes. Seu quia affecti senio pectus ĩ terrã uersũ uti serpẽtes faciũt: qui pectore gradiuntur: incessere.

De Hyperuio. xii. Martis filio. Ca. xxxviii.

Yperuium Martis fuisse filium asserit in libro naturalis historiæ Plinius: de quo nil aliud reperisse memini: nisi q͏ idem plinius dicit eum. s. primum fuisse: qui occidit animal: & ob id puto cum op⁹ sæuum uisum sit: Martis filium dictum.

De Etholo xiii. Martis filio. C. xxxix.

Thol⁹ martis fuit fili⁹: ut plini⁹ ĩ libro naturalis historiæ testat͏ eiusq; fuisse cõptũ iaculũ dicit. Credo ego hũc Etholũ regẽ fuisse etholiæ: & ab eo forsan denominatã fore regionẽ illã: ĩ qua cũ bellicosi plurimũ populi sint: & ipse etholus: ut in euẽtum eius ostendit: cũ bellicosus hõ esset: ab ipsis Etholis martis filius dictus ẽ.

De Remo. xiiii. & Romulo xv. martis filiis. C. xl.

Emus & romulus seu romus: ut ueteres asseruere romani Martis fuere filii: ex Ilia uestali uirgine suscepti. Ex quibus ubi de fastis refert Ouidius: q͏ cũ Ilia urna supta iret aquam latura pro sacris sub salice fessa cõsedit: & canentibus auibus in somno soluta: a marte uisa & oppressa ẽ: ei uero dormienti uisu; est: se in cõspectu igniũ uestaliũ stare: & in focos uittas laneas: quibus ob ombratũ caput habebat cecidisse: & eis duas cõsurgere palmas: quarũ altera maior ramis totum occupauerat orbẽ. Quas cũ moliretur: patruus excidere: a pyco martia aue: & lupo tutatæ sunt. Quæ: cu; ex eo cõpressu: quem dormiens passa fuerat: geminos peperisset: iussu Amulii regis albanorum patrui sui: ut proiicerentur in tiberim delati: cũ intumuisset pridiani hymbris causa flumen: nequeuntes delatores deuenire ad alueum: illos in ripam deposuere. ibi aliquãdiu a pyco nutriti: aduenit lupa quæ catulos

perdiderat & admotis labellis eorum uberibus eos æducauit. Figmen/
ti h' ratio satis sumitur ex romanorum annalibus. Habetur enim pro
cōperto Iliam ex incognito patre uno partu Remum: & Romulū pe
perisse: sic uictæ uirginitatis testimoniū ferentes: in ignē cecidere. duo
nati duæ fuerunt palmæ: quia uictorio si fuere iuuenes: sꝫ aliter magis
scilicet Romulus qui romanum fondauit imperium: per qd' omnis or
bis suis & suorum scilicet uictoriis subactus ē. In hos sæuire uoluit pa
truus dū abiici iussit. A Pyco aūt educatos ideo dixere: quia pycus for
micis alatur: per quas agricolæ intelligūtur: sic & ipsi a faustulo pasto
re rgio: qui & agricultor erat collecti: & seruati sūt. & a lupo nutriti ēt
sunt: quoniam ab accha laurentia faustuli coniuge lactati & mrna so/
lertia gubernati fuere. quā lupam uocauere: eo ꝙ nobile scortū fuit: &
tales nuncupantur lupæ: ob auaritiā: causa cuius pudicitiam ꝓstraue/
re: & inde in hodiernum usqꝫ cellulæ taliuꝫ lupanaria appellāt. Quod
autem ex marte geniti sint: ad cōtegendam cōditorum tam inclitæ ḡgē
tis in famē originē adinuētum est: cōuenientibus etiam moribus iuue
nū figmento nam rapaces & prædones & elati animi atqꝫ: bellicosi fue
re: de qb' dicit Titus liuius: ꝙ cū Amuli' Numitorem fratrem regno
expoliasset: Lausum eius occidit filiū: & iliam ad auferendam spem ꝓ
lis uestalē dicauit uirginem: ex qua cum nati gemini: & iussu Amulii es
sent expositi: a Faustulo rerum cōscio æducati: & ad ætatē usqꝫ pube
rē deducti: cū rapinis & latrociniis uacarēt: stirpis eorū facti cōscii &
fraudis Amulii ex composito cū captiuis a sociis ducerer alter: & alter
quasi accusator cū cōsociis ad amuliū uenissent: cōsurgētib' hic accu/
satore ide accusato in regem: eū occiderūt: & genus professi suū: auo
eorū numitori seni regnum restituere. Ipsi uero: ubi nūc roma est sibi
condidere urbem. Et dum de se uterqꝫ nouæ ubi nomen uellet impone
re: in hanc cōcordiam ex cōposito deuenere: ut si quis faustius sūpsis
set augurium ex diuersis montibus: is nomen īponeret ciuitati. Ex quo
secutū ē: ut sex uultures uideret rem'. xii. romul' ꝙobrē qm̄ plures ui
disset: romā a se nūcupauit urbē. rem' aūt postea: qa sulcuꝫ loco muri
signatū cōtra edictū romuli superasset: seu aliā ob causā: a romulo ui
sū sit: a fabio romuli duce rem' cultro pastorali occisus ē. Et sūt q ar/
bitrēr eū ibidē sepultū ubi futuri muri uestigiū transgressus ē ondūt
ꝙ hodierni pyramideꝫ in muro saxis in altū egestam cadaueri eius su
per edificatam.

De romulo tantū xv. martis filio. C. li.

Omulus Iliæ & martis fuit filius: ut supra proximo monstratū ē
Esto dicat seruius hunc romuꝫ appellatum fuisse. Verum pro ro/
mo romulus blandimenti causa dictum. Nam gaudent diminutione
blanditiæ. Hic quidem: primus fuit romanorum rex bellicosissimus

hō adeo: ut merito martis filius crederetur. Nulla enim ei quies unq̃ fuit. Hic multos ex adiacentibus urbi populos armorū: ui suæ dictiōi subegit. Et quoniā uir bellorū fuit pauca sacra apd nouū populū: quē ex fugitiuis & latronib⁹ a sylo facto cōgregauerat: & sabinas mulieres fraude captas cōgregatis concesserat: instituerat. Sꝫ inter alia laurenta lia ītulit hanc ob cām: ut dicit macrobius: quia (ut macer in historia/ rum libro refert) Faustili coniugē accam laurentiā Romuli: & Remi nutricē. regnante Romulo Carutio cuidā tusco diuiti nuptā auctāq; præmortui carutii hæreditate: Romulū quē nutriuerat hæredē liq̃sꝫ & sic ob id pietatis cā festū laurentaliū īstitutū. Nōnulli aliter oppinā tur dicentes nō a Romulo: sed ab ipsa: Acca laurentia hoc introductū sacrū: & a romulo continuatū: Quæ opinio roborari uidetur aucto ritate Fulgentii: qui in libro antiquorū sermonū dicit sic. Acca lauren tia Romuli nutrix consueuit pro agris semel in āno sacrificare cū: xii. filiis suis sacrificiuꝫ præcedentibus: unde dū unus mortuus esset: pp nutricis grām Romulus in uiceꝫ defuncti succedere pollicetur. Vnde & ritus processit cū. xii. & hii xii. qui sacrificarent deinceps Aruales di cti sunt fratres: sicut Rutilius geminus: in libris pontificalibus memo rat. Hic insuper ānum: primus Romanis: ex. x. mensibus ordinauit. Quorū primū a Marte patre martiū appellauit. præterea: centuꝫ fore patres instituit: quos Senatores nūcupauit: & qui ex his nascebant̃ pa tritii dicebantur. Inde sedato sabinarū ob raptū mulieruꝫ: bello popu lum diuisit in curias: & equitū tres cēturias descripsit: & alia multa fe cit bellica: potius q̃ pacis tempora prospectantia. Inde multarum insi gnis uictoriarū: dū apud capreas paludes: ad recesendū exercitum cō tionē haberet cohorta subito tempestate maxia cum frangore cæli & tonitruorū strepitu ingenti: atq; denso nymbo contectus est. adeo ut e ius conspectus auferret̃ a plebe: nec ulterius in terris postea uisus est Creditūq; est a patribus: eo q plebi uideretur fauere nimis: trucidatū & ī paludē cadauer eius deiectū. Sed postq̃ plebs: nobilitatis metu ali quādiu tacuit a nōnullis initio facto: deū deo natū regeꝫ parentēq; ur bis Romanæ salutare cœpere: & uota exhibere: Quā stolidam opīo nem unius nobilis uiri: consilio roboratam aiunt. Nam Iulius procul⁹ qui ex stirpe Aeneæ creditus cum Remo Romuloq;: alba relicta: ro mam deuenerat: & in ciuitate sollicita desyderio: perditi regis in cōtio nem prodiit. Romulus quirites parens urbis hui⁹ prīa hodierna luce cælo repente delapsus se mihi obuium dedit: cuꝫ perfusus horrore ue nerabundus astitisset: petens contra: ut intueri fax esset. Abi nuncia ī quit romanis cælestes ita uelle: ut mea roma: caput orbis terrarum sit proinde rem militarem sciant: & ita posteris traddant nullas opes hu manas armis romanis resistere posse. Hoc inquit locutus sublimis

abiit. Ex quo factum: ut sub nomine quirini: sic enim quia hastatus in
cederet: & hasta quiris sabina lingua diceretur appellatus: & deus ha/
bitus sit: Plynius tamen ubi de uiris illustribus dicit Romulum a cu/
ribus Sabinorum oppido Romanos appellasse quirites. decessit qdẽ
postq̃ annis. vii: & . xxx. regnasset: & regnare cœpit anno mundi. iiii.
mil. cccc. xlv. natus annorum. xv. ut scribit in libro temporum Eusebi
us. Et quoniam ultimus ex compertis ex prole Martis est. libello nono
secum libet finem imponere.

Genealogiæ deorum gentiliũ liber decimus.
Prohemium.

Editerraneum mare aphrico & asiatico atq͛ euripo litto re teriatum mile cõspicuũ insulis opere herculis regũ in clyte inter Abilã & Calpem occidentalia promõtoria q̃ Pomponius colũnas Herculis uocat: ad terras demissũ nostras ex oceano uetustissimi hoĩes credidere: Ex quo sic deo sua liberalitate nostris opportunitatibus prouidente ingẽs mor talibus cõmodũ consecutũ est. Quid. n. spectare diuino præstante lu mine rates humano excogitatas ingenio: & artificio fabrefactas. Nũc remigio sulcantes undas: nunc uelo tenso uentorũ impulsas spiritu: q bus omne grande defertur onus. Quid eorum excogitare audatiam: Qui se primo undis incognitis: & inexpertis flatibus credidere: hor ror æquidem est horum tamen: & si non semper ut plurimum tanta fu it fides aut audentium fortuna: ut transfretantes peregrinatione lõgin qua: non dicam cursu solum: sed uolatu celeri delati aurum metallaq͛ cætera eois: uestes purpureas: & aromata: lapides preciosos: & ebora occiduis: peregrinas aues: & balsama: ligna nostris siluis incognita. gũ mas: & sudores arborũ reliquos: radicesq͛ non omni solo familiares: ex quibus tam sanis q͛ egris corporibus medicamina: atq͛ oblectatio nes secũtur ĩ numeræ. Et qđ nõ minimũ humani generis. r. p. bonũ ẽ. his agentibus nauigationibus maris huius factũ est: ut cymber: & cel la altero orbis angulo nõnunq͛ sentiant: Qui sint Arabes: Quid ma re rubrum: Quid & sabea nemora sudent: hyrcanus: & tanais incola athlanticos noscant hesperidas: & eorũ etiã gustent aurea mala fer uentes ethiopes: & nilũ: & libycas postes: gelidus Hyperb ore' lustrũ & sarmata. sic & Hispanus Maurusq͛ uisitatus uisitet: persas & indos & caucasum: & tyles ultima calcet taprobanis littora: & cum sua inui cem pmutant bona: non solũ mores legesq͛: & habitus mirent̃ sit qn ĩmo qui se dum alterũ intuetur ex altro q͛ sit mundo: nec uno eodẽ secum illi ambiri oceano arbitratur ritus miscet fidẽ mercimoniis co municet: amicitias iungat: & dum sua docent ydiomata: discant: et a liena: et sic fit ut quos fecerat distantia locorum extraneos nauigatio iũgat: faciatq͛ cõcordes: Sũt præterea et alia multa: q̃ si tanta nõ sint admiratiõe cõspicua: sũt forsã utilitate cõtinua cariora. p̃bet hoc ma re lẽbis infinita piscationũ comoda quibus fit ut opipares diuitũ men sæ magnis: atq͛ sapidis piscibus onerẽtur: & pauperes minorib' nutri ant̃. Hoc insup præstante tranqllo ex insulis fertilibus pecora iumẽta atq͛ frumenta: et opportuna quæcũq͛ uictui et cõtinentẽ ẽt alterutrũ deferantur: dat ualidis ĩfirmisq͛ lauacra: et sale suo ualere facit ĩcipida

humectat adiecentes: undiq; terras eiusq; meatu sub terraneo fistulas implet: ex quibus fontes habemus & flumina: quorum nisi susceptor adesset: in conuallibus maxima hominũ pestæ marcerent. Quid multa referam: hoc tam singulare bonum cunctis (ut prisci finxere poetæ) in diuisione regni triũ filiorũ saturni Neptuno cõtigit: & eius dict⁹ ẽ de⁹ cuius qm̃ ꝓplẽ explicaturus sũ: libuit meipm̃ p eius beneficia circũage re paululum. Vi si dum alioruꝫ nauigans posteritates exquirẽs si absq; periculo cimbulæ meæ sulcare permisit. Nunc exquirẽti suã trãquillũ se ꝑbeat. Qđ oro: ut ille faciat: qui illud ĩ cathaclismo: ĩfra littora re uocauit.

De Neptuno nono Saturni filio. Cui. xxxv. fuisse filius legim⁹ Quorũ hæc sunt nomina. Prim⁹ Dorus. ii. Amycis. iii. Phorc⁹. iiii. Albion v. Borgion. vi. Tara. vii. Polyphemus. viii. Tilemus. ix. Brontes. x. Steropes. xi. Pyragmon. xii. Nasicheus. xiii. Melion. xiiii. Acterion. xv. Aon. xvi. Mesappus. xvii. Busiris. xviii. Pegasus. xix. Nictheus. xx. Irceus. xxi. Pileus. xxii. Neleus. xxiii. Cygn⁹. xxiiii. Chrisaor. xxv. Oth⁹ xxvi. Ephialtes. xxvii. æge⁹. xxviii. Onchest⁹. xxix. Pelasg⁹. xxx. Nauphli⁹. xxxi. Celleno. xxxii. Aello. xxxiii. Occipite. xxxiiii. Sican⁹ xxxv. Siculus. C. i.

Eptunus Saturni & Opis fuit filius: & dum natus ẽ a matre fuit absconditus: ne a saturno occideretur: ut in sacra historia legit̃. Hũc ueteres maris dixere deum: quod ex carmine maronis patet duꝫ dicit: Maturate fugam regiq; hæc dicite uestro: Nõ illi ĩperium pelagi sæuumq; tridentem: sed mihi sorte datum. Neptuno supra. Quod forsan ab Homero sumptũ est: dum in persona neptuni sic ĩ Iliade dicit. Tres enĩ a Saturno sumus fratres: quos genuit Rhea. Iuppiter & ego Tertius autem dites mortuus dominans. Tripliciter autẽ oĩa diuisa sunt: cuilibet autem contigit honor: certe mihi contigit antiquum fretum habitare semper & cætera. Huic præterea dicit albericus uxorem fuisse nomine Amphitritem: & amplissimam: sed ex plurib⁹ mulieribus ꝓlem. Et cũ illi currum comitesq; dederint: qualiter per regnuꝫ incedat suum: pulchre describit Virgilius dicens. Iungit equos curruꝫ genitor spumantiaq; addit. Frena feris manibusq; oms̃ effundit habenas. Ceruleo per sũma leuis uolat æquora curru. Subsidũt unde tumidũq; sub axe sonanti. Sternitur æquor aquis fugiunt uasto æthere nimbi. Tum uariæ comitum facies ĩmania cæthæ. Et sonior glauci chorus sonousq; Palemõ. Tritonesq; citi phorciq; exercitus oĩs. Læua tꝫ thetis & melite panopeaq; uirgo. Nisææq; eploq; talia cymodoceq; & cætera. Sꝫ Stati⁹ aliter ei⁹ describit excursũ dũ dicit: Qualis ubi æoleo demissos carcere uẽtos. dux præ se: Neptun⁹ ait: magnoq; ualãtes. Inicit ægeo tristis comitatus eunti. Circũ lora fremũt nimbiq; hyemesq;

profunde nubilaq; euulso terrarũ sordida fundo Tẽpestas &c. Huic ĩ super de impositione nois: cum Minerua litigium fuit: qđ quoniã ubi supra de eadem dictu; est: satis plene describitur: reiterasse superuaca neum duxi. Sic & de muris Troiæ ab eo & apolline cõstructis. ubi de Laomedonte legitur: inuenitur. Volunt eũ insuper Iunonis fuisse alũ num & loco sceptri gestare tridentẽ: & rerum illi fundamenta sacrata Ex quibus quid senserit decepta uetustas uidendũ ẽ. Neptũnus maris deus a fingentibus dictus est: eo ꝙ sic in sacra legitur hystoria. Iuppi/ ter Neptũno imperiũ dat maris ut insulis oĩbus: & quæ secus mare lo ca essent oĩbus regnaret &c. Hinc poetæ postmodu; ubi regem dixiss; hystoriographus deũ fingendo dixere: quæ fictio adeo adoleuit ut eti am qui se prudentes arbitrabantur: infanda credulitate caperent̃. Am phitritem aũt illius iõ dixere coniugem: quia semper mari iunctus sit sonus: qui ubiq; in litus fit: in circuitu orbis proicientibus sese undis ĩ terram. dicitur. n. amphitrites ab amphi: quod est circũ: & triton ma/ ris sonus: & sic circũsonans. Currus aũt habet designare motum eius in superficie: qui cum reuolutione & rumore fit ut currus faciũt rotæ De eius incessu & comitiua: quod a Virgilio scribitur: redeuntis ĩ trã quilitatem maris mos seu natura ponitur. A Statio uero cõtrarium de signatur: qualiter. s. ex tranquilitate mare efficitur ꝓcellosu;. Mare au tem Iunonis fuisse alũnu; iõ dictũ est: quia aer ex aquis suscipit incre/ mentu;: & ubi de Iunone dictũ est. Tridens aũt sceptrũ illi cõcessum triplicem aquæ proprietatẽ ostendit. Est. n. labilis: nabilis: & potabilis fundamenta uero illi consecrata sunt quia eius opere terra moueatur: & ob id ab Homero uocatur sæpissime Ennosigeos: quod idem est ꝙ terram mouens: & pp hoc uoluerunt insipidi id quod sibi sacrũ esset: ab eo deberi seruari. O ꝙ̃ male legerant dauiticũ illud. Nisi dñs ædifi cauerit domu; inuanũ laborant qui ædificant eam. & hi potissime qui Neptũno fundamenta cõmodant: cũ nil stabile: nisi fundetur in petra petra aũt christus est. Vocant eũ neptũnum: ut ait Rabanus & Isido rus. ꝙ nubat. i. mare terram tegat: uel ut dicit Alberic⁹: eũ a nando di ctum quasi ob id moueat̃ ꝙ in eo res natet. Ridiculũ est ob id inopi nato regis noie uelle regni qualitates expromere.

De Doro primo Neptũni filio. .C. ii.

Dorus (ut dicit Serui⁹) neptũni fuit fili⁹: quem alii ĩ parte græciæ regnasse uolũt: ubiq; tantæ fuisse auctoritatis ut oẽs apud quos gessit imperiũ: ab ei⁹ nomine dori nuncupati sint. Isidor⁹ uero ubi de æthimologiis: & Raban⁹ in libro de origine rerum dicunt. Dor⁹ nep tũni & Elopis fili⁹ fuit: unde dori nomen & originem dicunt: sunt au tem græciæ pars ex quibus etiam cognominata tertia lingua græcorũ

quæ dorica appellatur. Cur autem hic neptunni dicatur filius: talis uidetur ratio. primo enim possibile est eum neptunni regis fuisse filium & tam uirtute sua: q̄ auctoritate patris in magnum deuenisse nomen: ut sit: & de hoc satis dictū sit. Consueuere præterea ueteres: & po/tissime q generosi erant aĩ: a propriis sedibus ad alias transmeare: nō nūq̄ motu proprio ob cupiditatem gloriæ & aliquando seditiōib⁹ pulsi: uel alia necessitate coacti. Qui eo q̄ nondum ubiq̄ peruii essent mōtes & tenebrosa uetustate nemora complerent omnia: quia littora colerentur: tantū mediterraneis fere neglectis locis nauigio ferebātur: & ubi applicabant: seu in littore occupato: seu sponte incolarū suscepti si uidentiū opinione erant uel efficiebantur insignes: dū nationis eorū alia nō haberetur ab incolis rudibus notitia: q̄ p mare uenissēt: & ut etiā eius originis gloriā ampliarent: confestim neptunno attribuebant eumq̄ neptūni filiū nuncupabāt. Si forsan huiusmodi homo terrestri aduenisset itinere: terræ illum filiū esse dicebant. quod multis cōtigisse indocta testatur antiquitas. Et ne sæpius reiterādus sit sermo sic de reliquis neptunni filiis: ni alia ratio demonstretur: intelligendum sit.

De Amyci uel amyco Neptūni filio qui genuit Buthem. C. iii

Mycis uel Mmycus filius fuit neptūni & melites nymphæ scd̄m Seruium: qui eum dicit a polluce certamine superatum. Quod lactātius apertius explicans dicit: q̄ cum pollux cum argonautis ad bebritiū nemus appulisset: & eū & Amicus bebritiorū rex ad cestuū ꝓ/uocasset certamen: haberetq̄ semper hanc consuetudinē ut insidiaret̄ intrantibus bebritium nemus: & sub titulo euocationis in certamen il/lud aduenas deduceret & occideret. Contigit q̄ cum in illud perduxisset pollucem: & superat⁹ illi uellet uim inferre: cōuocatis a polluce sotiis ibidem occisus est: ubi alios occidere consueuerat. Theodonti⁹ uero dicit hūc ex melanthone ꝓthei sænis filia næptūni fuisse filiū. Ve/rum ego magis seruio credam: cum dicat Leontius eū ex melita insula haud lōge a sicilia ibidē deuenisse & bebritiæ regnū uiribus occupasse Est enĩ bebritia regio quæ postea bithynia nuncupata ē ꝓxima troadi

De Buthe amyci filio qui genuit Ericem. Ca. iiii.

Vthes (ut asserit Theodontius) filius fuit amyci regis bebritiorū Quē dicit leōtius ob patris sæuitiā eo ab argonautis ceso regno pulsum & cū melita auitū regnū repeteret: post aliquales errores puo nauigio drepanum in sicilia deuenisset: ibidē a lycaste nobili atq̄ pulcherrima ea tempestate meretrice hospitio susceptus ē: qui cū forma ualeret et moribus: et ætate: alicaste facile adamatus est cuius cum esset usus contubernio: ex eo filium suscepit: quem Ericem nuncupauit Et quia lycastes ob eximiam pulchritudinem et meretricium ab ĩcolis uenus uocaretur: fabulæ dat⁹ est locus buthē scilicet ericē ex uenere

susceptum.

De Eryce Buthis filio. Ca.v.

Ryx(ut Thodontio placet)filius fuit Buthis & Veneris. Serui⁹ aũt dicit Neptũni & Veneris: & ex numero argonautarũ fuisse: & ait ꝙ cũ Venus spaciaretur ĩ littore siculo a Neptuno oppressa eri/ ceꝫ cõcepit. Quod prædictis male cõsonuꝫ est. Esto dici posse Buthẽ hoĩem exterũ & amari uectũ Neptũnum dici. Hic Eryx regnans in si cilia & uiribus potens hospitibus legeꝫ posuerat: ut secum cestibus de certarent: qui tandẽ ab Hercule ex hispania redeunte uictus occubuit Sane Theodontius hystoriam continuãs generationis eiusdẽ dicit. ꝙ cũ tam iure parentum ꝙ̃ maxĩarũ diuitiarũ meretricio quæsitarũ lica stis ãplissimũ ĩ eo siciliæ angulo dominiũ possideret & uiribus Buthis ẽt ampliatũ. Ea moriẽte eryx tam thesauro: ꝙ̃ egregio matris titulo li cet falso elatus se loci regem dixit: & in culmine propinq drepano mõ tis tẽplum ingens construi fecit: quod matri dicauit: & uocari iussit tẽ plum Veneris erycinæ. Tandem insolens nimiũ ab Hercule occisus ẽ & in monte sepultus: ubi matri condiderat tẽplũ.

De Phorco.iii. Neptũni filio: qui genuit Bathilluꝫ. Thoosam. Scyl lam. Medusam. Stennionem. & Eurialem. .C.vi.

Horcus(ut dicit Seruius)Neptunni & Thoosiæ filius fuit. hunc dicit Varo regem fuisse corsicæ & sardicliæ: & ab Athlante rege nauali certamine superatuꝫ: & cũ magna exercitus sui parte obrutum ꝙ̃obrem socii qui fuere superstites in suam consolationem eum ĩ ma rinum deum fuisse cõuersuꝫ dixere: & sic maris dictus est deus: fauen tibus poeticis fictionibus desiderio adtestantiũ. & sic uidetur ea demer sione phorcum sibi deum patrem & deitatem quæsisse.

De Bathillo phorci filio. Ca.vii.

Athillus(ut dicit Theodontius)filius fuit phorci & marini mon stri: de quo & si quædaꝫ alia referat litteris a litturis deletis legis se non potui nec aliud usqꝫ alibi uidisse memini.

De Thoosa Phorci filia & matre Polyphemi. Cap.viii.

Hoosam dicit Seruius Phorci fuisse matrem. Verum Homerus in odyssea eiusdem Phorci dicit fuisse filiam. sic Antitheum Po/ lyphemum cuius potentia est magna omnibus in cyclopibus. Thoosa autem ipsum genuit nympha phorcinos filia mari sine fece prædomi/ nantis. Et sic apparet hanc phorci filiam fuisse & ex neptũno peperis/ se Polyphemum cyclopem. Nec aduersatur quod dicit Seruius eam Phorci matrem: cum duæ potuerint esse eodem nuncupatæ nomine: quarum altera fuit mater: altera uero filia.

De Scylla filia Phorci. .C.ix.

Cylla: ut ait Serui⁹: phorci et crotheidos nymphæ filia fuit: ꝙ̃

(ut ait Ouidius) Glaucus ex Anthidone ciuitate marinus de amauit & quoniam illam cyrci filiæ solis quæ illum diligebat præponeret: irata cyrces. fōtē ī quo cōsueuerat scylla lauari uenenis īfecit: adeo: ut dū descendisset scylla in eum more solito pubetenus repente in uarias est mutata formas. Attamen cum suam deformitatem horreret sese ī propinquum præcipitauit mare: & glauci amantis sui opere dea marina facta est. Alii marinū monstrū effectam dicūt: cuius formā sic describit maro. At scyllam cecis cohibet spelunca latebris. Ora exertantē & naues in saxa trahētem. Prima hominis facies: & pulchro pectore uirgo Pubetenus postrema īmani corpore pistrix. Delphinum caudas utero cōmissa luporum: Præstat trinacrii metas lustrare pachini. 2c. Homerus autem longa carminum serie aliter in Odyssea describit fere ī hac sententia. Dicit enim eam latrantem: & catuli uocem habere nuper geniti: aspectu horribilem: & pedes habere. xii: cum sex capitibus: & in omne caput os ingens cum triuiis ordinibus dentiū plenis nigra morte: eamq; in speluncæ medio morantem capita extramittere in ꝓfūdissimū mare piscariq; ut delphines capiat uel balenas. Leontius aūt aliā a superiori de scylla recitat fabulam. dicit enim ꝙ cū scylla misceretur Neptunno: amphitrites eius coniunx cōmota zelo sparsis in aquis farmacis: in quibus lauari consueuerat eam uertit in caninam ferā: quā hercules cum præda gerione hispano superato rediēs: eo ꝙ sibi boues abstulisset occidit. Verum illam pater eius reuocauit in uitam. His præmissis quid cōtegant enucleandum est. Sunt ergo qui extiment olim in littore calabro freto tenui a siculo seperato aduenā fuisse mulierē summa pulchritudine & astu plurimo ualentē: & cū feruenti ureret pruritu modestia morū & honestate oris: quibus uirginem seu pudicissimā fingebat matronam illectos hospites in concupiscentiam suā nudabat substantiis: & hinc datum fabulæ locum. Fulgentius autē de ea aliter sentit in moralem sensum æque fictionem trahens & diceus sic. Scylla enim græce quasi exquina dicta est: qđ nos latine cōfusionē dicim⁹ & quid confusio nisi libido est: quam libidinem glaucus amat. Glauc⁹ eī græce lustitius dicitur unde & glaphcomata dicimus cecitatē. ergo oīs qui luxuriam amat cecus est. Nam & Anthedonis fili⁹ dictus ē. Anthedon. n. græce quasi Anthudon: qđ nos latine cōtrariū uidens dicim⁹. ergo lippitudo ex cōtraria uisiōe nascitur. i. ex re cōtraria uisui. Scylla uero in modum ponitur meretricis: quia omnis libidinosa canibus lupisq; īmundis atq; spurcidis & hiulcis hominibus inguina sua necesse est misceat. Iuste ergo lupis & canibus mixta: Quam cyrces odisse dr̄ Cyrces manus diiudicatio uł operatio nūcupatur quasi cyronera. Laborem enim manuū & operationem libidinosa mulier nō diligit: Hæc ille: Glaucus autē supra ubi de cyrce pro maris spuma sūptus ē: qua

abundat cyrceus mons in radicibus suis ratione scopulorũ circa quos mare ĩpulsum frangitur:& sic scyllæ scopulus.tamen de hoc satis ubi de cyrce.Salustius aũt dicit saxũ esse simile terebratæ formæ procul uidẽtibus.Canes uero & lupi ob hoc ex ea nati fingũtur quia loca plena sunt mõstris marinis:& saxoruꝫ aspitas illuc ĩmitatur latratus canum.Sꝫ nos paululũ figmentis explicati adaptemus. Certissimuꝫ ẽ ex parte italiæ in cõspectu littoris tauromentani saxa esse ingẽtia atqꝫ cauernosa & acuta & cultrorum ritu secantia & se in fretum siculũ protẽdentia in quo eo motu:quo Oceanus assidue agitatur fluxu.s. & refluxu adeo cursu uelox & impetuosum fertur mare:ut nil celerius uideatur aut potentius.Præterea flantibus ab arthoo in austrum uentis:& ab austro in arthoum tanto impetu eo ĩserto in se undas ĩpellunt ut ꝑcussionibus suis in cæluꝫ usqꝫ uideantur efferi:ex quo tam impetuoso motu fit:ut intrantibus undis cauernas scylle:rumor causetur ingens q hinc inde fractus latratus canum ululatũqꝫ luporũ imitaẽ: & quoniam in uacuũ semꝑ declinant aquæ fit ut eis descẽdentibus in cauernas scyllæ secũ potentius impetus si sint nauigia trahat: & sic ex ueritate contingentiũ cõstat Virgilii fictio ꝙ illi multa sint capita:ut dicit homerus:nihil aliud ẽ ꝙꝫ pluralitas scopulorum ibidẽ dum se retrahunt unuꝫ caput in altũ extollentium:quibus iuxta numerũ ut pedes sint.i. fundamentũ eorũ opportunũ est.Ora aũt plura & dentiũ ordines nil aliud ꝙꝫ crebras eurypos intersecantia saxa discurrentes ostendũt:q quidem nigra morte.i.mortis periculo illos intrantibus pleni sunt. ꝙ delphinis piscetur aut bal nis ideo dictũ est:quia locus ille semꝑ magnorũ & monstruosorũ piscium abũdans sit.Quod aũt dicebat Leõtius scyllam misceri neptũno euidens est:nam ut patet in mare protẽditur saxum:& quoniam ibi sit tempestas & sonoritas assidua.ideo fictum est ab amphitrite pharmaca fuisse iniecta.Quod aũt illam occiderit Hercules dicit Theodontius ob id fictũ quia unius cyclopis filius inter saxa scyllæ perierit:quam obreꝫ in ultionem suã cyclops maximis molibus loco iniectis ora scyllæ clausit:& inuium fretum fecit:& ob id mortua scylla dicta ẽ.tractu tñ tẽporis oĩa iiecta ĩ se retrahens mare locum redegit in formam pristinã:& sic a phorco suscitata ẽ filia.Scyllam aũt phorci fuisse filiam dicit Theodontius a philocoro testari:eãqꝫ cuꝫ ex sardinia steleno Corinthio nobilissimo iuueni mitteretur in coniugem:ibidem perisse & loco reliquisse nomẽ.

De Medusa Stẽniõe & Euriale gorgonibꝫ & filiabꝫ phorci. C.x

Edusa Stẽnio & Euriale phorci filiæ & ex mõstro marino suscep tæ fuere:ut dicit Theodõtius.Hæ qdẽ gorgones appellatæ fuere:& uetere testante fama inter omnes tres unum tantum oculum ha

habuere:quo utebantur uicissim & ut scribit Pōponius mela ī cosmo graphia insulas dorcadas tenuere quas esse cōstat ī oceano æthyopico ex opposito æthyopū hesperidū Quod & a lucano testari uidet ubi di cit.Finibus extremis libyes ubi feruida tellus Accipit oceanū demisso sole calentem Squalebant late phorchinodos arua medusæ 2c. His in super hanc fuisse proprietatem aiunt:ut quoscūq; eas intuētes in saxa cōuerterēt.Has duas tantū fuisse dicit Ouidius.Cui⁹ introitu gemīas habitasse sorores Phorcidas unius sortitas luminis usum & cætera. & hoc quantum ad omnes tres dictum sit. Nunc autem fictionum sen sum libet inserere.& ante alia has ego phorci regis sardiniæ:d' quo su pra filias fuisse non puto:sed alicuius alterius phorci apud insulas dor cadas ea tempestate regnantis : Monstri autem marini iō filias dictas puto a similitudine.monstrum enim marinum balena est:cuius īter ꝓ prietates dicunt:hi qui animaliū exquisiuere naturas hanc esse: ut dū os aperit tanto odore cuncta circumpleri:ut omnes ad eam propinqui conueniant pisces.ipsa aūt quos uult capit donec eius expleatur fames Et qa æquo modo phorcinides mirabili pulchritudine sua ad se uiden das omnes attrahebāt homines:monstri filiæ dictæ sūt.Eis unū tātū fuisse oculū ob id fictū uident credere.Soren⁹ & Deonigdus antiquita tū historiographus:eo ꝙ unius & æquæ pulchritudinis eēnt.Ego aūt reor:eo ꝙ ex eis ītuentiū omniū unū & idē esset iudiciū.Quod aūt ꝓ spectantes in saxa cōuerterent:ob id fictū existimo qa tā grādis esset earū pulchritudo:ꝙ ea uisa stupescerēt ītuentes & muti atq; īmobiles nō aliter ꝙ̄ si essent saxa deuenirēt Gorgones aūt dictæ sūt:qa ut di/ cit Theodōti⁹:cū moriēte patre ditissimæ remāsissēt adeo rē curaue re suā:ut auctis diuitiis plurimū a suis hoc cognomine uocarent: qd' sonat terræ cultrices nā græce georgi agricultores dicūt.Fulgenti⁹ q dē lōge aliter sentit.Dicit.n.tria eē terroris genera:q̄ p noīa harū de mōstrant.Stennio nāq; debilitas interpretatur.i.timoris initiū:quod tantum mentem debilitat.Euryale uero idem est ꝙ lata profūditas .i. stupor uel amentia:quæ profundo quodam terrore mente; debilitatā spargit.Medusa aūt obliuionē significat:quæ non tantum mentis tur/ bat intuitum:uerum etiam caliginem ingerit uisus:hic terror in oībus operatur:sed salua semper fulgētii reuerētia ista nō uidētur de mente fingentium:cum hæ non terrorem:sed admirationem inferant.

De Medusa Phorci filia in singulari. Ca.xi.

Edusa filia Phorci:ut dictum est:cum speciosissima mulierū ess; habuit inter alia sui decoris spectabilia(ut Theodōtius asserit)cri nes non solum flauos sed aureos:quorum splendore captus Neptūn⁹ cum ea concubuit in templo mineruæ:ex quo cōcubitu pegasus equus

natus ẽ: q̄obrez turbata minerua ne ignominia tẽplo iniecta remane ret inulta crines medusæ mutauit in angues: et sic ex pulchra mõstruo sa facta est. Cuius mõstri cũ fama uolitaret undiq̃: factum est: ut ad il lud superandũ ueniret pseus scuto palladis armatus: qui ei caput absci dit: & cũ uolans remearet in patriam caputq̃ secũ deferret gorgonis: cõtigit q̄ cadentibus guttis sanguinis per sollitudines lybicas ex eis crearentur serpentes: quorũ plenissima est libya. Medusam crines ha buisse aureos iõ fictum reor: ut intelligamus eam fuisse ditissimaz: cũ p crines sumãtur substãtiæ tẽporales. Propter has aũt substãtias nep tunnus. i. exter⁹ hõ: ut fuit Perseus: in cõcupiscentiã eius trahitur: & eã ĩ tẽplo Mineruæ opprimit. i. intra terminos prudẽtis cõsilii illã su pat. Q̄d ẽt p scudũ palladis demonstratur: quod crystallinũ erat ut p eũ sumat̃ prudentis circũspectio. Hẽt. n. hoc crystallum: ut reddat oculis ĩtuentis quicq̄d extra se gerit̃: Sic & dux discretus consilio q̄d possint hostes agere intuetur: & sic se tutũ facit: dum illorũ a se preui sa frustatur consilia. Ex compressu aũt prudentis & exteris ducis orit̃ pegasus equus. i. fama: ut in sequentibus ubi de eo patebit latius. Cri/ nes aũt in serpentes uertunt̃ quotiens quis ratione substantiarũ suarũ opprimit̃: nam quæ cõsueuerant splendoris esse causa possidentes in mordentes sollicitudines curasq̃ uertunt̃. Caput. n. tunc meduse absci ditur: cum substantiis spoliatur: p quas uiuere & multũ posse uideba/ tur. Q̄d serpẽtes in libyã ex sanguine capitis medusæ nati sint ad ro borandã figmẽti spẽm potius q̄ ad aliquid significati tegendũ dictum ẽ. Testatur aũt Eusebi⁹ in libro tẽporũ. hanc Medusaz a pseo præda diuitiarũ tracto supatã atq̃ regno diuitiisq̃ priuatã Cecopre athenis regnante: dicitq̃ a Didimo scriptũ in hystoria pegrina.

De Albione. iiii. & Borgione. v. filiis Neptũni. Ca. xii.

Lbion & Borgion (ut Põponius mela in libro cosmographiæ te/ statur) filii fuere Neptũni: Ex quibus ipse idẽ talẽ recitat fabulaz. Transeũte Hercule inter hostia rhodani: & loca quæ postea mariana fossa dicta sũt: ei Albion & Borgion obuii facti sũt: ei⁹ ĩpediẽntes trã sitũ. q̄obrem cũ Hercules aduersus eos inisset certamen: deficerentq̃ ei tela ab ĩuocato patre ei⁹ Ioui illi subsidiũ datuz ẽ: hymber. s. lapiduz quorũ a deo locus ille abũdãs est: ut facile pluisse existimes. Arbitror ego hos probos fuisse uiros & aduenas: cũq̃ sibi ibidẽ sedes sũpsissẽt timentes ne forte pellerentur obuiasse herculi uel alteri ueniẽti: a quo supati sũt: & iacẽtes passim lapides locũ fabulose pluuiæ inuenisse.

De Thara. vi. neptunni filio. C. xiii

Harã filiũ fuisse Neptunni Seruius asserit: dicitq̃ euz circa sallẽ tinorum confinia tarentum olim inclytam ciuitatẽ condidisse: &

a suo nomine nūcupasse. Esto iustinus uelle uideatur a spuriis spartonorum conditam. Verū idem seruius ab eisdem duce pallanto non conditam sed restauratam confirmat.

De Polyphemo cyclope. vii. neptūni filio. C. vii.

Olyphemus Cyclops (uti & reliqui cyclopes oms) filius fuit Neptūni ex Thoosa phorci filia: ut supra per homerū patet ubi de Thoosa. Constat enim hūc inter cyclopes notissimū & potentissimum fuisse: & Galatheam siculam nympham amasse: ut patet supra ubi de Galathea. Præterea eum unicum habuisse oculū uolunt: & ingētis staturæ fuisse hominem: atq; amplissimos in siluis siculis seruasse greges & postremo ab ulixe priuatum oculo. De quo homerus in odyssea talē refert fabulam. Dixit enim q cum ulixes uagus post Ilionis excidium lothophagis relictis uenisset in Siciliam: uidit ibi hominem uillosum: & hispidū greges mūgentem: & ab antro suo solum āmouentem lapidem: quem mouere nequissent iuga bouū uiginti: tandem cum antrum intrasset eius cum. xii. ex naualibus sociis polyphemoq; percōtāti narrasset qui essent: & unde uenirēt. orassetq; eius in suis opportunitatib' fauorem: a Cyclope superbe responsum est: cum diceret se Ioue nō timere: eoq; se meliorē. & cū rogasset quonam nauim liquissent ulixes pfidia; cyclopis sentiens respondit se cū sotiis naufragiū fecisse. postq; Cyclops uidentib' cæteris: captis duob' ex eis: illos ritu beluæ discerpsit atq; deuorauit. quare cōmot' Vlixes cogitauerat eū occidere: sed aduertēs: qa ta; ingentē molem ab hostio antri āmouere nequisset destitit. Cyclops aūt mane facto duos alios comedit: & Vlixe cū reliqs in specu relicto: cum gregibus abiit. Vlixes autem clausus ingente; baculum: acuit. texitq; fimo: & cum sero Cyclops rediens duos insuper ex sociis occidisset Vlixis: obtulit ei Vlixes optimi uini cadū misericordiam orans. Cyclops potato uino promisit misereri: si uinum iterū propinaret qd' postq; factum est cum tertio potasset: nomē petiit Vlixis Qui illi se utim uocari respondit: quod latine sonat nullus. Cui Cyclops loco muneris exhibiti poculi te ultimū comedam. Tandē cū obbibitum uinum Cyclops insuetus facile se soluisset in somnum Vlixes Sumpto stipite quem sepeliuerat in fimum eoq; igne præusto animatis in facinus sociis incensum in oculum Cyclopis acri nixu impegere. Cyclops autem experrectus ingenti clamore socios antro propinqnos inuocauit adiutores. qui circum antrum quærentes quisnam illū infestaret: cum Cyclopem uitim respondentē audissent: arbitrati qa naturali egritudine graueretur abeuntes dixere ut Neptuunū patrem pro sospitate præcaretur. Cyclops autem tristis cum āmouisset ab hostio antri molē prætendissetq; brachia ne quis hostium exiret antrū cū gregib' perscrutatis singulis pecudibus emittebat. Vlixes autem cū sociis cu;

se occisoruꝫ arietum pellibus contegissent exiuere antrũ quadrupedes & a cyclope incogniti: qui deductis ex pecoribus cyclopis festiui ad naues abiere: quos cũ sensisset cyclops eiecta mole ingenti fere nauim attigit. Vlixes aũt ex tuto nomen illi aperuit suuꝫ: Quod cuꝫ audisset cyclops. Heu dixit in uaticiniũ tyleni eurymedis cyclopis tandem de ueni. Vlixes abiit. Virgilius aũt eius taꝫ formã ꝙ domum narrante a/chimenide uno ex sociis Vlixis longe breuiori carmine designat dicẽs Immemores socii uasto cyclopis in antro Deseruere domus sanie da/pibusqꝫ cruentis. Intus opaca ingens ipse arduus altaqꝫ pulsat Sydera dii talem terris auertite pesteꝫ. Hec uisu facilis: nec dictu affabilis ulli Visceribus miseroꝶ: & sanguine uescitur atro &c. His ex polyphemo præmissis ad intellectũ intrinsecum ueniendũ est. & primo uidendum quid Neptũni & Thoosæ filius dictus sit. Circa quod ego arbitror ꝑ/stante causam matre regis sardiniæ filia eum incognitũ siciliã aduenis se. Cuius cum occupasset partem seu forte totam incognitus Neptuni dictus sit filius & tyrãnus insulæ factus. aliam ob cãm patrem meruis se Neptũnum. Nam uti inexorabilis est neptũnus tẽpestate cõmotus sic & inexorabiles sunt tyranni ira aut cupiditate cõmoti. Et ꝙ hic in gentis formæ. i. magnæ potentiæ dux grægum. i. populoꝶ tyrãnus fue rit. Quod oculus unus illi tantũ fuerit ostendit solã enim suam reꝫ ty ranni curant: nil in deum: nil in proximũ: nil in subactam plebẽ respi ciunt: Hoĩes uiuos euiscerant atqꝫ corrodũt: dũ substantiis euacuant subditos: dum exiliis dãnant: dum ĩnocuos cruciant. Hi tamẽ uino. i. blanditiis astutorum hominũ sapiuntur: & oculo obcecantur dũ nu/dantur substantiis & dominio. Albericus aũt de Polyphẽo isto aliter sentire uidetur: dicẽs hũc Polyphemũ uocari quasi multæ lucis hoĩeꝫ ut cũ Seruio cõueniat: q dicit mltos dixisse polyphemũ unũ habuisse oculũ: alios duos: alios tres: sꝫ totũ fabulosũ esse: quasi ipe uelit unũ tantum habuisse. Et iõ asserit hunc prudẽtissimũ fuisse uirum: & hũc in fronte oculũ habuisse. i. iuxta cerebruꝫ: sꝫ ab ulixe prudentia supera tum: quod ĩ ulixis particularem laudẽ cõcedi põt: ut supato donis sen su tyrãnico: ꝑ Polyphemũ eloquꝫ & dolosas demõstrationes oculati hoĩs: atqꝫ uiolentiam parantis manus effugerit. Ego insup quidem de magnitudine corporea huius poetas hyperbolicæ locutos iãduduꝫ ar bitratus sum: Postꝗ de cinerea statua hoĩs apud drepanum his tẽpo ribus comperta audiui pendulus factus: nec utrum uerum simpliciter scripserint: aut fictum negare audeo nec affirmare.

De Tilemo. ix. Neptũni filio. · Ca. xv.

Ilemus Eurymedes ex Cyclopib' un': ut ĩ odiissea oñdit home rus: & ut cæteri dicuntur: sic & hic neptũni fuit filius: ex qua ta men matre nisi ea fuerit: ex qua Eurymedes denominatur nõ habetur

atq; prædixisse polyphemo qa ab ulixe oculo priuaretur.

De Bronte nono Sterope decimo. & Piragmone undecimo Neptunni filiis. Ca. xvi.

Brõtes: Steropes: & Piragmõ Cyclopes isignes fuere. & ut dicit Theodõti⁹: ex ãphitrite cõiuge neptũni fuere filii. Hos artificiosos fuisse homines constat: & acri labore duratos: quos uulcano ignis deo attributos: ut sub eo apud lyparam insulam Iouis conficiant fulmina uolunt: ut Virgilius in æneide plurimo describit carmine. Quoru; si rite uolumus causam originis eorum & officii demonstrare pauca de necessitate præmittenda ueniunt. Cum igitur Cyclopum duæ salte; uideant̃ eẽ species: ne de una qd'de altera expositum est intelligat̃: ueniũt distinguendæ. Prima est de qua supra ubi d Polyphemo: & illa ut satis apparet pessima. Secũda uero artificiosorũ hominũ est: ut apparebit in sequentibus. Et quoniam inter se discordes sunt: ut discordet interpretatio nominis gentilitii: quod cõmune habent necesse ẽ. Dicũtur igitur hi cyclopes: qui artificiosi sunt homines: a cyclops qd'ẽ circulus & copis quod est oculus idest oculo circulatus. seu ut breui⁹ sententiã sequẽtes uocabulorũ circũspect⁹. Quod qdem artificẽ hominẽ esse opportet. Nam si nõ sit: nequeunt congrue primis ultima respondere: & ideo consueuere circũspecti artifices anteq; manum operi apponerent mente principium & medium & ultimũ intueri: ut fini debita possint præstari initia: & sic opus est inchoare. Papias aũt dicit Cyclides artes a græcis nũcupari: eo qr origo illarũ sicuti circuli initium latens sit: Ex quo uocabulo dici Cyclopes tã q; ab arte artifex: congrue dicere possumus. His præmissis cur neptũni dicti sint filii uideam⁹. Existimo quidem eo q; ex mari seu aquis fere exemplaria rerum omnium artificiatarũ sumpta uideantur. A piscibus quippe sumptum uolũt quo ordine in pugnam acies deducant̃ ab eisde;: quo pacto homines aq; ferro tegantur: squamis eorum inspectis A spina excarnificati piscis ĩ littore ad construendas longas naues doctrina sũpta est: Abiuuare cõstruendæ domus & solaria artificium demonstratum A testudine cõsũptis carnibus cytharæ cõposito ostensa est: cõtectrum etiam documẽtũ. A cõchis & spõdilibus hostiorũ atq; ualuarũ flexuositates traditæ Nec nõ & qualiter per circũflexos gradus ĩ excælsas possum⁹ turres ascendere. Sic & quo pacto bucinas ædere. In aquis p̃terea herbarum cõtestiones & p̄ductiones filorũ exortæ & interserere fila: telasq; texere demonstratum. aquæ uarietates telarũ colere faciendas piscium sanguine p̃buere primæ: motus earum primus musicam: & tpa eius atq; conceptum meditantibus dedisse conpertum est. Quid multa dicam: Innumerabilia sunt: quæ mare p̄ducit instruentia artificum ĩgenia: ex quibus fit: ut merito artificiosos homines Neptũni filios nũcupem⁹

Cyclopesq; uocemus. Et q tuncuq; Hesiodo placeat: Plinio teste i libro naturalis historiæ: qui dactili uocati sunt in cretam fabricã ferrariam iuenisse: dicit ibidem Plinius: a cyclopibus atq; calybis ferrũ fuisse cõpertũ. Cur aũt ex amphitrite dicantur suscepti puto a circuitione sonorũ: cũ undiq; perstrepant artificũ sonus: Vulcani iõ tradũtur obsequio: quia igne molliũtur dura ad usu; artificis: & mollia sollidantur ut latius ostendetur ubi de uulcano tractabitur. Qđ aũt apud lyparam fabrilia operent: dictum est ad ostendendũ: quoniã ab artificibus loca artifi[illegible]io cõuenientia sumenda sint. Quid queso faciet faber ferrarius in pallude? Quid piscator in mõte? Quid agricultor i saxo? Quid in solitudine medicus? nil equidem. & iõ in lypara officinã fabrorũ describit Virgilius: quia igneus locus sit quo fabri molliunt æra. S; sup est de noibus rationem exquirere. Brontes. n. (ut dicit Alberic⁹) dict⁹ est a tronitu: quod fit tam sufflantibus follibus q etiã incudem uerberantibus malleis. Sic & Steropes dicitur a fulgore qui ex incendio nascitur. Pyragmonẽ aũt dicit ab incude calenti nomen sumpsisse: eo q pyr ignis: agmon aũt incus interpretetur. Et hæc iõ his attributa sũt noia: quia circa armorũ artificiũ exerceantur. nõ eim talia darent nauim uel tẽplũ uel palatiũ cõstruẽti. Volũt postremo eo q telũ Ioui fecissent: quo Esculapius ictus est: hos ab Apolline interfectos: qđ ego itelligo: cũ Apollo iterpretet exterminãs & hũoris expulsor sit. Qđ ignis ẽt facit opifices tales: si opus tale cõtinẽt cito deficere: eo q ta; labore assiduo q igne cõtinuo ante tẽp⁹ desiccetur humor & deficiãt.

De Nausithoo. xii. Neptũni filio: q genuit Rixinorem & Alcinoum. .C.xvii.

Ausithous Pheacũ rex (ut i odyssea placet Homero) Neptũni fuit fili⁹: & Periuiæ nymphæ: de quo & eius ple; sic idẽ describit. Nausithoũ q prio Neptũn⁹ terra; mouẽs genuit: & Periuia fœmia; specie optia iunior filia magnanimi Eurymedõtis &c. de hoc aũt nil aliud repitur nisi q Rixinorẽ & Alcinoum filios habuerit.

De Rixonore Nausithoi filio: qui genuit Arithim. C.xviii

Ixinor filius fuit Nausithoi: ut in odyssea sic ait Homer⁹: Nausitho⁹ aũt genuit Rixinorẽ Alcinoũq;. Hic Rixinor: ut idẽ dicit Homer⁹: cõiugẽ sũpsit: & suscepta ex ea filia unica: quã Arithĩ noiauit: ab Apolline pcussus occubuit: puto febre exterminatus fuerit.

De Arithi Rixinoris filia & Alcinoi cõiuge. C.xix

Rithis (ut i odyssea scribit homer⁹) filia unica fuit rixinoris: quã Alcinous Rixinoris frater: & Pheacũ rex sumpsit in coniugẽ &

ex ea nausitheā filiā & tres filios suscepit: ad hāc ulixes ductu & cōsi/ lio palladis trāsformatæ ī effigiē calpis uirginis a calistōe nympha ue niēs naufragus accessit. & multa illi interrogatus exposuit: & tandē ho norifice ab ea susceptus est.

De Alcinoo filio nausithoi qui genuit nausithoam. & Laodamātem & Alioum: & Clytonium. C. xx.

Lcinous Rex Pheacum: ut in odyssea testat' homerus: filius fuit Nausithoi Regis: & uir arithis. ad hunc autem in cōuiuio sedētē uenit ulixes naufragiū passus: & ab eo honorifice susceptus ē: eiq; cō/ iugium Nausitheæ oblatum: demū data ingentia munera: & nauis q̄ il lum in patriam reportaret parata: sociiq; nauales p̄stiti.

De Nausithea Alcionis regis filia. Ca. xxi.

Ausithea filia fuit Alcinoi & Arithis: ut testat' homerus: que cū exisset ciuitatē cū pedissequis suis iuissetq; ad flumē lotura uestes fcm̄ ē ut uideret Vlixē naufragum nudū ī littore & frōdib' arborū circūte ctū: & ab eo suppliciter exorata ut illi cibum daret: & uestes postulata cōcessit: & ide illi suasit: ut ad patriā suā: & ad regiā domū post se ac cederet. uti postea factū ē: ꝓut plene ī odyssea narrat Homerus.

De Laodamante & Alioo & Clitonio filiis Alcinoi regis. C. xxii.

Aodamas: Alios et Clytonis filii fuere Alcinoi regis et Arithis Homero teste in odyssea: de quibus nil præter generales laudes īclytæ iuuētutis eorum reperitur: et ꝙ Vlixem una cū patre Alcinoo et matre eorum honorauerint: eiq; munera dederint.

De Melione. xiii. Actorione. xiiii. Neptunni filiis. Ca. xxiii

Elion et Actorion Neptūni fuerūt filii: ut ī Iliade scribit Home rus. Inducit. n. nestorē senē patroclo dicētē: se adhuc iuuene bel lū habuisse aduersus archades et m̄ltos īteremisse. et ni neptūn' melio nē et actorionē filios suos caligine occultasset: eos æque cū aliis occi/ disset.

De Aone. xxv. neptūni filio. C. xxiiii.

On (ut dicit Lactantius) filius fuit neptunni: et ab eo dictam affir mat Aoniā: quæ quidam pars est boetiæ: Theodontius uero hoc idē asserit: Aonemq; dicit ex apulea factione suorū pulsum nauigio ue nisse euboeam: et inde se in boetiam detulisse. ibiq; rudib' adhuc popu lis ī mōtanis īparasse: et illos Aonas una cū montibus ex suo nomine nūcupasse: a quibus neptūni filius habitus est: cum onchesti cuiusdā ditissimi hominis Apuli fuisse filius ex parichia coniuge.

De Mesappo. xvi. neptūni filio: a quo Ennius poeta. C. xxv.

Esappus filius neptunni ut dicit Virgilius. At Mesappost equū domitor neptunia proles. Quē nec fas igni cuiq̄ nec sternere

ferro &c.Hic eīm(ut idem testatur Virgilius)Turno aduersus Aeneā auxilia duxit:Quē secuti sūt fescēnini.æqui falisci æqui foractis habi tabant mōte: & Cimini siluas & lacus:& insup capeni.hunc tamē di cit Seruius per mare ad italiā uenisse:& inde Neptūni filiū dictum.eū etiam iuulnerabilē ferro dictū est:eo ꝙ nūꝗ̄ ī bello perierit:ab igne uero īmunem:eo ꝙ Neptūni filius quē deum cōstat esse aquarū ab is to dicunt Enniū poetā dicere se originē ducere:eūq; equorū domito rem dictum:quia animalia sint a Neptūno producta.

De Busiride.xvii.Neptūni filio .C.xxvi.

Vsiris Neptunni fuit filius ex Libya epaphi filia susceptus:ut in libro temporū ait Eusebius.hic aūt ut ait Augustin⁹ in libro de ciuitatate dei regnante danao argiuis:uel rex uel potius tyrannus suis diis hospites immolabat:quem seruius ab hercule occisū dicit:eo ꝙ cum apud illū diuertisset:ut alios:sic & eū uoluisset occidere.Et idem Seruius asserit huius Busiridis laudes ab isocrate descritas.

De Pegaso equo.xviii.Neptūni filio. Cap.xxvii.

accipendum reor pro prudentia qua & hostium acta consyderamus & nosipsos ab eorūdem insidiis telisq; protegimus. Mercurii talaria ue locitatem & uigilantiam in agendis significare reor. Sic & ensis recur / uus & a patre exteriori acutus ostendit quoniam bellorum tempore & prædas hostium ad nos trahere debere: eosq; a nostris amouere cædi bus. De gorgone autem & Atlante satis in præcedentibus : ubi de eis dictum est: liberasse autē andromeden a bælua hystoriam reor: cum & in cosmographia dicat pomponius. est Ioppen ante diluuium condi / tum (ut ferunt) ubi Cephea regnasse eo signo accolæ affirmāt. q̄ titu/ lum eius fratrisq; phinei ueteres clamare cū religione plurima retinēt quin etiā rei celebratæ carminibus atq; fabulis seruateq; a perseo an / dromede clarū uestigiū marinæ bæluæ ossa immania ostentat: hæc ille Præterea & Hieronymus presbiter in libro quem de distātiis locorū composuit dicit: Ioppe oppidum palestinæ marittimum ī tribudan ubi hodie quoq; saxa monstratur in littore: in quibus andromeda religata Persei quondam uiri sui fertur liberata fuisse subsidio. hæc Hyerony / mus. Plynius uero īter scriptores celeberrimus homo scribit. Bæluæ cui dicebatur expositū fuisse andromedam ossa Romæ apportata ex oppido iudeæ Ioppe ostēdit īter reliqua miracula in ædilitate. M. Scau rus longitudine pedum. xl. altitudine costarum Indicos elephantes ex/ cedente spinæ grossitudine sexquipedali & cætera. Perseum autem ho stes & pritū in saxa uertisse capite gorgonis ostenso: nil aliud puto ni si quia uictos diuitiis gorgonis tacitos illos reddit & ībelles. Achrysi um autem auum constat per eusebium in libro temporum aliter saxeū effecisse: nam ab eo non spōte occisus est: & sic frigiditate perpetua la pidi similis factus est. Quod in cælis a septentrionali plaga stellificatꝰ luceat sententiam Tullii ubi de quæstionibus tusculanis sequēdā puto qui đ eo & reliquis ait. Nec stellatus cepheus cū uxore genero filia tra derēt: nisi cælestiū diuina cognitio nomē eorū ad errorē fabula tradu xisset: hæc Tullius Cæterū de tempore eius ambigitur cū scribat Eu sebius eum occidisse gorgonem anno mundi. iii. mil. dccxxix. Tamen hoc eodem anno secundum alios dicit eum cum coniuge in cælū raptū Paulo post dicit anno. ii. regis Cycropis qui mūdi fuit. iii. mil. dccc. lvii cū gorgone occisa aduersus Persas dimicasse. Nec multo post scribit āno. xxxv. regni cycropis achrysiū ab eo mortuū: & Argiuorū regnū ī micœnas translatū: qđ ego uerū puto cū magis tpus cōueniat rebus gestis.

De Gorgophōe Persei filio q̄ genuit Electrionē & Alceū. C. xxvi

G Orgophones (teste Lactantio) filius fuit Persei & Andromade coniuge de quo nil aliud habemus nisi quia genuit Electrionē

& Alceum.

De Electrione Gorgophonis filio: q genuit Alcmenam. C.xxvii

Lectrion(ut Lactantio placet) Gorgophonis fuit filius: ex quo nisi Alcmenã filiã hẽremus nudũ nomen nobis liqsset ãtiqtas.

De Alcmena Electrionis filia & Amphitrionis cõiuge. C.xxviii.

Lcmena(ut dicit Lactantius)filia fuit Electrionis:'quod & Plautus in ãphitrione testatur dicens. Qui cũ Alcmena ẽ nupta Electrionis filia &c. Hæc quidẽ ut idẽ & ibidẽ dicit Plautus nupsit Amphitrioni Thebano & a Ioue dilecta ẽ: & in spẽ Amphitrionis uiri sui ab eo oppressa herculẽ pepit: ut in sequẽtib⁹: ubi de hercule dicet latius.

De Alceo filio Gorgophonis: q genuit Amphitrionẽ. C.xxix

Lceus(ut ait Paulus)filius fuit Gorgophonis magis filii fama cognitus apud nos q̃ splendore suo. Nam(ut aiunt) pater fuit Amphitrionis

De Amphitrione filio Alcei: qui genuit Hiphicleũ. C.xxx.

Mphitrion: ut Paulus ait: filius fuit Alcei homo armorum insignis ut Plautus in comœdia eiusdem Amphitrionis ostẽdit. huic coniunx fuit Alcmena cum qua Thebis morabatur: ubi dum ipse ꝓ thebanis aduersus theleboæos belluꝫ gereret: Iuppiter eius in spẽ Alcmenaꝫ oppressit & ex ea suscepit Herculẽ. Amphitrion ãt eodẽ partu ex ea suscepit Hiphicleũ: placꝫ præterea Plinio ĩ libro naturalis historie huius fuisse inuẽtuꝫ ostentorum atq̃ somniorum interpretationes.

De Hiphicleo Amphitrioĩs filio: qui genuit Iolaũ. C.xxxi.

Iphicleus: ut scribit Plautus in Amphitrione: fuit filius Amphitrionis & Alcmenæ eũq̃ uno partu cũ Hercule editũ dicit. Veꝝ Hiphicle⁹ post nonũ cõceptionis menseꝫ natus ẽ. Hercules autẽ una secũ natus septĩo nõ pfecto. quod Augustin⁹. ii. de ci. dei cõcedere nõ uidetur q̃ mulier possit in diuersis temporibus diuersos cõcipere.

De Iolao Hiphiclei filio. Cap.xxxii.

Olaus: ut Solinus de mirabilibus mundi asserit: filius fuit Hiphiclei: Hic ut idem ait Solinus sardiniam ingressus pallantes incolarum animos ad concordiam eblanditus Olbiam atq̃ alia Græca oppida extruxit: Iolenses ab eo dicti sepulchro eius templum addiderunt: quod imitatus uirtutes patris malis plurimis sardiniam

liberasset: hæc ille. fuere tamē & alii Hiphiclei.

De Steleno Persei filio q genuit Eurysteū. C.xxxiii

Telenus(ut placet homero)Persei fuit filius & Andromadæ. Nā in Iliade Homerus describit Agamemnonem concionantez & Eurysthei genealogiam designantē asserētēq; Stelenū fuisse Persei filium & Eurysthei patrē. Is quidē(ut dicit Eusebius ī libro tēporū)translato argiuorū regno a Perseo micoenis p' Perseū regnauit qn̄ nō reperitur Nā mortuo Acriseo q.xxi.annis regnauit īmediate sequit̄ initiū regni Eurystei: quīq; tn̄ īterpositis annis: eoq;.s. Eurysteo regnāte scriptuz cōperio stelenū.xl.ānis micoenis regnasse ubi hi perditi sint īuenire n̄ possum.

De Eurysteo Steleni filio. C.xxxiiii.

Vrysteus Steleni filius fuit ut præmonstratum est: de natiuitate eius talem refert Homerus fabulam: cum die quadam Iuppiter apud superos dixisset die illa nasciturum hominem qui omnibus circū uicinis dominaretur. Iuno id fecit iuramento firmari & confestim ascē dit in terras & retinuit lithiam quam nos Lucinam dicimus deam parturientium apud uxorem Steleni prægnantem iam.vii.mensium: & ex utero eius eduxit filium.vii.mensium qui uocatus est Eurysteus. Erat q dem ea die nasciturus Hercules sed Alcmena ob retentam parturientium deam peperisse non potuit: & sic factum est qd' de Hercule Iuppiter intelligebat uerteretur in eurysteum: qui postmodum aliis & herculi etiam imperauit: regnauitq; micoenis annis.xlv. & successorem moriens reliquit Atreū. Fabula aūt hæc ab euentu sibi locū uēdicauit cuz uiderent homines eurysteum Herculi fortissimo uirorū Imperantem.

De Bacchemone Persei filio qui genuit Achemenidem. C.xxxv.

Acchemon(Lactantio teste)Persei fuit filius & Andromedæ: & ut ipse idem dicit apud quosdam orientales populos imperauit: qui ab Achemenide eiusdem Bacchemonis filio(ut dicit Theodontius Achemenides postea nuncupati sunt. Qui Apollini sacrorum ritus inuenisse se asserunt. est aūt apud eos is in speleo persico in habitu cū tiara & utrisq; manibus cōprimēs cornua bouis puto & ad īmensam eius potentiam ostendendam.

De Achemenide filio Bacchemonis q genuit Orcamū .C.xxxvi.

Chemenides(ut dicit Theodōtius)filius fuit Bacchemonis: Esto sint qui uelint eum filium fuisse Persei: hic autez Achemeniis populis imperauit: eosq; a suo nomine nuncupauit & moriens successorē Orcamum filium reliquit.

Rcamus (ut supra a Theodontio dictum est) filius fuit Acheme nidis: cui coniunx fuit Eurimene speciosissima mulier: ex qua filiā uni caꝫ Leucothoeꝫ suscepit: quā quia soli se diligēti paruerat uiuā īfodit.

De Leucothoe Orcami filia. .C.xxxviii.

Eucothoē filiā fuisse Orcami & Eurymenis testat̄ Ouidius ī ma iori uolumine ubi dicit ꝙ eam sūme dilexit Phœbus & in formaꝫ uer sus Eurymenis matris eius noctu accessit ad eam & licentiatis mulieri bus suis tanꝙ secreta secum locutura in formam propriā rediit & pa tientem cōpressit. Quod cū Clitiæ quæ ante diligebatur a Phœbo ad aures deuenisset zelo percita confestim Orcamo accusauit: q irat⁹ atqꝫ seuerus nimiū uiuam sepeliri iussit. Phœbus aūt cuꝫ illi uitam restitue re nequiret eam in uirgam thuream uertit. Huius fictionis ratio talis a quibusdam redditur puellam ob adulteriū cū splendido iuuene ꝑpetra tum iure Sabæo uiuam defossaꝫ: & cum eo in loco forte uirga thurea nasceretur: quarū abundātissima regio ē solis uirtute e sinu terræ ī al tum deducta locum fabulæ adinuenit. Ego aūt apud Achemenidas lo/ cum puto cui sit nomen uel fuerit Leucothoe: qui quoniam thure abū det ab incolis a sole diligi dicitur: qui in matris formā transformat⁹. i. in cōplexionem ad enutriendas thureas uirgas opportunā ibi descen/ dit: & humiditati terræ iungitur: adeo ut qui uiuas plantas ibidem ap ponat confestim in altum educat.

De Erithreo Persei filio. Ca.xxxix

Rithreus seu Erithra (ut placet Solino de mirabilibus mundi) fi lius fuit Persei & Andromedæ: & in confinio rubri maris regnū habuit. Esto sint qui dicant eum Aegypti fuisse regem: de quo ideꝫ So lin⁹ scribit sic. Vltra pelusiacum enim hostium Arabia est ad rubruꝫ ꝑ tinens mare quod Erithreum ab Erithra rege Persei & andromedæ fi lio non solum a calore appellatum Varro dicit: hæc ille. Hic Erithreus apud Arabes maxime fuit auctoritatis adeo ut moriente in quadaꝫ ru bri maris insula cæteris famosiore insigne plurimū sepulchruꝫ cōstrue rēt: eūqꝫ loco dei colerent & ab eo rubrū mare denoīarent Erithreū: quo nomine adhuc græci uocāt. s. Erithratalasson. Nā talason latīe so nat mare: de posteritate huius nil habemus.

De Perse Persei filio. Ca.xl.

Ersen filium fuisse Persei in libro naturalis hystoriæ testatur Pli nius de quo nil aliud comperi preter quod idem Plinius asserit eum scilicet primum sagittarum repertorem fuisse: quod forsan apud

suos uerũ est: cũ apud alias nationes illas lõge antiquiores legerimus.

De Aone Iouis.xxxiii.filio qui genuit Dimantem. Capitulum.xli.

On: ut Paulus ait: Iouis fuit filius ex Nympha muoiyde: a quo dicit Bœtiam aoniam nuncupatam quia ibi regnasset: nos autem supra Lactantii auctoritatem secuti Neptunni filium scripsimus. Quē Theodontius factione suorum ex Apulia pulsum et Onchesti fuisse filius: et in Bœtiam uenisse dicebat: et ibidem Neptunnum patrem quesisse et prouintiam de suo nomine nuncupasse: nullum tamen illi filiũ designabant: ubi Paulus filium suum Dimantem asserit.

De Dimãte Aonis filio qui genuit Asium & Alixiroem. C.xlii.

Ymas(ut dicit Paulus)filius fuit Aonis & Asii atq; alixiroe pater Nec aliud de eo legi.

De Asyo Dimantis filio. C.xliii.

Syus filius fuit Dimantis (ut in Iliade scribit Homerus) dicens Asyo qui auũculus erat Hectoris bellicosi fr̃ Hecubæ fili' Dimãtis. hũc quantũcũq; Homerus dicat frem fuisse hecubæ & auũculum Hectoris dicebat Leõtius ex parte mr̃is fuisse qa ex eadē mr̃e Asyus & Hecuba nati fuerũt: s; ex diuersis pr̃ib'. Hic aũt aduersus Græcos priamo fauit.

De Alixiroe Dimantis filia & matre Eaci. Capitulum.xliiii.

Lixiroe filia fuit Dimantis: ut testari uidetur Ouidius dicēs. Quã uis est illum proles enixa Dimantis. Exacon umbrosa furtim peperisse sub ida. fertur Alixiroe & cætera. Hæc igitur ex Priamo peperit exacum qui postea in mergum uersus est.

De Eaco.xxiii.Iouis filio qui genuit Phocum Thelamonem & Peleum. C.xlv

Acus Iouis fuit filius & ægyne: ut in Iliade dicit Homerus Pelius Eacides. Ille aũt Eac' erat a Ioue pater. Qualiter autem Iuppiter ægynam oppresserit supra dictum est ubi de ægyna. hunc insuper dicit Ouidius regnasse apud Enopiam quam ipse ex nomine matris uocauit ægynam. In qua cum postea defecissent homines & ipse in somnis uidisset quercum plenam formicis nunc sursum nunc deorsum deambulantibus sibi dormienti uisum est orasse Iouē: ut omnes formicæ quas uidebat homines efficerentur: quod & factum est & sic eius est restaurata ciuitas & ciues Myrmidones appellati: nam Myrmix græce latine formica est. Hunc præterea dixere ueteres apud inferos cum minoe & radamanto culpas hominum excutere: & pro meritis culpas inferre. Sub his autem figmentis latet hoc: primo ciuitas eius euacuata ciuibus peste: ex agricultorib' restaurata ē: qui more formicarum æstate

messes ex agris & alia opportuna colligũt ut hyeme fame non ꝑeant: Hos aũt ipse legibus intruxit & uiuere cœgit: & hinc Iouis dictus ẽ fi lius & apud inferos iudex. Nam per respectum ad supercælestia cor/ pora mortales inferi sunt.

De Phoco Eaci filio. .C.xlvi.

Hocus Eaci fuit filius: ut per Ouidium scribitur: dũ legitur: Ex petit occurrunt illi thelamonq; minorq;. Quam thelamon Pele/ us & proles tertia phocus &c. Hic a Peleo occisus est.

De Thelamone Eaci filio: qui genit Aiacem & Theucrũ. C.xlvii.

Helamon Eaci fuit filius fratrum maior natu: quem Seruius ex argonautis fuisse dicit & Herculis sotium: & cum a Colcho re/ uerteretur quæreretq; Hercules Ilam puerum perditum apud Mysios & ad troianum deuenisset littus prohibitus a Laomedonte: indicto il li bello congregatis uiribus aduersus eum rediret: tanq̃ suscepte iniu riæ particeps Thelamon una secũ uenit & ilione expugnato atq; Lao medonte occiso: eo ꝙ primus muros ciuitatis ascendisset illi ex præda capta Hesiona Laomedontis filia data ẽ: ex qua cũ iaꝫ ex alia suscepis set Aiacem Theucrũ suscepit. Hic.n. seu pulsus seu non susceptus ĩ pa tria in Cyprum abiit & Salaminam ibi condidit ciuitatem.

De Aiace Thelamonis filio. Cap.xlviii.

Iax bellicosissimus homo Thelamonis fuit fili⁹: hic cũ aliis græ cis ad delendã troiam arma sũpsit: & (ut reliqua quæ in certami/ nibus mirãda fecit: omittã) singulare certamen aduersus Hectorẽ arri pere ausus ẽ: & si Homero fides ulla præstanda ẽ: ni illud nimis festĩa nox diremisset: uictor Aiax rediisset ad suos: ea tamẽ superueniẽte cũ illi uetusto more Hector donasset gladium & ab eo Baltheũ suscepissꝫ recens Aiax & animosus discedẽs: fessum Hectorẽ troiam ire ꝑmisit. Hæc dona ſm Seruiũ nephasta fuere cũ eo se gladio postea intereme rit Aiax: & cũ Baltheo ab Achille occisus est Hector. Aiax aũt ilione capto atq; diruto de armis Achillis præmortui aduersus Vlissem in/ gens litigium habuit: tandẽ cum cerneret uirtutẽ bellicam eloquẽtiæ cedere in furorẽ uersus eo se quem ab Hectore susceperat gladio inte/ remit: & (ut ait Ouidius) in floreꝫ sui nominis uersus ẽ. In quo nos do cet antiquitas nostras uires caduci floris more in nihilum facile solui.

De Theucro thelamonis filio. Cap.xlviiii.

Heucer filius fuit thelamonis ex Hesiona Laomedontis filia: quæ non uidetur Thelamonis fuisse coniunx cũ Homerus ali quando in iliade dicat Theucrum fuisse nothum: Hic tamen insignis homo fuit & armorũ ualens: & una cum fratre Aiace iuit in troianum

bellū. Eo tandē peracto cū absq; fratre redisset ī patriā nō suscept' se cessit in Cyprū & ibidē Salaminā ciuitatē cōstruxit & uitæ residuū ha bitauit. Quod ego uerius puto q̄ quod de Thelamone supra scriptū ē

De Peleo filio Aeaci qui genuit Polidorim & Achillem. C.I.

Eleus Aeaci fuit filius & magnis uiuens interfuit rebus: nam cū Meleagro in uenationem apri Calidonii accessit. Sic & cum Peri/ thoo aduersus centauros pugnauit. Huic ut refert Ouidius) cōiunx fu it Thetis aquarum dea quam Iuppiter amauit: sed ideo concubitū eius neglexit: quia oraculo nouerat ex ea filium nasciturum qui maior esset patre. Ad hanc tamen obtinendam audaciam uiresq; fuere opportunæ Nam cum Peleus consilio Prothei senis eam die quadam cæpisset ipa in uarias mutata formas adeo eum exteruit ut dimitteretur ab eo Qui ad Protheum rediens ab eodem sibi suasum est ne mutationes illas ti meret: quinimmo in tenendo eam perseueraret: quia si fecisset ipsa de syderio suo cederet. Peleus die sequenti cum dormientē eam in antro comperisset cæpit illam. Ipsa uero more suo in uarias uersa formas cū eum tenentem sentiret in propriam rediens in coniugiū eius consensit Porro Iuppiter ad eorum nuptias omnes conuocauit deos præter dis/ cordiam. Quæ indignans cum cerneret Iunonem Palladem & Venerē inuicem ex parte una sedentes sumpto aureo malo illud inter eas pro/ iecit: dixitq; digniori detur: ex quo confestim inter eas seditio orta est cum unaquæq; se digniorem diceret. Et cum de hoc Iuppiter inter eas nollet ferre sententiam ad Paridem qui ī silua Ida morabatur misit eas Is uero ob promissam sibi a Venere speciosissimam mulierem: spretis aliarum oblationibus Veneri tanq̄ digniori tradidit. Quæ illi raptum Helenæ concessit: ex quo subsequutum est Troianum bellū & occisus Achilles qui ex nuptiis illis ad quas uocata nō fuerat discordia natus est: & sic expiata iniuria. Peleus igitur ex Thetide suscepit Achillem & Polydorim puellam. Demum cum fratrem Phocū occidisset in exiliū abiit seuera patris iubente iustitia. Et primo ad Ceim regem thracinnæ aufugit: a quo amicabiliter susceptus est. Inde postea discedens ad Ma gnetas abiit ubi ab Achasto fraterna cæde purgatus est. Quid iñ sub secutum sit nescio. Nunc quid sentiendum sit ex fictionibus aduerten dum est. Thetis nobilis fuit mulier cuius in natiuitate uisum est ex ea nasciturum hominem qui patrē uirtute superaret. & ob id Chiron pa ter eius uaria secum & plurima uoluit consilia: cui nam illā concederet & his agentibus petens eam Peleus primo r̄pulsus est: et sic cōsiliorū uariationes mutationes formarum Thetidis fuere. Tandem cū iterum Peleus peteret post multa patris cōsilia illi cōcessa est. Et eius ī nuptiis

id est pro creatione Achillis oẽs conuocantur dii.i.omĩa supercælestia corpora ad quæ spectat ſm diuersas potentias suas in corpus iaꝫ creatum diuersos effectus infundere: ut perfectuꝫ sit: discordia aũt nõ uocatur ne disgreget cœptum opus & pereat. Ipsa aũt postea sese miscet dum hõ incipit cogitare quæ trium sit splendidior uita aut cõtẽplatiua: quæ per Palladẽ designatur: aut actiua quæ per Iunonem intelligit aut uoluptuosa quæ per Venerẽ demonstratur. Ex quibus noluit Iuppiter.i.deus dare iudicium ne uiderẽtur reliquæ sua dãnare sñia & homini iniecta necessitas. De iis tamen tribus supra latius ubi de Paride

De Polydori filia Pelei & coniuge Borionis. Ca.li.

Olydoris(ut ĩ iliade dicit Homerus)filia fuit Pelei & a Sperchio flumĩe dilecta atqꝫ oppressa & sic Mnesteũ pepit: q Achilleꝫ in troianũ bellũ secutus ẽ. hæc aũt cuidã Borioni perii rei nupsit.

De Achille filio Pelei qui genuit Pyrrhum. Ca.lii.

Chilles græcorũ fortissimus(ut præmonstratũ ẽ)Pelei & Thetidis fuit filius: quẽ cũ peperisset mater cõtinuo ad inferos detulit & ut laboꝝ patientẽ redderet totũ stygiis undis ĩmersit: excepto calcaneo quo illũ tenebat. Demũ chironi cẽtauro alendũ tradidit: q illuꝫ educauit: nõ eo ritu quo cæteri educant̃: sꝫ ex medullis tantũ bestiaꝝ ab eo captarũ cibũ cõfici faciebat: & hoc ut assiduo duraret̃ exercitio Et hic dicit Leontius eũ Achillẽ nuncupatũ ab a: quod ẽ siñ & chilos cibus quasi sine cibo nutritus. Hunc Chiron astrologiã docuit & medicinã: ac ẽt lyrã tãgere. Tandẽ cũ Thetis rapta a parid Helena præsagio cerneret bellũ futuꝝ & ĩ eũ Achillẽ filiũ perituꝝ ad eiꝰ si possꝫ euitandã mortẽ cõsilio: clã illũ adhuc ĩpubẽ ex ãtro Chironis dormientẽ rapuit: & in schyron ĩsulã ĩ domũ Lycomedis regis detulit: & uestimentis puellaribꝰ tectũ atqꝫ prædoctũ ne se masculũ cuipiã demonstraret: qa uirginẽ ĩter filias seruandũ tradidit Lycomedi. Veꝝ Deidamiæ uirgini Lycomedis filiæ diu eũ masculũ fore occultũ esse non potuit: cũ qua tempore captato cõcubuit: & pp amoris cõmodum ipsa etiam iuuenis sexum occuluit: ex eo tamen concepit & peperit filium: quem Pyrrhum postea uocauere. Cæterum cum coniurasset̃ in Troianos græci & responsum accepissent absqꝫ Achille capi Troiam non posse: ad eum exquirendum Vlysses missus est. Quem cum audisset in muliebri habitu apud filias Lycomedis clã teneri: ne loco iuuenis uirginem auferrent: nouam commentus est fraudem: dnmqꝫ se in mercatorem finxisset & iocalia quibus se delectari uirgines cõsueuere filiabꝰ

Lycomedis apposuisset. Interea circumposuit & pharetram arbitratus Achillem si illis immixtus esset arcum sumpturum. Nec defuit cogitationi successus. Quem postq̄ arcum trahentem cognouit facile suasionibus induxit ut se sequeretur in bellum. In quo dū iret habitu foemineo posito plures ciuitates hostium cæpit: ægitq̄ prædam ingentē: & inter alia uirginem sacerdotis Apollinis filiam quam Agamemnoni cōcessit: & Bryseidam quam æque cæperat sibi reseruauit. Sane cū iam iussu deorum opportuisset Agamemnonem sacerdoti natam restituere Bryseidam illi surripuit. Quamobrem indignatus Achilles diu stetit nec arma aduersus Troianos capere uoluit ullius suasione uel p̄cibus. Tandem cum die una acriter a Troianis urgerentur Græci a Nestore Patroclus deductus est ad eum ut oraret si nollet arma sumere saltem permitteret ut ipse loco sui sua indueret & currum suum ascenderet: & myrmidones ociosos in pugnam deduceret. Quod & si ægre pateret̄ Achilles Patroclo tamen nil negaturus concessit. Qui cum p̄cessisset ī prœlium Achilles ab omnibus creditus multa mala Troianis intulit. Postremo Hector qui pugnam aduersus Achillem diu optauerat eum putans aduenit & Patroclum labore modico superauit: armisq̄ superatum nudauit: & quasi Achillem superasset armis eius indutus ingenti cum pompa patriam reintrauit. Hoc casu summe turbatus Achilles amicum aliquādiu fleuit eiq̄ officium funebre magnis sumptibus & mirabili honorificentia peregit. Inde a Thetide matre quæ ad eius leniendas lachrymas uenerat nouis reassumptis armis: quæ ipsa a Vulcano susceperat armatus in ultionem amici perempti processit in bellū & cum multos ex Troianis occidisset Hectorem etiam interemit. nec ad satiandas iras eum occidisse satis uisum est: quinimo cū eius corp⁹ currui alligasset suo: dedecorose Ilionem circuiuit: Priamo etiam prospectante: ac inde apud tumulum Patrocli. xii. diebus nudū tenuit cadauer: illudq̄ tandem Priamo seni ad eum uenienti nocte orantiq̄ et maxima munera exhibenti concessit. Post hæc alia in pugna Troilum interfecit. Quo dolore commota Hecuba superstitibus timens et patriæ si longum uiuat Achilles astu foemineo insidias in uitā eius tetēdit. Nouerat autē eū Polyxenam diligere: eo q̄ illi induciarū tēpore uisa placuisset: et iccirco per intermedium spospondit illi nuptias suas si a prœliis abstineret. Cui cum assensisset Achilles in talē conpositionem itum est: ut clam solus nocte ueniret in templū Tymbrei Apollinis quod fere secus muros Ilionis erat: & ibidem eam cum filia inueniret eamq̄ desponsaret. Qđ amās & cupiens Achilles credēs iuxta compositum inermis & solus nocte templum intrauit. In quem e uestigio Paris ex insidiis prosiliens cum esset arcu doctissimus sagitta eius calcaneum petiit atq̄ uulnerauit: eumq̄ frustra gladio ī hostes discur

santeꝫ ĩteremit & tandẽ ĩ sigeo troiano promõtorio a suis sepult⁹ est: In tam longa hystoria paucis tamẽ recitata uerbis nil fictũ est præter Achillẽ stygiis mersũ undis excepto calcaneo: & ꝙ eo uulnerato mor tu⁹ sit. Circa ꝙ placet Fulgentio hominem stygiis undis unumquẽꝙ la boribus duratũ cũ styges ĩterpretet̃ tristitia: ut ĩtelligat̃ nemineꝫ ĩ læ tis durari: sed laxari poti⁹: si alias durat⁹ esset. Q̃d aũt Tal⁹ ĩmers⁹ non sit physicũ tegit mysteriũ. Volũt. n. physici ꝙ uenæ quæ in talo sunt ad renum & femorũ: atꝙ uiriliũ rationem pertineant. & ideo per talum non mersum in styge inuictam in Achillem libidinem uoluerũt quæ per durationes alias sublata non est: ut satis apparet cũ libidine ĩ manus iuerit hostium & ab eis occisus est.

De Pyrrho Achillis filio: q genuit Peripeleũ & Molossũ. C. liii.

Yrrhus (ut premõstratum ẽ) Achillis & Deidamiæ fuit filius: sic uocatus (ut dicit Seruius) a capillorũ qualitate: cũ Neoptolemus alio noĩe uocaretur. hic Achille mortuo uix pubes in troianũ bellum deductus ẽ animosus adinstar patris: & acris ingenii iuuenis. Qui & si circa finem beli uenisset: non tamen occisus fuit. Inter alios quidẽ iuue nes strenuos & audaces equũ ligneũ quem græci dolose construi fece rant intrauit: & in Ilionem tractus dũ nocte exisset aliis uenientibus a tenedo strageꝫ maximam troianorũ peregit: & usꝙ in abditissimũ pe netral regiæ domus Politẽ filiuꝫ Priami secutus intrauit: eũꝙ patris ĩ gremio interemit: & inde Priamuꝫ obiurgantem & in seuitiam eius ob loquentem ut sanguine suo fedaret quas ipse sacrauerauat aras irruit/ Inde ilione deleto Polyssenam eximiæ formositatis uirgineꝫ ad manes placandos patrios apud Achillis sepulchrũ occidit. Et cũ ex troiana p̃ da illi Andromacha olim coniunx Hectoris cõtigisset: eam sibi iunxit uxorem. Quæ illi ẜm quosdã duos peperit filios Peripeleũ & Molossũ Inde captus pulchrytudĩe Hermiõis filiæ Menelai tradita Andro ma/ cha Heleno filio Priami cũ parte regni: eo ꝙ uates illũ p̃monuisset ne intraret mare sicuti cæteri fecerant: Hermionam Horesti rapuit & si/ bi coniugem fecit. Deinde seu pauptate coactus seu ad prædam animi feruore impulsus: ut nõnullis placet: mare nauibus infestauit. Quæ q dem nauigatio infesta aliis ab eo pyrrathica denomĩata ẽ: & exercẽtes pyrrhatæ eo ꝙ ipse primus exercuerit: ut dicit Paulus: Postremo cuꝫ Horestes ex Taurica regione posita furia rediisset in regnum corrup/ to Machareo sacerdote templum Apollinis Delphici Pyrrhum truci dauit in templo: : & hic finis fuit illius

De Peripelio Pyrri filio. Ca. liiii.

Eripeleus(ut dicit paul')fili' fuit Pyrrhi ex Andromacha. Theo dōti' aūt dicit ex Hermiona: nec ex ea aliud ad nos usq; puenit.

De Molosso Pyrrhi filio qui genuit Polydectam. Ca.lv.

Olossus filius fuit Pyrrhi & Andromachæ. Hic p̄re mortuo suc cedens partem Epyrri tenuit ppl'osq; ex suo noīe nūcupauit mo lossos. Verum donec ad puberem deueniret ætatem apud matrē & ui tricum fuit & moriens Polydectum filium dereliquit.

De Polydecta filio molossi. C.lvi.

Olydecta seu masculus fuerit seu foemina non satis mihi notum est: eū tn̄ filiū uel filiā fuisse Molossi Paul' affirmat Post quē suc cessiue ex Aeacidib' neminē nisi p' plura sæcula cōperio: cū apd Græ cos diu nulla sit habita pgenies nobilior. Ex æacidib' fuit Pyrrhus rex Epyrotarū q aduersus Romanos bellū gessit Tarētinorū ope: Sic & Alexāder Epyrota a Lucano satellite occisus. Et Olympias clarissima macedonū regia Alexādri mr̄. Et alii plures uirtutib' & titulis īsignes

De Pylumno Iouis.xxxv.filio qui genuit Daunum. C.lvii.

Ylumnus(ut dicit Paulus)filius fuit Iouis. Cui Serui' fratrē fuisse Pyturanū dicit: & eos ābos fuisse deos: horūq; Pylūnū usū stercoran dorū agrorū īuenisse & inde sterculinū dictū. Esto Macrobi' in libro sa turnaliorū Saturnū fuisse dicat. Pylūnū uero pisēdi frumēti: & ob id a pistorib' coli & pilū ab eo denoīatū. Adhuc Theodōti' dicit Danem Achrysii filiā p̄ris irā fugiētē delatā a pastore una cū paruulo Perseo quā ipse genere cognito sūpsit uxorē: & una cū ea apulea ī qua grādis erat derelicta eo q̄ apposita uideret Achrysio ad rutilos uenit & ibi/ dē cū Dane cōstruxit ardeam ac ex ea suscepit Daunum.

De Dauno Pylumni filio & proauo Turni. C.lviii.

Aunus fili' fuit Pylūni: &(ut Theodōti' asserit)ex Dane Achry sii filia suscept'. Huic regnū ī Apulea fuit & ab eo Daunia nūcu pata: & hūc dicit idē Theodōtius auū fuisse patris Turni q & Daun' dictus ē. De filio h' & patre secūdi Dauni nil me legisse memini.

De Dauno p̄mi Dauni nepote q genuit Turnū & Iuturnā. Ca.lxix.

Aunus præcedentis Dauni secundum Theodontium ex filio ne/ pos fuit. Huius coniunx fuit uenilia soror amatæ coniugis latini regis. Ex qua constat plures suscepisse filios. Inter quos ea fuit quam Diomedi profugo ferunt iunxisse coniugio. Paulus tantum dicebat Daunum patrem Turni filium fuisse Pylumni: eo q̄ dicat Virgilius

Cui Pylumnus auus: cui diua uenilia mater de Turno loquens. Veruꝫ ego magis credo Theodontio cum dicat idem Virgilius alibi in perso na Iunonis. Ille tamen nostrum deducit origine nomen: Pylumnusq; il li quartus pater &c. Quod esse nõ posset ſm Paulũ ubi secundũ Theo dontium æque respondet numero.

De Turno Dauni filio. C.lx.

Vrnus rex rutulorum filius fuit Dauni ex uenilia cõiuge: & cum armorũ disciplina insignis fuerit æuo suo iuuenis tantæ fuit cor/ poreæ fortitudinis: ut nulla in hac fides præstanda antiquis uideretur ni recentiori testimonio firmaret̃. Et inter alia eius roboris stantia ar gumenta de eo aduersus Aeneam in singulari certamine pugnante sic scribit Virgilius. Saxum circũspicit ingens. Saxum antiquum campo quod forte iacebat: Limes agro positum liteꝫ ut discerneret aruis: uix illud lecti bis sex ceruice subirent. Qualia nunc hominuꝫ producit cor pora tellus. Ille manu raptum trepida torquebat in hostem &c. Quod Augustinus in libro ciuitatis æternæ xv. Ratum habere uidetur. Præ terea & pallantes seu pallas Euandri filius ab eo in pugna occisus mul tuꝫ fidei affert. Legimus.n. Henrico cæsare.iii. imperatore eius corpus haud longe Romaꝫ a fodiente uillico compertũ integruꝫ uti nuper se pultum: eductũq; sepulchro altitudĩe seu proceritate romana mœnia superasse: & in eo adhuc impressi uulneris a lãcea Turni apparere hia tum longitudine quatuor pedum excedentẽ. Ex quibus quantus debue rit esse Turnus q̃ꝫ fortis qui iuueuem tam grandẽ superauit: qui telum pugnans tam prægrande tulerit: quod adeo grande uulnus impresserit satis arbitrari possumns. Huic carmine celebri ostendit in æneida Vir gilius bellum ingẽs fuisse aduersus Aeneam: eo ꝙ Latinus Lauiniam filiam suã quam Turno promisserat Aeneæ dedisset in coniugẽ: &(ut idem ostendit Virgilius)post multa cum hic Pallantem Euandri filium occidisset: nudassetq; Baltheo illudq; ob insignẽ gloriaꝫ superati iuue nis ipse gestaret: cuꝫ ea die quæ illi ultima fuit in terris aduersus Aene am ex cõposito singulari certamine pugnaret: & ab Aenea superatus uitaꝫ oraret impetraturus erat ni uisus Baltheus Aeneam ĩ pietatẽ re uocasset amici: & sic ab eo occisus est. Hoc secundũ Virgilium in lau dibus Aeneæ totis tendentem uiribus: dictum est secundum aũt alios aliter. Dicunt quidaꝫ non paruæ autoritatis hoĩes Aeneaꝫ a Turno su peratum: & penes numicuꝫ fluuium fugientem occisuꝫ: nec ulterius ẽt corpus eius uisum & Turnũ post hæc ab Ascanio interemptũ: de qui bus latius supra ubi de Aenea scriptum est.

De Iuturna Dauni filia. Ca.lxi.

Vturna Dauni fuit filia: cui(ut dicit Virgilius)Iuppiter uirgini tatem abstulit: & in munus ablati decoris illi immortalitatem

exhibuit:& Numici fluminis Nympha facta ē.Hæc multa ĩ subsidiũ fratris egit:quæ &si fictionibus uarientur in hoc unum egisse arbitror ut interpositione Numici fluminis actum sit:ut ab hostibus Turni in agrum ardeæ & ipsum Turnum libere & expedite iri non potuerit. Verum dum Turnũ deficere uidisset mœsta sese condidit undis : sunt qui dicant hanc clam cum Latino rege amicitiam habuisse:quod cum palam fieret erubescens in Numicum se sponte sua necauit: & sic a Io ue idest a rege oppressa & facta Nympha Numici.

De mercurio.xxxvi.Iouis filio qui genuit Eudorum Mirtiluꝫ Lares Euandrum & Pana. C. lxii.

Ercurius Iouis fuit filius & Maiæ Atlantis filia:ut satis uulgatũ est.Fuere enim (ut in præcedentibus patet) Mercurii plures: & esto fere omnes ab antiquis eisdem ornamentis insigniti sint:non ta/men omnibus eadem est deitas attributa.Nam alius medicinæ deus : alius mercatorum:alius uero furum:& eloquentiæ alius:quem Theo dontius hunc Maiæ filium esse uoluit:quid tamen illuꝫ moueat nõ de scribit:nec ego postq̃ compertum non habeo intendo inuestigare sub tilius.Credo tantum quēcunqꝫ Mercurium eloquentiæ deum ueteres uoluisse eo ꝙ ad Mercurium planetam mathematici asserunt spectare omne sonans organum seu fistulam in corporibus nostris disponere:& hinc credant nonnulli eum deorum dictum nuntium & interpretem : quia per organa ab eo disposita cordis nostri pandantur intrinseca : q̃ deorum secreta dici possunt in quantum nisi exprimantur nutu uel uer bis nemo p̃ter deum cognoscit:& in hoc interpres secretorum taliũ ē quia uerba quæ organizata sunt per organa ab eodem disposita inter/pretantur & aperiunt quæ ex nutu solo percipi non poterant.Deorum ergo nuntius & interpres est:& hinc eloquentiæ deus.Quod clariꝰ & per officia attributa & per insignia illi apposita demõstrantur.Galerio quippe tegitur Mercurius ut ostēdat ꝙ aduersus inuidiæ fulmina elo/quentia ualido tegumento seruetur:quod nil aliud est q̃ gratia quam eloquens a beniuolis meretur auditoribus.Hoc in longum scripta ue/terum seruat aduersus mordaces et ĩuidos quod præuidisse sibi uidet̃ Ouidius dum dicit.Iamqꝫ opus exigi quod nec Iouis ira nec ignis.nec poterit ferrum nec edax abolere uetustas et cætera. Alata autem fert Mercurius talaria ut sermonis describatur uelocitas qui eodem in mo mento ex ore loquētis egreditur:et in aures suscipitur audientis.Desi/gnant præterea opportunam nuntiis persæpe uelocitatem.Virgam de fert ut nuntii officium denotet:consueuere quidē nuntii quasi insigne quoddam uirgas ferre:qua uirga dicunt Mercurium animas ab orco euocare et nõnullam in illum dimittere:et sic per illam eloquētis uires intelligere possumus quibus iam plurimi e mortis faucibus subtracti

sunt & nõnulli in eadem impulsi. Quis orco Mylonẽ surripuit? Quis Popilium lenatẽ? ut de reliquis taceam: nisi eloquentia Ciceronis: q ĩ illum inpegit Lentulũ: Cethegum: Statiliũ: aliosq; eiusdem factionis homines nisi Catonis eloquii uis acerrima? hac præterea uirga dicunt Mercurium incitare uentos ut aduertamus eloquentem posse furores ĩmittere: ut in Cæsarem apud Ariminũ Curionis oratio: sic & tranar nubilla. i. & turbationes auferre: ut pro Deiotario Tulius dum Iulii cæsaris in eum turgidũ pectus placida oratione sedauit. Qđ autẽ sõnos hæc eadẽ uirga adimat & ĩmittat satis clarum est. Eloquentia inertes sopitosq; ad exercitium excitari: & in suum decus animos nimium retrahere componere & sopire. Serpentẽ aũt uirga cingitur: ut a serpẽtis prudentia assumatur opportere eloquentem esse discretum circa electiones dicendorum tẽporum locorũ: ac etiã personarũ: ut eo quo cupit auditores deducat orator.

De Eudoro Mercurii filio. Ca. lxiii.

Vdor' (ut ait Homer' ĩ Iliade) fili' fuit Mercurii & Polimiæ filiæ Philãtis: de quo sic. Atq; sedẽ Eudor' Martialis pncipabat' Partheni'. Quẽ genuit in chorea bona Polymili philantis filia hanc fortis argiphontes. i. Mercurius &c. Huius Homer' prosequitur prolixiorẽ fabulam dicens q Mercurius uidens Polymilẽ eleganter ĩ chorea saltantem cũ cantantibus in choro Dianæ dilexit eam: & clam eius ascẽdens palatium cũ ea concubuit & gennit Eudorũ uelocissimũ hoĩem: atq; bellicosũ: qui cũ Achille in troianam expeditionem accessit.

De Myrtilo Mercurii filio C. lxiiii.

Yrtilus (ut ait Lactantius) filius fuit Mercurii & Auriga oenomai regis: cuius filiam Hippodamiã cũ postularet Pelops in cõiugẽ dispositus cursus subire certamen corrupit spõsione primi coit' Myrtilum: qui facto currui cereo axe eoq; in medio cursus fracto obtinuit Pelops uictoriam & uirginem. Myrtilũ aũt promissa poscentem deiecit in mare: in quo necatus mari nomen dedit ut ab eo Myrtilũ uocaretur. Huius aũt Myrtili fraude qui præpositus erat armorũ oenomai superatus bello oenomaus est: ut supra de Pelope scribitur.

De Laribus Mercurii filiis. C. lxv.

Ares fuere duo Mercurii & Laris Nymphæ filii: ut dicit Ouidius. Lactantius aũt in libro diuinarum institutionum eam dicit uocari Larundam seu Laram. De origine tantum horum talem recitat Ouidius fabulam. q cum Iuppiter diligeret Iuturnam Tyberinã nympham & Turni regis sororem: reliquis loci nymphis imposuit: ut eam fugientem retardarent: ne eo sequente ipsa mergeretur in undas. Lara uero filia Almonis (ut dicit Paulus) una Nayadum iussa Iouis

Iuturnæ retulit & Iunoni. Quãobrẽ Iuppiter ĩdignatus Laram lingua priuauit: iussitq; Mercurio ut illam ad inferos traheret: & ibi esset stygia Nympha. Qui cum illam ducens aspiceret in eius concupiscẽtiã incidit & in itinere oppressit: quæ cum concepisset peperit illi geminos quos ipse de nomine matris lares appellauit. Huius fabulæ fictio satis absconditũ tenet sensum. Iuppiter enim calor est Iuturnã Nympham idest humiditatem in quam agat appetens. Verum Lara quæ hic mulieris nimius est calor opus agentis ignis disgregat: sed Mercurius idest frigiditas naturæ opere excitata superfluo calore muliebri exinanito semen coegit in unum: & sic Lara lingua priuata est idest nocendi potentia. De hac tantum calcata caliditate Mercurius idest naturæ moderata prudentia secundum gentiles elicit lares. non quidem recte ex ea sꝫ ea amota fit: ut secundum opinionem quorundam lares cũ creato foetu nascantur seu creentur: qui aa stante creari non poterãt. De quibus laribus non omnes æque sensere ueteres. Extimauere autem antiqui cum anima rationalis a Mercurio in corpus nouum deducta esset: ut alias dixi. ideo a Mercurio deduci opinari quia in sexto mense qui Mercurio attribuitur foetus animam credatur suscipere seu uitalem potentiam in anima deum seu deos nouæ animæ uenire custodes: quos aliqui genium uel genios uocauere: nonnulli dixere lares: ut paulo ante dictum est. Et ut Censorinus asserit in libro de natali die ubi uult eum dici genium: seu quia ut gignamur curat: seu quia una nobiscũ gignat̃ seu ꝙ genitos semper tueatur & eundem esse genium & larem dicit a multis ueteribus affirmatum & potissime a Caio flacco eo ꝙ in libro quem Cæsari de indigita mentis scriptũ reliquit. Et esto ꝙ unum tm̃ dicat genium seu larem in subsequentibus adicit opinione Euclidis Socratici duplicem omnibus appositum genium: & sic duo sunt unicuiq; lares opinione ueterum. Quod satis firmari uidetur auctoritate Annei florii scribentis in. iiii. Epythomatis sui sic. Ipsiq; bruto per noctẽ cũ illato lumine ex more aliquo secum agitaret atra quædã ymago se obtulit: & q̃ esset interrogata tuus inquit malus genius. hoc & sub oculis mirantis euanuit. & cætera. Qui quidem non adiecissꝫ malus nisi & bonus alter esset: & sic duo. Christiana ueritas angelos uocat non cũ nascente genitos sed nato sotiatos. Quorũ alter bonꝰ in bonũ semper urget quem seruat: alter autem malus in contrariũ nititur: & quasi bonorũ malorumq; nostrorum obseruatores & testes in mortem usq; assistũt continui. Hos præterea lares etiam priuatorũ domibus inesse credidere: ut in principio aululariæ ostendit Plautꝰ: eosq; familiares seu domesticos uocauere deos & uti custodiæ corporis appositos diximꝰ sic & hos custodiæ domꝰ eisq; ĩ domibus locũ communẽ domesticis omnibꝰ: ubi. s. ignis area quam in medio aulæ ueteres faciebãt dedere

Ibiq; eos uenerabantur sacris ritu ueteri. Quod quidē nōdū apud nos oblitum est. Nam & si error ille insipidus abierit: stant adhuc nōia & quædam ueterū sacrorum uestigiū sapientia. Habemus aūt Florentini & sic forsan nōnullæ aliæ nationes ut plurimū in aulis domesticis ubi fit cōis ignis toti familiæ domus ferea quædam instrumenta ad ligno/rum igni appositorū sustentationē apposita quæ lares uocamus: & in sero præcedente Kalendarum Ianuariarum die a patrefamilias omnis conuocatur familia: & repleto lignis igne stipes magnus apponitur: cuius capud unum igne crematur in reliquo insidet ipse paterfamilias cæteris circūstantibus: & uino sumpto bibit ipse pater primo: & inde capiti stipitis incensi superinfundit: quod uini superfuerat in calice: & deinde cnm in circuitu potauerint cæteri quasi pfecta solemnitate ad officia consurgunt sua. hæc sæpe puer in domo patria cælebrari uidi a patre meo catholico profecto homine. Nec dubitem quin a multis ad/huc celebretur ratione potius consuetudinis a maioribus sumptæ q̄ a liqua ydolatria superstitione deceptis

De Euandro Mercurio filio: qui genuit Pallantē & Pallantiā. C.lxvi

Vander Archadum rex (ut ait Paulus) filius fuit Mercurii ex Nicostrata: homo fortitudine & ingenio insignis. Dicit. n. Seruius eum Icerillum quendā īmanem hoīem occidisse ut Hercules Gerionem eūq; ob eius singularem probitatē unū inter multos Hercules nume/ratum. Et idem Seruius dicit: hunc Pallātis regis Archadiæ fuisse ne/potem: & cū patrem suum occidisset uirū. s. Nicostrate suadente ipsa Nicostrata quæ uates erat dimissa Archadia in Italiam uenit: & pulsis ab originibus tenuit illa loca: quæ postea Roma cōdita est: & oppidū modicum in monte Palatino fundauit: ibiq; Herculem ex Hispania re deuntē cum pompa superati Geryonis suscepit. Qui illum ab insultib' cachi latronis liberauit. Inde post euersionem Troiæ Aeneā nouas se des querentem recepit aduersus Turnum iuuit: misso in bellum cū eo Pallante filio: quē senex a Turno occisum misere fleuit. Mercurii aūt ideo dictus est: quia esset īter cæteros eloquētissimus homo: ut asserit Theodontius.

De Pallante Euandri filio. C.lxvii

Allantes Euandri fuit filius: ut sæpissime in æneido testatur Virgilius: hic iuuenis celebris uirtutis spectabilis Aeneæ amicitia iunctus congregatis auxiliis illum aduersus Turnum secutus a quo in acie uulneratus occubuit & ab infœlici patre sepultus est. Huius autē corpus (ut refert Martinus eo in libro) qui martiniana uocatur īperan te Romanis Henrico. iii. imperatore haud longe ab urbe a quodā agri cola altius solito fodiente agellū compertum est: adhuc adeo integrū

ut nuperrime uideret infossum: & statura adeo ingens ut muro altitudinem longitudine superaret: & quod longe magis mirandum refert sic in illo hiatus illati a Turno uulneris apparebat permaximus ut longitudine quattuor pedum excederet: addens supra caput eius lucernã perpetuo igne ardentem compertam: nec ullo poterat extingui spiritu uel liquore tandem facto ĩ fundo foramine extincta est. Insup dicit sepulchro tale fuisse epytaphiũ scriptũ: Filius Euãdri Pallas quẽ lancea Turni: militis occidit more suo iacet hic.

De Paliantia Euandri filia Ca. lxviii.

P Allantia (ut dicit Seruius) filia fuit Euandri. Qui asserit hoc a Varrone narrari: quã ait Herculem uitiasse: & ex ea genuisse Latinũ regẽ laurentũ. Hanc tandem cũ moreret dicit sepultã ĩ mõte q de suo noĩe Palatinus appellatus ẽ.

De Pane Mercurii filio Ca. lxix.

P An non is q Archadiæ dictus ẽ de⁹: sed alius Mercurii fuit filius & Penelopis: ut ĩ libro d naturis deo scribit Cicero. Et dato dicat Licophron Penelopẽ Vlyxis couiugẽ cum pcatoribus omnibus concubuisse Vlyxe non redeunte: & ex uno pana filium suscepit: sunt qui uelint huic fictioni locum datum & ĩtelligere contigisse alicuius eloquentia Penelopem in concubitum eius uenisse: & ex eo filium peperisse: qui eo eloquentia exquisitus uideat Mercurii filius dict⁹ est. Ego aũt alias dixi arbitrari nõ possum pudicitiam tam celebrẽ uti Penelopis fuit: alicuius eloqo uel opere alio fœdari aut flecti potuisse fuere qdem & aliæ mulieres noĩe secũ: sed forte nõ pudicitia cœquales: & sic ex aliarum una nasci potuit Mercurio Pan filius.

De Vulcano. xxxvii. Iouis filio: q genuit Ericthonium Acum Cechulum & Tullium seruilium Ca. lxx.

V Lcan⁹ Iouis & Iunonis fuit filius: ut omnes fere poetæ testãt Hic eo claudus & deformis erat cito natus est: a parentib⁹ ĩ lemnum insulam est deiectus: de hoc ĩ buccolico carmine dicit Virgilius. Cui nõ risere parentes. Nec deus hunc mensa dea nec dignata cubili est: & cætera. Huic uxorem fuisse affirmant omnes: sed quæ ea fuerit nõ æque demonstrat a cunctis. Cingius enim (ut Macrobius in libro saturnaliorum refert) dicit Mayam uxorẽ fuisse Vulcani. Piso aũt dicit fuisse Maiestam. Homerus primo & inde Virgilius & poetæ latini reliq Venerem fuisse scribunt. Sane cum certũ sit plures fuisse Vulcanos: possibile ẽ hos omnes uerum dicere: cum cuius Vulcani fuerit coniuges Maya seu Maiesta nõ dicunt. Quod autẽ Vulcani Lẽnensis Venus fuerit coniunx satis comperto teneri uidet. Hunc ĩsuper Iouis fab dicunt: & apud lyparas & Vulcanum insulas ad faciẽda fulmina

& deorum arma Cycoples obsequiosos & officinas habere testatur. Et ab eo quicquid artificiose compositum est: factum uolunt ut Achillis & Aeneæ arma monile Hermionis & corona Ariadnæ & hiusmodi. Hunc præterea dicunt ostenso illi a sole adulterio Veneris coniugis suæ & Martis ambos inuisibilibus cathenis alligasse. Vocant etiã illũ mulciberum: & filiorum plurium faciunt patrem. Volentes igitur ex dictis sensum elicere. Sciendum est primo Vulcanum hunc Iouis & Iunonis fuisse filium: & apud lemnum regnasse: & Venerem habuisse cõiugem: eamque cum armigero comperisse iacentem: ut supra dictum ẽ ubi de Marte: & hoc quantum ad hystoriam. Quantum autem ad aliũ sensum est ante alia aduertendũ apud nos duplicẽ ignem esse: primus est elementum ipsum ignis: quod nõ uidemus: & hoc persæpe poetæ Iouem uocant. Secundus autem elemẽtatus est ignis causatus a primo & hic duplex est. Primus enim est qui in aere ob uelocissimũ circularẽ motũ in nubibus accenditur: & hic dum illas exeundo frangitur coruscationes & tonitrua facit: & maximo cum impetu ĩ terras impellitur. Secundus autem is ignis est quo utimur ex lignis aliisque cõbustibilibus a nobis ex silicibus duris eductus & fomentis educatus atque seruatus: de his tribus hac in fictione fit mentio. Nam primus Iuppiter est: ex quo & rebus aereis & terreis quæ pro Iunone intelligendæ sunt: duo reliqui oriuntur. Ex his uterque claudus ẽ: nã si fractionẽ nubis inspexerimus nõ recte grandientem ignem: sed nunc in partem istam nunc in illam declinantem uidebimus: & sic claudicantem dicemus. Equo modo & nostri ignis flammas nunquam æquali sese in altum extollentes gradu uidebimus: sed more claudi nunc altius nunc depressius appetunt altiora. Ex his primus de cælo in terram (ut præmonstratum est) deicitur: nec illi parentes arrident: quia quamcito creatus est eicitur: & sic nec in mensa dignatus ẽ. In lemnum autem ideo deiectum uolunt: quia persæpe in insulam illam cadunt fulmina. Quod aũt dea nõ illũ cubili dignata sit: paulopost ubi de Eritreo dicetur causa: a simiis aũt nutritus est is qui penes nos ẽ. Est enim simia animal hoc habens a natura: ut quicquid uideat hominem facientẽ & ipsa conetur facere: & quoniam homines arte & ingenio suo ĩ multis naturam imitari conantur: & circa actus tales plurimum opportunus est ignis: fictum est simias: id est homines nutrisse Vulcanum: id est ignem fouisse. De quo ut eius opportunitas cognoscatur: sic ĩ libro ethy. scribit Isidorus: absque igne nullũ metalli genus fundi extendique potest. Nihil enĩ pœnæ quod non igne efficiatur alibi enim uitrum: alibi aurũ: alibi argentum: alibi plumbum: & alibi mineum: alibi pigmenta: & alibi medicamenta efficit: igne lapides in ære soluuntur: igne ferrum gignitur & domatur: igne aurum perficitur: igne cremato lapide cementa & parietes ligantur: ignis lapides nigros

coquendo candificat: ligna candida urendo effuscat: carbones ex pru
na fulgida nigros facit de lignis duris fragilia: de putribilibus imputri
bilia reddit: stricta soluit soluta restrigit: dura mollit mollia dura red
dit: hæc Isydorus. Volunt insuper hunc Iouis esse fabrũ & aliarũ re
rum artificiosarũ cõpositorẽ ut intelligatur quicquid artificiosum fit
ignis suffragio fieri: qui inquantum artificiosus dicitur Vulcanus ab ali
quo insigni artifice sic dicto denominatus. Officinæ autem eius cur
apd Lyparam & Vulcanum insulas esse dicantur liquido patet. Insulæ
enim ignem euomentes sunt & earũ nomen fictiõi fauet: Vulcaniæ qp
pe nũcupantur: sed non a uulcano Iouis filio dictæ sunt: quinimmo a
uulcano quodam qui in emalio natus illas tenuit. Nec solum eum fa
brum armorum aut iocalium ignem: seu uulcanum esse uoluere: sed &
hominum conuentionibus: & sermonis initio causam præstitisse uo
lunt: ut in libro de Architectura Vitruuius uidetur asserere dicens ho
mines ueteri more in siluis & speluncis & nemoribus nascebantur: ci
boq; agresti uescendo uitam agebant. Interea quodam in loco a tempe
statibus & uentis densæ crepitantibus arbores agitare: & inter se terẽ
tes ramos ignem excitauerunt: & eo flãma uehementi perterriti: qui
circa eum locũ fuerunt sunt fugati. postea requie data proprius accedẽ
tes eum animaduertissent cõmoditatem esse magnam corporibus: ad
ignis teporem ligna adiicientes: & id conseruantes alios adducebãt: &
nutu monstrantes ostendebant: quas ex eo haberẽt utilitates. In eo ho
minum gressu cum profundebantur aliter e spiritu uoces cotidiana cõ
suetudine uocabula ut obtingerent constiterant. Deinde segregãdo res
sæpius in usu ex euentu fari fortuitu cæperunt: & ita sermones ĩtra se
procreauerunt. Ergo cum propter ignis inuentionem initio apud homi
nes & consilium & conuictus esset natus: & in unum locum plures cõ
uenirent habentes a natura primum præter reliqua animalia: ut nõ p
ni sed erecti ambularent: mundiq; & astrorum magnificentiam aspice
rent in manibus & articulis quam uellent rem faciliter tractarent: cæ
perunt in eo cetu alii de frõdibus facere tecta: alii spelũcas fodere sub
montibus nonnulli hyrundinum nidos & ædificationes earum imitan
tes de luto & uirgultis facere loca quæ subirent: hæc uirtruuius. Non
aũt insignis homo iste pẽthateucum legeret circa cuius initiũ lõge aliũ
sermonis auctorem Adã omnia nominãtem legisset: & alibi Caim nõ
domos tantum sed ciuitatem etiam construere nouisset. Sed de hoc ali
as. Cur aũt uulcano Cyclopes obsequiosi dati sint supra ubi de Cyclo
pibus explicatum est. Vulcanus autem faber iste ideo dictus est (ut ait
Seruius) quasi uolicanus: quod per aerem uolet. Rabanus autem di
cit uulcanus uolans candor. Mulciber autem dicitur (ut ait Alberi
cus) quasi mulcens hymbrem eo quod cum nubes altiora petierint calore

ī pluuias resoluunt̃.Ego aũt mulciberꝫ dici puto:ideo qa molliat ære.

De Ericthonio Vulcani filio:q genuit Pocrim Orithiam & Pandionem Ca.lxxi.

e Ricthonius(quē Eritheum appellat Homerus)filius fuit Vulcani & Mineruæ:ex creatione cuius talis fert̃ fabula ab antiquis Quod cũ Vulcanus fulmina Ioui aduersus gigantes pugnãti fecisset: petiit eidem loco premii:ut liceret sibi cum Minerua concumbere:qđ ipse concessit data Mineruæ licentia ut suam uirginitatē:si posset:uiribus tueret̃.Dum ergo Mineruæ cubiculũ intrasset Vulcanus:& Mineruæ acriter se defendenti uim inferre conaret̃:actũ est:ut uoluntate nimia percitus Vulcanus in pauimentum semen effunderet:ex quo aiunt Ericthoniũ natum:eiqꝫ serpentinos dicunt fuisse pedes:ad quos contegendos ætate ꝓuectus currum primus excogitauit:ut dicit Virgilius.Primus ericthonius currus & quatuor ausus Iũgere equos &c. Huius autem fictionis intentum Augustinus in libro de ciui.dei sic detegit.Dicit enim apud Athenienses templum fuisse Vulcano & Mineruæ commune.In quo compertus est infans dracone circunuolutus:q cum eum magnum uirum futurum iudicio atheniensium portenderet: eum seruauerunt:& eo ꝙ parentes essent incogniti iis quibus dicatum erat templum:in quo cõptus erat Vulcano scilicet & Mineruæ dederunt in filium.Hic præterea(ut dicit Anselmus in libro đ imagine mũdi) in cælum inter alias cælestes imagines assumptus serpentarius dictus est.

De Pocri Ericthonii filia & coniuge Cephali Ca.lxxii.

p Ocris filia fuit Ericthonii seu Ericthei:& coniunx Cephali Ouidio teste dicente. Quattuor ille quidem iuuenes totidēqꝫ crearet Foemineæ sortis sed erat par fama duaꝝ.Ex quibus Eolides Cephalus te cõiuge foelix Pocri fuit &c.Quæ huius fuerit fortuna:quæ mors post hæc ubi de Cephalo scribit̃.

De Orithia Ericthonii filia & cõiuge Boreæ Ca.lxxiii.

o Rithia Ericthei seu Ericthonii fuit filia:ut Eusebius ī libro tēporum testat̃.Hanc trax boreas Astrei filius rapuit:& sibi matrimonio copulauit:q̃ illi zethum & calaym filios peperit.

De Pandione Ericthonii filio q genuit Prognem & Philomenam Ca.lxxiiii.

p Andion(ut Lactantio placet)filius fuit Ericthonii athenaruꝫ regis:sibiqꝫ successit in regno.Ex quo præter regni tempus quod uixit apđ Eusebium annis.xl.fuit:nil est:nisi qa duos habuerit filios: & totidem filias. Ex quibus bello fessus qđ diu aduersus tracas gesserat cum in pacem uenisset unam Prognem scilicet Thereo tracum regi dedit in coniugem.Alterius autem Philomenæ scilicet infortunium

fleuisse potuit de quibus supra latius.

De Progne & Philomena filiab' Pandionis. C.lxxv.

Rognes & Philomena (ut satis late dicit Ouidius) filiæ fuere Pandionis Athenarū regis. Harū Prognē Pādiō Tyereo regi Traciæ dedit ī cōiugē. & ipsa ex eo peperit Ithim filiū. Philomena aūt scđam Pādionis filiā dū ad Prognē Thereus deduceret stuprauit: eiq; līguā abstulit. Ex quo secutū ē ut Ithis a mr̄e occideret̃ & pr̄i daret̃ ī cibū: & īde Prognes mutaret̃ in hyrūdinē: Philomena ī auē sui noīs: There' in upupā ut de omnib' pleni' supra ubi de Thereo.

De Caco Vulcani filio. C.lxxvi.

Acus filius fuit uulcani ut dicit Virgili'. Hic spelunca fuit uasto summota recessu Semihominis Caci facies quā dira tegebat. Solis in accessū radiis semperq; receti. Cæde tepebat hum' forib' affixa superbis. Ora uirū tristi pēdebant pallida tabo. Huic monstro Vulcanus erat pater illius atros. Ore uomens ignes magna se mole ferebat. & cætera. Ex hoc fertur q̄ Herculis ex Hispania redeuntis & cū Euādro hospitātis boues noctu cauda traxit in antrū suū: quos cū diminutos mane cerneret Hercules: nec quorsū errasset posset aduertere. Videbat eī uestigia pedū ab antro ad armētra uenīeria cū reliqs recedebat: sed cū mugirēt ob relictos sotios abeūtes: rñdētes mugitu q clausi tenebant̃ cognita est Caci fraus: in quē dū uerteret̃ Hercules: ui ex antro illū eduxit: & claua īteremit: & bouef reassūpsit. Alii uero uolūt a Caca sorore caci fratris furtū Herculi reuelatū & ob id meruisse ibidē diu ara sacrisq; uenerari. Nūc ideo Vulcani filiū dictū dicit Serui' quia adiacētia omnia crebra cōbustiōe cōsumeret: quē Albericus dicebat nequissimū Euandri filiū fuisse seu seruū: quod nomē ipsū sonat nam cacos græce latine malum sonat. Sub fictione autē fabulæ uidet̃ Solino ubi de mirabilibus hystoriam esse. Dicit enim habitasse Cacū eo in loco cui salynæ nomen est: ubi postea trigemīa urbis porta facta Deinde dicit Cæliū dicere q̄ cum a Marsia rege tarconi tyrheno legatus iuisset: & ab eo megali phrygio seruandus esset traditus ab eodem cū āplioribus subsidiis unde uenerat reductus regnū circa Vulturnū & Campaniam occupauerant. Et dū tēptarēt aduersū Euandrū & Archades duce Hercule q tunc forte aderat: Cacus oppressus ē. Megalis aūt ab Sabinos secessit: quos augurādi disciplinam docuit.

De Ceculo Vulcani filio. C.lxxvii.

Eculus (si Maroni fides præstanda est) filius fuit Vulcani. Dicit enī de eo sic. Nec prænestinæ fundator defuit urbis. Vulcano

genitum pecora inter agrestia regem. Inuentumque focis omnis quem credidit aetas. Ceculus &c. Ex hoc talis fertur fabula: duo fuere fratres quibus unica fuit soror quae dum secus ignem sederet fauilla casu eius ingremium ex torrente feruido euolauit: ex qua mulierem concepisse aiunt & pepisse puerum quem Vulcani dixere filium: eumque ob lippitudinem oculorum dixere Ceculum. Qui die quadam forsan infestatus in properatione: quia non Vulcani filius esset: orauit Vulcanum ut si eius esset filius demonstraret nec mora Vulcano agente aiunt missum fulmen: a quo omnes qui non cre debant exusti atque perempti sunt: ex quo uere Vulcani filius a supsti/tibus habitus est. Ego existimo fictionis huius rationem esse talem: Cecu/lum. s. praenestem proprio nomine nuncupatum & ab aegritudine oculorum ceculum: & idem esse cum praeneste Latini regis filio: de quo supra: & ob euolatam fauillulam in gremium pregnantis matris adoptatum Vulca no eumque hostes suos igne & incendio castigasse & preneste condidisse ciuitatem: & uiribus Turnum aduersus Aeneam iuuisse.


De Tullio seruilio uulcani filio: qui genuit Tullias duas. C.lxxviii.

Vllius seruilius Vulcani fuit filius ex Cresa corniculana: ut in li/bro fastorum testatur Ouidius dicens. Namque pater Tulli uulca nus cresia mater. Persignis facie corniculana fuit. Et paulo post. Iussa foco captiua sedet conceptus ab illa. Seruius a caelo semina gentis habet. Hunc praeterea dicit Ouidius a fortuna dilectum: eamque solitam ad eum ire per fenestram palatii & secum esse: ubi postea facta est porta: quae a fenestra illa fenestrale nomen accepit. Huius fabulae intentum ex hysto ria per Titum liuium stilo egregio narrata sumetur: quam ut paucis com plectar uerbis dico. Quod capto corniculano a Tarquino prisco roma norum rege: inter alias captiuas iuuencula quaedam ex eo quod nobilis ui deretur a Tarquinio in domum regiam deducta est. quae pregnans peperit Tulium seruilium. Quo adhuc infantulo & in cunis dormiente descen dit ab alto igniculus & capiti suo insedit nullam inferens lesionem: quem cum uidisset Tanaquil regina auguriorum perita suasit uiro suo puerum cum diligentia seruandum: magnum enim futurum familiae suae comodum hic seruatus cum strenuus euasisset Tarquini filiam sumpsit in coniugem: & uulnerato Tarquino a filiis Ancimarci & a regina ex uulnere mortuo clam seruato: ea iubente paruulus adhuc existentibus filiis Tarquinii ser uius illi occupauit regiam. Qua occupata & morte patefacta Tarquinii: Seruius illi suffectus est rex: cui cum duae essent ex coniuge filiae illas fili liis Tarquinii prisci dedit uxores. Ipse autem cum multa bona fecisset Roma nis a Tarquinio superbo genero suo filiae impulsu occisus est: cum re gnasset annis quadragintaquatuor. Illa igitur flammula de qua supra: locum dedit fabulae ut filius fingeretur Vulcani: quod ostendit Ouidius

Signa dedit genitor tunc cū caput igne corusco Contigit: hicq; omis flāmeus egit apex 2c. Qud aūt a fortuna dilect⁹ fuerit mōstrauere suc cessus. Hūc Plyni⁹ in libro uirorū illustriū filiū dicit fuisse publii cor/niculani & ocreatiæ captiuæ:

De duabus Tulliis filiabus Tullii Seruilii. C.lxxix.

Vlliæ duæ (Titi liuii auctore) filiæ fuere Tullii seruilii & cōiuges arruncis & lucii prisci tarquinii filiorū. Maior quippe Tullia seue ri atq; īpatientis aī: & ad quæcunq; facinora ꝓcliui arrunci mitissimo iuueni cōtigit. Iunior uero quæ piissima mulier erat Lucio acris & am biciosi cordis iuueni data ē. Ardebat Tullia maior desyderio regni se gneq; uirū cōtumeliis infestabat: & suā dānabat fortunā ꝙ nō Lucio data esset. Tandē actū est: ut moreret̄ Arruncus & iunior Tullia. Quā obrem euestigio maior cōuenit cū Lucio & patiēte potius ꝙ approbā te Seruio matrimonio iuncti sūt: cæpitq; illico īproba mulier uiri aīuz irritare uerbis & ad regnū stimulis īpellere. Ex quo factū ē ut die qua dā curiā ītraret Lucius & ꝓ rege sederet: & ueniente Tulliū pelli face ret: & inde sequi atq; trucidari. Quod cū audiuisset Tullia cōscēso ue hiculo lætabūda ad salutandū uirū regē cucurrit. rediens aūt domum cū seruii cadauer media in uia ꝓstratum uideret auriga atq; substaret: ne illud transiens uehiculo præmeret obiurgatus a Tullia: eo præsso transiuit. Hæc peperit Lucio filios inter quos sextum tarquinū ob cu ius illatū in Lucretiā collatini coniugē per uiolētiā stuprū Lucius filii q; secū in exiliū acti sunt: & ipsa cū eis. Quæ apud gabios trucidatū sextū audisse potuit: & uidisse uirū apud cumas Cāpaniæ tabida ī sene ctute marcentē. Quis aūt mulieri finis fuerit non legi.



Genealogiæ deorum gentiliu; liber xiii.

Prohemium.

Vrgitis uasti at nimium æstuosi portio longe maior cur/
suq; difficilior uero p̄stāte deo post puppī relicta cū iam
cani montiū uertices oppositi littoris se tenui quadā ostē
tatione in remotis ostēderent: cæperat uideri mihi mare
placidum: & nullis fere impeditum obicibus: & undas solito laxiores
præstare: & spe atq; auiditate contingendi littoris: ī quo quies promit
tebat futura: & ob superatos labores uectrici meæ Laurea ultro remis
ferebam & uelo. Sed & ecce dum a Tyberis hostio dum lenis aura me
detulisset in euboicū salum: stetissentq; corā Cadmeiæ thebæ: & quas
p̄terieram non aduertens coliæ insulæ in mentē uenissent: sensi mecū
quid superesset agendū: eum scilicet describendum monstruosarum re
rum domitorem egregium cæteros mortales uiribus excedente;. Nec
non & furentis populi regem cuius persæpe opere fere naufrag⁹ factus
sum: & eorum inde numerosas satis prosteritates annectere. Ex quo te
puit paululum feruor ille qui me auidum deferebat in littus: & substi/
ti & dū mecū uoluerem facile non esse eos labores describere: quibus
præter Herculem nemo suffecisset mortalium: eūq; regem cuius famu
li orbem uidebantur posse concutere existimaui quiescendū fore: & ali
quali otio languidas iam uires in neruum reuocare. Nec inter egregios
alcidis sudores deficerem. At ubi minime uellē debilis deferrer ab æo
lo & sic nūdū Iouis tertii enumerata ītegre ꝓle. Ite; rex īclyte steti tā
q; in certū deuenissē terminū: a quo iā factus robustior surgens in re/
siduū itineris nauiculæ uela cōcedo. Orās more solito ut iis faueat me
q; laboris deducat in finē: cui facilimū fuit ex nihilo cūcta cōponere

De Hercule. xxxviii. Iouis filio q genuit. xvii. filios quorum hæc sūt
nomina Oxias: Creonthiades: Tyriomacus: Dyicohontes: Ithoneus
Cromis: Agilis: Ilus: Sardus: Cyrnus: Dyodorus: Tlipolemus: Tes/
salus: Auentinus: Telephus: Lydus & lamirus.

Ercules (ut scribit in amphitrione Plautus) filius fuit Iouis &
Alcmenæ: quæ (ut quidam uolunt) hac lege nupsit amphitriōi
ut mortem fratris sui a thelebois occisi ulcisceretur. In qua ex
peditione ut ubi supra ait Plautus cum uersaret amphitrion Iuppiter
in Alcmenam ardens amphitrionis militantis forma sumpta ante lucē
quasi ab expeditione rediens accessit ad eam: quæ cum eū uirum suum
crederet cum eo concubuit: ex quo concubitu esto ex amphitriōe præ
gnās eēt cōcæpit: ad quam conceptionem uolunt noctem unā suffecis
se quinimmo aiunt tribus in unam iunctis lasciuiendi spatium adulte /
ro Ioui concessum quod a Lucano scribitur. Thebas alcumenæ qua dū

frueretur olympi. Rector luciferū ter iusserat hesperon esse &c. Et sic ĩ tempore geminos peperit ex Amphitrione uiro Iphycleum: ex Ioue aūt Herculem. Præterea & aliaꝫ fabulā ad hui⁹ natiuitatē spectātē re citat homerus: quā quia supra ubi de Euristeo filio Stenebi scripsim⁹ hic reiterare supfluum esset: hunc ueteres maximis extollunt laudibus & eum quantum ad corporis staturam maximum ferunt adeo ut nolĩt eius altitudinem superasse quemq; & ea septem fuisse peduꝫ: quod So linus probare uidetur ubi dicit: licet ergo pleriq; diffiniant nullum pos se excedere longitudinem pedum septem: quod intra hunc modū her cules fuit & cætera. Et cum Iunonis nouercæ inimicitias eum passum uelint: & Euristeo regi famulatuꝫ præstitisset robore corporeo & inge nio cæteros anteisse confirmant. Cuius labores præcipuos fere omnes duodecim tantum fuisse confirmant cum .xxxi. esto nō omnes æquos fuisse comperiam. Primo quidem dum adhuc esset infantulus & in cun nis cum fratre iaceret: a Iunone odiis insecutus dormientibus parenti bus ad eum deuorandum serpentes duo missi sunt: Quibus uisis terre factus Iphycleus ex cunnis decidit: & eiulatu suo parentes excitauit q surgentes Herculem inuenere cæpisse manibus serpētes & eos occidis se: de quibus in tragœdia Herculis furentis sic ait Seneca poeta. Infan tis ætas monstra superauit prius. Quā nosce posset gemina cristatū ca put Angues ferebant ora: quos contra obuius Reptauit infans igne/ os serpentuꝫ oculos. Remisso pectore ac placido intuens Arctos sere nis uultibus nodos tulit. Et tumida tenera guttura elidens manu &c. Secundo apud lernam paludem cū hydra ĩmani mōstro certamen ha buit: cui cū essent capita. vii. & uno exciso septem illi renascerentur il lico: exquisita uitaliū origine uitaꝫ cōsumpsit. de qua sic Seneca tragœ dus ubi supra. Quid sæua lernæ monstra numerosū malū: Nō igne de muꝫ uicit & docuit mori &c. Tertio cum nemeus leo esset toti regio ni terribilis susceptus a Molorco pastore: qui loco proximus erat ubi leo aduersus eum animosus accessit: & captum atq; enectum excoria/ uit: & ob uirtutis insigne loco palii corio eius postea usus est: Vnde Ouidius. Iis elisa iacet moles nemea lacertis. Quarto aduersus Theu mesium leonem nulla ex parte minus horribileꝫ nemeo: audaci proces sit pectore prostratumq; iugulauit: cuius facti in thebaide meminit sta tius dicens. Illius speciem queꝫ per theumesia tēpe. Amphitrioniades fractum iuuenilibus armis. Ante cleonei uestitur proelia monstri &c.

Quinto autem aprum menalium cuncta uastantem coepit: ex quo Seneca ubi supra. Solitumq; densis hispidum erimanti iugis Archa/ dia quater nemea menalium suem & cætera. & ut dicit Lactātius. hūc aprum uiuum detulit Eurysteo. Sexto Ceruam æneos habentem pedes: & aurea cornua menali nemoris hospitam: quaꝫ nemo poterat

cursu contingere ipse cursu superauit atq; cæpit: de qua sic seneca ubi supra. Menali pernix fera. Multo decoro præferēs auro caput. Deprē/sa cursu est. Septimo arcu Stymphalides occidit aues arpiyas scilicet d quib' sic idem Seneca. Solitasq; pennis condere obductis diem petiit ab ipsis nubib' Stymphalidas & cætera. Octauo tauru; quem uictor theseus a creta detulerat ob insolentiam acticam regionem uastabat deprehendit: de quo tauro supra ubi de pasyphe: cuius mentione; ubi supra Seneca faciens dicit: Taurumq; centum non leuē populis metū & cætera. Nono Acheloum superauit. cuius facti fabula ubi supra de Acheloo: de quo Ouidius. Vos ne manus ualidi præsistis cornua tauri & cætera. Decimo Diomedem regem Traciæ cui mos erat hospites suos occidere & iumentis suis in cibum apponere ipse superauit & occidit: & eisdem iumentis manducandum apposuit: unde idē Seneca Quid stabula memorem diri Bystonii regis & cætera. Vndecimo cu; Busiris rex Neptūni & Lybiæ filius: oras omnes nilo adiacentes prædator ingens infestaret: & forēses hospites suis mactaret diis: accedēs Hercules eo superato illam regionem pecatam reddidit: unde Ouidius Ergo ego fœdantem peregrino templa cruore. Busirim domui & cætera. Duodecimo Lybiam petiit & Antheū terre filiū lucta superauit apud Summictum Africæ ciuitatem: ut dicit Lactantius. de quo Oui/dius idē dicit. Sæuoq; alimenta parentis Antheo eripui & cætera hu/ius fabulam scripsisse memini ubi de Antheo ipso. Tertiodecio colū nas in occidente posuit: de quibus Pomponius mela in cosmographia ait. Deinde est mons peraltus quem ex aduerso Hyspania attollit obiectus. Hunc abilam illum calpem uocant columnas herculis utrūq; ad/dit fama nominis fabulam Herculem ipsum multos olim perpetuo iu/go diremisse colles: atq; ita exclusum Anthea mole montium oceanu; ad quæ nunc inundat admissum & cætera. Nec hoc etiam Seneca tacuit ubi supra dicens. Vtrinq; montes soluit obrupto obice. Etiam ruen/ti fecit Oceano uiam & cætera. Quartodecimo aurea mala sustulit puellis hesperiis dracone peruigili interempto: ex quo sic ait Seneca. Post hæc ad ortus nemoris opulenti domos. Aurifera uigilis spolia serpentis tuli & cætera. Quintodecimo aduersus Geryonem trianimē bellum habuit: eoq; superato atq; interempto Hyspanum atq; egregium pecus in Græciam usq; maxima cum pompa deduxit: unde Sene/ca. Inter remotos gentis hesperiæ greges. Pastor triformis littoris car/thesii peremptus acta est præda ab occasu ultimo. Nothum cytheron pauit oceano pecus & cætera. Sextodecimo Baltheū reginæ amazonū Eurysteo regi reportauit: ea superata de qua ide; Seneca. Nō uicit illum celibis semper tori Regina gentis uidua thermodotiæ & cætera.

Septimodecimo Cacum auentini furem etiam interemit. unde Boe/

tius ubi de consolatione. Cacus Euandri satiauit iras. Decimooctauo centauros insolentes uolentesq; Hyppodamiaꝫ nuptiarum die surripe Perithoo Hercules acri bello superauit. Ex quo Ouidi⁹. Nec mihi cē tauri potuere resistere &c. Nonodecimo Nessum centauruꝫ sibi sub specie obsequii Deianiram coniugem surripere conantem occidit: ut patet latius supra ubi de Nesso. Vigesimo Albionē & Begionē iter ī pedientes suum haud longe ab hostio rhodani a Ioue lapideo adiutus hymbre superauit: ut in comosgraphia testatur Pomponius. Vige simoprimo Hesyonam Laomedontis filiam liberauit a monstro mari no: ut supra patet ubi de Laomedonte. Vigesimosecundo Troiam deleuit: ut ubi de Laomedonte plenius. Vigesimotertio Lacinium la tronem extremam Italiæ oram latrociniis infestantē occidit. Iunoniq; templū constituit: quod Iunonis lacyniæ appellauit. Vigesimoquarto (ut Homerus testatur in Iliadæ) Iunonem in papilla telo trisulco uulne rauit. Qd fecisse dicit Leontius eo ꝙ ab Euristeo rege audisset eaꝫ si bi laborum omnium causam fore. Vigesimoquinto cælum humeris tollerauit: cuius causam fuisse dicit Anselmus ubi de imagine mundi: ꝙ cum gygantes deos impugnarent dii quoq; omnes in unam cæli par tem conuenissent tantum ponderis ingesserunt ut cælum uideretur mi nari ruinam: quod ne caderet Hercules una cum Athlante supposuit humeros. Vulgatior tamen fabula est: fesso Athlanti atq; optanti hu/ merum mutare. Herculem interim humerum supposuisse suuꝫ. Vnde Ouidius eum qneritantem describens dicit. Hac cælū ceruice tuli &c. Vigesimosexto Hercules descendit ad inferos: & ibi ut in Iliade dicit Homerus ditem uulnerauit. Vigesimoseptimo Theseum pauitanteꝫ Perithoo mortuo liberauit ab inferis & eduxit ad superos. Vigesi/ mooctauo Alcestaꝫ admeti regis thessaliæ conjugeꝫ retraxit. ad uirum dicunt enim ꝙ cum infirmaretur Admetus: implorassetq; Apollinis auxilium sibi ab Apolline dictum mortem euadere non posse: nisi illā aliquis ex affinibus atq; necessariis subiret. Quod cuꝫ audisset Alcesta coniunx non dubitauit suam pro salute uiri concedere: & sic ea mor/ tua Admetus liberatus est: qui plurimum uxori compatiens Herculeꝫ orauit ut ad inferos uadens illius animam reuocaret ad superos: quod & factum est. Vigesimonono cerberum tricipitem introitum illi ne gantem barba cæpit atq; deiecit: eūq; triplici cathena ligauit & in lucē traxit: ut patet supra ubi de eo scriptum est. Trigesimo ab inferis redi ens Lycum thebarum regem eo ꝙ Megeræ coniugi uim uoluisset in ferre interemit: ut in tragœdia Herculis furentis dicit Seneca sic & ī furiam uersus filios occidit & coniugem. Olympiaca insuper certamīa ipse constituit in honorem Pelopis. Postremo ut in finem eius aliqnā do ueniamus. Trigesimoprimo laborē superasse non potuit. nā cū

cætera superasset monstra amore muliebri succubuit. Dicit eĩ Seruius ꝙ cum Euritus rex Aetholiæ ei spopondisset in cõiugem Iolem filiam dissuasione filii eo ꝙ Megeram occidisset petenti denegauit ꝙobrem capta ciuitate & Eurito occiso Iolẽ obtinuit. Huius enĩ amore ardẽs ea iubente leonis spolium & clauam deposuit: sertis & unguẽtis & purpura anulisq; usus est: & quod turpius iter pedisse quas amatæ iuuenis sedens pẽso suscepto uenit. Vnde in thebaide dicit Statius. Sic Lydia coniunx. Amphitrioniadem exutũ horrentia terga. Pẽdere sydonios humeris ridebat amictus: Et turbare colos & tympana rũpere dextra & cætera. Verum tamen Ouidius in maiori uolumine: & hic Statius: non Iolem Etholam sed omphalem lydiam fuisse quæ illum colo nere iusserit. Sane possibile est utrunq; uerum: cum multi fuerint Hercules & sic uariis apud uarias mulieres uarie potuit contigisse. Dum autem tam illecebri teneretur amore: memor deianira muneris sibi a Nesso centauro olim concessi. Verum credens quod ille firmauerat moriens Herculem in sui concupiscentiam reuocare uolens: misit illi clam centauri uestem: quam cum non aduertens induisset: & circa uenationem laboraret: sudore resolutus sanguis uenenatus per poros ampliatos calore in præcordia lapsus est: eumq; in dolorem adeo intolerabilẽ accẽdit ut mori deliberaret: & constructo ĩ oeta mõte rogo sagittis & pharatra concessis Philocteti Phyantis filio in eum conscendit: incendiq; iussit: & sic fessam animã exalauit. Hunc Seneca in tragoedia Herculis oetei in coelum a Ioue susceptum dicit: eiq; Iunoni nouercæ conciliato desponsatam Hebem iuuentutis deam & Iunonis filiam asserit. Homerus uero in Odyssea dicit eum ab Vlyxe apud inferos conuentum: & multa loquutum. dicit tamen non eum quem uidebat Vlyxes Herculẽ uerum esse sed eius Idolum. Hic insuper quantum uiuens mortales fortitudine sua fecit attonitos: tantum uel amplius mortuus decepit in sanos. Nam tanta ueneratione sui mentes inuasit: ut pro excellentissimo numine haberetur. Nec sola hoc errore Græcia decepta ẽ: sꝫ Romæ & orbi toto uenerabilis factus templis statius & sacris illi constitutis sanctissimæ immo stultissime diuino cultu honoratus est. Sed iaꝫ quid sibi fictiones uelint aduertendum est: & ante alia quid sonet Herculis nomen. dicebat autem Leontius Herculem dici ab hera quod est terra & cleos quod est gloria: & sic Hercules idem ꝙ gloriosus in terra: uel Heracles ab heros & cleos & sic gloriosus heros. Paulus autẽ dicebat Herculem dici ab erix quod est lis & cleos gloria & sic gloriosus litiuꝫ Rabanus autem in libro de origine rerum dicit ꝙ cum crederet Herculem deum uirtutis: eum dici quasi herũcleos quod latĩe uiroꝝ fortiũ famam dicimus. Et scribit ideꝫ Rabanus a sexto Pompeo scribit Herculem fuisse agricolam. Hunc tamen Græci Hiraclim uocant: propter

Hercules idem quod gloriosus in terra

quod nos Heracles nõ Hercules dicere deberemus. Sed cũ sic dicat antiquata cõsuetudine a latinis uidetur uitiũ excusari. Hoc tm̃ nomẽ Hercules unius tantũ hoīs proprium fuisse reor. eius. s. qui Thebis ex Alcmena natus est cum multorum appelatiuum fuisse credatur. Nam Varro cũ xliiii. homines hercules cognominatos cõnumerasset: dicit oẽs qui fecerunt fortiter Hercules uocabantur. Hinc igitur ẽ quod legimus Herculem thirinthiũ argiuũ: thebanum: lybin: & huiusmodi. Ex quo sumetur nõ oẽs præscriptos labores unius hominis fuisse tantum: sed plurium quos quoniam abusio nominum miscuit: cui appropriari debeant de omnibus non habetur. Nec etiã quæ prius seu quæ postea facta fuerint: & hinc uni tantũ & mixtim dantur Herculi. Nec ex tot impossibile secundum Pompeium unum fuisse agricolam. Non enim solis nobilibus liberalis natura est: quãq̃ nobilium corpora fortuna faciat clariora. fuisse autem primo Iphicleum genitũ: & inde alio coitu Herculem morum & operum diuersitas adinuenit. nam cum remissus homo esset Iphicleus Amphitrioni datus est: & ideo primo genitus dictus. quia uidetur astrologis constellatõ illa quæ tunc erat dum arbitrati sunt eũ gigni potuisse conueniẽs moribus suis & subsequẽs Herculi & hinc secundo genitus: & quia esset iniuriarũ ultor & religionum atq; legum introductor: Ioui datus est filius. Ego aũt credo filiũ fuisse Amphitrionis: & eodẽ concubitu cum Iphicleo genitũ esto mathematicorum perspicacitas nequeat rationem aliã cernere: cur gemini fuerint moribus dispares præter constellationum diuersitates. Sic Esau & Iacob: sic & alii plures etiam æuo nostro fuere gemini non diuersis temporib⁹: sẽ uno & eodẽ coitu cõcepti: ut arbitrat̃ Augustin⁹ ubi de ci. dei: & ipsam diuersorum operũ rationem nondum satis nota est nisi deo: dato multa possint dici quæ forsitan uiderentur conueniẽtia ueritati. Triplicem autem noctem conceptioni huius attributã puto ab operibus humanis sumptum: non enim adeo in breui tampore ædificia magna perficimus: sicuti pauperum domunculas faceremus: & ideo quasi sic natura circa productionem magnorum uirorum & plurimum ponat temporis & laboris: ubi in productione aliorum hominũ nox una sufficisse uidetur: Herculi qui cæteros debebat excedere tres datæ sunt. Eum autem Iunonem habuisse aduersam ideo fictum credo: quia Eurysteus rex qui illi dominabatur quem pro Iunone regnorũ dea possumus hic assumere eũ forsan ob eius inclytã uirtutẽ suspectũ habens ne aliquid noui moliret̃ in regno cõtinuis in expeditioĩbus sẽper amotũ tenuit: & sic illi potestas regia aduersata est: labores Herculi asscriptos iam plurium fuisse diximus: & sic fictiones quarũdã supra enucleatæ sunt: ubi his cõtingere qui ex numero taliũ crediti sũt Et nõnulli etiam simplicem hystoriã referũt: & ob id ex multis pauci

superſunt poetico uelamine tecti: ad quod auferendum uenientes dicit Theodontius in quibuſdam græcorũ codicibus legiſſe Herculē āphitrionis fuiſſe filium & non Iouis. & noctu ad cunas eius atq; fratris ge/minos acceſſiſſe ſerpentes ut exiſtimatum eſt domeſticos & lactis odore tractos: cuius auidi ſunt: inuentumq; aparentibus Herculē uigilantem et ĩpauidũ illos ut poterat manibus amouentē quod permaximũ fuit exiſtimatum: & tanta ex hoc infantis indoles aſſũpta eſt: ut non ſolũ crederetur eum futurum mirabilem hominem: ſed etiã illũ dei fili/um arbiri ĩſipidi cæperit: ex quo ſibi locũ fecit fabula eũ. ſ. ex Ioue cõceptũ: quē ex uiro mulier honeſta conceperat. Secũda Hercul' gl'ia eſt hydrã ſepticipitē occidiſſe: cui' figmenti rationē talē recitat Alberic' dicit eĩ hydram locum fuiſſe aquam e diuerſis locis euomentem: a qua ciuitas & circũuicinia loca omnia uaſtabantur: cuius uno clauſo meatu erũpebant multi. q cũ uideret Hercules loca multa in circuitu exuſſit & ſic aquæ clauſit meatus. Ego autem arbitror aliquem ſtrenuũ fuiſſe uirum: qui auerterit aquas ex diuerſis ſcaturiginib' loca paluſtria atq; fœtida facientes: hoc pacto ut exquiſito earũ principio: illud ĩ partē aliã uerſũ paludē lærneam ſiccã liquerit: quam uocauere hydrã: quia more hydræ circũflecteretur & ſerperet ac etiam hydros græce aqua eſt: & quia locus ubi ante palus ſiccus relictus eſt: ideo hydrã finxere exuſtã. Euſebius aũt in libro tempoꝝ de hac hydra aliter ſentire platonē dicit: quē ait aſſerere hydrã callidiſſimũ fuiſſe ſophiſtam. Nã ſophiſtaꝝ mos ē: niſi quis auertat adeo propoſitiones ſuas tradere: ut uno ſoluto dubio multa conſurgant. Sed aſtutus philoſoph' dimiſſis acceſſoriis ad internitionẽ prĩcipalis conatur: quo remoto cætera remouẽtur: cũ Acheloũ ſupaſſe ſupra ubi ď Acheloo ſcriptũ ē: & declaratio fictiõis appoſita: Similiter & anthei fabula: ubi de Antheo: & ď maliſ heſperidũ ubi de eiſdē. Circa Geryonis figmentũ dicit Serui': Geryonē regē fuiſſe hyſpaniæ tricipitē ſeu trimembrẽ. ſic ideo exiſtimatũ quia tribus inſulis præfuerit hiſpaniæ adiacentibus balearib'. ſ. maiori & minori & ebuſo. bicipitē etiam canem habuiſſe dicit uolens ob hoc ĩtelligi: quia & terreſtri & nauali certamine plurimum potuerit: ad quē ait Herculem olla ferrea delatum eũq; ſuperaſſe: p ferreã ollã intelli/gens fortem nauem & ære munitam: qua uectus Hercules acceſſit ad eum. Alii autem eum dixere trianimem q Rabanus intelligit eum duos habuiſſe fratres adeo ſecum concordes: ut in unoquoq; eoꝝ ſua & reliquoꝝ aĩæ ineſſe uiderẽt. Iuſtin' aũt de eo ſic ait in alia parte pyſbaniæ que & inſulis cõſtat: regnum penes Geryonem fuit. In hac tanta habuli lætitia eſt: ut niſi abſtinentia interpellata ſagina fuerit: pecora corrũpant': Inde dicta armenta Geryonis: quæ illis tēporib' ſole opeſ habebãtur: tantæ famæ fuere: ut Herculē ex aſia prædæ magnitudie

allexerit porro geryonem ipsum non triplicis naturæ ut fabulis fuisse ferunt: sed tres tantæ concordiæ extitisse: ut uno animo oēs regi uide rentur: nec bellū Herculi sua sponte intulisse: sed cum armenta sua ra pi uidisset amissa bello repetisse: hæc Iustinus de Caco auentini fure supra ubi de eodē dictum ē. de leonibus duobus & menalio apro. quo niam hystoriographa credimus nil dicendū superest. & de stymphalidis auibus ubi de arpiis habet. sic & de tauro ubi de Minoe rege et de dio mede & Busyride & colūnis hystoriæ sunt. nec minus de Baltheo regi næ amazonidū & de superatis centauris etiā ubi de eis dictū ē: & de nesso centauro: & superatis Albione: & Bergione: & de Hesiona de q bus omnibus supra de eis singularis ē sermo. delesse eū Troiam notis sima hystoria ē. Nec occidisse laciniū sonat aliud q̄ latronis interitū. Cælū tolerasse humeris īproprie dictum ē: ab Athlante quidē ea tēpe state insigni astrologo doctus: eo seu uolēte quiescere: seu moriēte ip se locum eius tenuit: & laborē in docēdo supercælestiū corporū cur/ sus subintrauit: uulnerasse trisulco telo Iunonē sapiētis describit op⁹ nam diuitias & sublimes potestates prudens despicit & uilipēdit tripli ci ratione. Sunt enim temporalia in regendo anxia: in seruando suspi/ ciōib⁹ & curis plena: & statu dubia: & caduca. & sic trisulco telo uulne ratur ab Hercule Iuno. Ad inferos autem descendisse: & ditē etiā uul nerasse: illud idem sonat quod de Iunone dictum: cum diuitiarum de⁹ sit Dites qui totiens uulneratur: quotiens despiciuntur diuitiæ: ut non nullos fecisse philosophos legimus: eo q illas studiorum arbitrantur hostes. Theseum uero liberasse hystoria potius est q̄ fictio. De Alce/ sta & Admetum ab inferis reuocata: dicit Fulgentius: q cū Alcestæ pater uolenti eam in coniugē hanc legem apposuisset: ut duas dispares bestias apponeret currui admetus apollinis & herculis munere leonē iunxit: & aprum: & sic accepit Alcestam. Dicit ergo Admetū & in mo dum mentis positum: & eum Admetum dictum quasi quem adire po/ terit metus. hic Alcestam in cōiugē desiderat. Alce aūt lingua attica p̄ sumptio dicitur. ergo mens presūptiouem sperans sibi coniugi duas fe ras suo currui iungit. i. suæ uitæ duas uirtutes adsciscit animi & corpo ris: leonem ut uirtutem animi: & aprum ut uirtutem corporis. deniq; & Apollinem & Herculē sibi propiciat. i. uirtutem & uirtutem. Ergo præsumptio semetipsam ad mortem pro anima abicit. ut Alcesta quā præsumptionem quāuis in periculo mortis deficiente uirtus ab inferis reuocat: ut Hercules fecit: Ego autem aliter sentio. admetus anima ra tionalis ē cui tūc alcesta. i. uirtus. nam alce græce uirtus ē latine: quæ iungit dū a leone & apro. i. ab appetitu irascibili & cōcupiscibili. curr⁹ eius. i. uita q̄ circuitionibus consumat. trahitur. i. agitatur. uirtus enim non ob aliud iungitur: nisi ut ab ea passiones frenentur: et sic p salute

animæ aduersus passiones uirtus seipsam opponit: quæ si aliqñ fragili tate nostra succumbit a reuocata fortitudine releuatur. De cerbero ad superos tracto: supra ubi de Perithoo satis dictum est. Licum regẽ ab eo occisum cum reliquis ad hystoriam tendunt. Herculem autem mor tuum constat: ut scribit Eusebius anno rgni atrei & thiestis. lxiii. eo ꝙ in morbum pestilentem incidisset: & ob remedium dolorum se iecisset in flammas: & hic thebanus fuit Hercules amphytrionis filius. morte autem functus est: anno ætatis suæ. lii: anno uero mundi. iiii. mil. cccc. eũ ĩ cælũ transportatũ dicũt: eo ꝙ inter alias cælestes imagines descri ptus sit ab astrologis: qr & ipse fuit astrologus. iuuẽtutẽ aũt sumpsisse in coniugem ideo fictum est: quantũcunq; parat corpus uiri egregii fama nomenq; eius perpetuæ iungitur iuuentuti. Iunoni autem concili atus ideo dicitur: quia qui hominem exuit: nec a concupiscentia regno rum nec ab imperante aliquo mortali amplius uexari potest.

De Oxea creõthiade Tyriomacho & Diicohõte filiis Herculis. C. ii

Xeas creonthiades Tyriomachus & Diicohõtes filii fuerũt Her cul' ex Megera filia Creõtis: thebãi ex qb' tres creõthiadẽ Ty/ riomachũ & Diicohonta: Homerus ĩ Odyssea filios Herculis ex Me gera fuisse dicit: & occisos ab eo in reditum ab inferis post occisum ly cum. Seneca autem poeta in tragœdia Herculis furentis duos nominat Oxeam: & creonthiadem: & eos ab Hercule redeunte interemptos di cit: & ideo. iiii. posui de quibus nil aliud comperisse memini.

De Hythoneo Herculis filio. C. iii.

Ythone' (ut placet Lactãtio) fili' fuit Herculis ex Paphia ex quo Stati': q illũ ĩ bello thebano fauisse dicit ethyocli: sic ait. Ducit Hythoneos & alcomena mineruæ Agmina & cætera. Et alibi. Hytho neos & ipse supra Aonia diuertis Hythone. Hythone autem ciuitas ẽ bœtiæ in qua hic regnauit. Alibi autem dicit Lactantius ꝙ Statius hic Hythone mineruaꝫ cognominat ab oppido quod in macedonia est ubi antiqua eius sedes est.

De Cromi Herculis filio. C. iiii.

Romis Herculis fuit filius (ut Lactãtius testat) dicens. Constat cromin Herculis fuisse filiũ: & equos habuisse thraces quos Her cules occiso Diomede abduxerat humanis carnibus uesci cõsuetos. ue rũ Statius huius rei assertor antiquior dicit. It Cronis hyppodamusq; altersatus Hercule magno. s. Cromis & Paulo infra. Mox Cromis hyp podamũ mete interioris ad orbẽ uiribus herculeis & toto robore pr̃is &c. Hic cũ Adrasto rege accessit in bellum thebanum.

De Agile Herculis filio. C. v.

Gilis (ut placere uidetur Lactantio) filius fuit Herculis: cũ dicat tyrinthiam pubem intelligi deberi eos: qui cum agile Herculis

filio in bello fuere thebano.

De Hylo Herculis filio. C.vi.

Ylus Herculis & Deyaniræ fuit filius: ut testari uidetur Seneca poeta in tragœdia Herculis Oethei eidē loquēte Deyanira si uera pietas Hylæ querenda ē tibi. Iam perime matrem: & paulo post. Herculē eripui tibi. & post hæc infra. Natus Alcide times &c. hic cū reliquis q ex Alcide mortuo superstites fuere pulsi ab Euristeo rege athenas cō fugit: & ibidem una cū eis tēplum misericordiæ seu clementiæ cōstruxit: in testimoniū auxilii sibi impensi ab atheniensibus: & refugium in posterū deiectorum.

De Sardo Herculis filio. .C.vii.

Ardus Herculis fuit filius (ut dicunt Raban⁹ & Anselmus (quē uolūt cū multitudine a lybia discessisse: & insulā sardiniæ occupasse: & quæ Icus uocabatur a græcis de suo noīe sardiniā nūcupasse. Solinus uero ubi de mirabilibus dicit eam a Thimeo sandaliothē dictam: & a Chrisippo muniuiā: & ꝙ Sardus Hercule procreatus nomīe mutato eam uocauit Sardiniam.

De Cyrno Herculis filio. Capi.viii.

Yrnus Herculis fuit filius (ut placet Rabano (qui asserit ab eo insulam quam hodie Corsicam dicimus habitatam primo: & Cyrnum a suo nomine nuncupatam.

De Diodoro Herculis filio: qui genuit Sophonem. Capi.ix.

Iodorus (ut in libro antiquitatum iudeorum scribit Iosephus) Herculis fuit filius asserens Apheram & Iamphratem filios Abrahæ ex Cethura ab Hercule in aphricam subsidium suscepisse: eiq; Echeā filiam Iasiam dedisse in coniugem: & ipsum ex ea suscepisse Diodorum cuius Sophon fuit filius & sic apparet hunc antiquissimum fuisse Herculem: qui Diodorum genuit.

De Sophone Diodori filio. Capitulū.x.

Ophon (ut asserit Iosephus in libro antiquitatis iudaicæ) filius fuit Diodori & regnauit in aphrica: atq; ut idem scribit Iosephus: barbari lybicæ regionis ab isto Sophone: Sophaci nominati sunt.

De Tlypolemo Herculis filio. Ca.xi.

Lypolemus: ut in Iliade placet Homero: filius fuit Herculis ex Astiochia quā rapuit ex ephyri ciuitate laconiæ: qui grandis factus: ut idē dicit homer⁹ occidit auunculū suum senem nomine Lycēmonem a Marte progeniem ducentem: & fabricatis nauibus cum multitudine gentium fratres fugiens: & affines intrauit mare: et Rhodon abiit: ibiq; īperauit rhodiis. inde euntibus græcis in troianam expeditionem et ipse ēt uenit ut satis patet per Homerū in libro desup dicto.

De Thessalo herculis filio: q genuit Phidippū et Antiphū. C.xii.

Hessalus(ut ĩ Iliade dicit Homerus)filius fuit Herculis: genuitq́ filios duos cum quibus in troianam expeditionem cum græcis cæteris fuit in armis.

De Phidippo & Anthypho Thessali filiis. C.xiii

Hidippus & Anthyphus Thessali fuere filii: de quibus in Iliade sicut ait Homerus hos autem Phidippusq́ Anthyphus duxerũt Thessali filii duo Herculei regis.dicit Leontius q̃ Herculei in aarmĩe Homeri appositum patronymicum est Thessali.& ideo Thessalũ Herculis dicit fuisse filium.hic quidem Phidippus & Anthyphus patrẽ secuti cum græcis apud troiam fuere.

De Atentino Herculis filio. C.xiiii.

Ventinus filius fuit Herculis & Rheæ(ut ostendit Virglius) ibi Victorq́ ostentat equos satus Hercule pulchro.Pulcher euentinus &c.hic turno fauit aduersus Aeneam: & hunc dicit Theodontius esse quem latinum uolunt ex Fauni filia susceptum.

De Thelepho Herculis filio q genuit Eurypilũ & Cyparissũ.C.xv.

Helephus(ut dicit Lactantius)filius fuit Herculis ex auge ꝓcreatus: & ab ea cum fuisset in siluis expositus a cerua lactatus ẽ: hic ut Leontius asserit in lycia chitensibus imperauit: moriensq́ duos filios dereliquit.

De Eurypilo Thelephi filio. C.xvi.

Vrypilus fuit filius Thelephi ut in Odyssea testatur Homerꝰ dicens: Sed solum Thelephidem interfecit ferro hercẽ Eurypilũ multiq́ circum ipsum sotii echitii interfecti fuerunt muliebrium causa donorum dicit Leontius uineam auream a Ioue troio datam ob præcium Ganimedis rapti: quæ per successionem deuenit ad Priamũ qui cũ audisset uirtutem Eurypili circa bellica misit eã matri eius ut ipsa eũ sibi auxiliarẽ mitteret: q̃ dono suscepto statĩ misit: ipẽ uero a Neoptholemo cum multis ex chithiis quibus post patrẽ imperauerat occisus ẽ apud troiam.

De Cyparisso Thelephi filio. Ca.xvii.

Yparissus: ut ait Lactãtius: filius fuit Thelephi hunc dicit Seruius siluanus siluarum deus amauit: qui cũ haberet mãsuetissimam ceruam eamq́ summe diligeret illã siluanus inaduertenter occidit quã obrem Cyparissus summe dolens mortuus est.siluanus autem illum ĩ arborem sui nominis uertit huic fictioni conuenientia nominis: & quia continue gemat dedere causam.

De Lydo & Lamyro Herculis qui Lydus genuit Lanium. C.xviii.

Ydus & Lamyrus(ut Paulus asserit)filii fuere Hercul' ex Iole eurithi regis filia suscepti: ex quibus nil aliud q̃ nuda noĩa reliqsse uidetur ãtiquitas præter q̃ ex Lydo Laniũ genitũ idẽ Paulꝰ affirmat

De Lanio Lydi filio. C.xix.

Anius(prout prædictus afferit Paulus)Lydi fuit filius ex qua ma tre uel quid egerit nil omnino rettulit.

De Aeolo.xxxix.Iouis filio:q genuit Machareũ: Canacem: Alcio nem: Misenum: Criteum: Salmoneum: Iphiclum: Sisyphum: Cepha/ lum: & Athamantem. C.xx

Erculis magnifici descripta prole superest ut de Aeolo rege uen torum sermo fiat: quẽ Theodontius & ipsum Paulus aiunt Iouis fuisse filium: Sergestæ filiæ Hippotis troiani: & sic Vterinum Acestis fratrem. Plynius aũt in libro naturalis hystoriæ: dicit eum cuiusdam Heleni filiũ fuisse: & uentorum inuenisse rationẽ. hic tamen ut eidem placet: regnauit apud insulas: quæ sunt propinquæ siciliæ italiam uer/ sus: quasquidem æolias ab hoc Aeolo nonnulli uulcanias a Vulcano olim earundem regem nũcupant: quarum potior lyparis est. hunc poe tæ regem seu deum uentorum dicũt: ex quo eius describens regiam & officium Virgilius dicit. Aeoliam uenit hic uasto rex æolus antro Lu ctantes uentos tempestatesq; sonoras Imperio premit: ac uĩclis & car cere frenat. Illi indignantes &c. & infra per octo uersus attñ ipse æolus Virgilio teste regnũ & uentorũ ĩperiũ a Iunone tenere fatet̃ dicẽs. Tu mihi quodcũq; hoc regni tu sceptra Iouez Cõcilias tu das epulis accũ bere diuuz Nĩborũq; facis tẽpestatũq; potentẽ &c. Præterea dicit Ho merus ĩ odyssea: cũ huic essent filii.vi.& totidẽ filiæ: easq; masculis d disset ĩ cõiuges: ad eũ Vlyxẽ uagũ deuenisse eiq; æoluz uentos oẽs in corio bouis argentea catena alligatos præter zephyꝝ dedisse. Harũ fi ctionũ causas tales nõnulli assignant. Dicit.n. Solinus: ubi de mirabili bus: strogilẽ unã ex ĩsulis esse æoliis: & eã a solis ortu minime angulo saz: & a cæteris liqdiorib' differentẽ flãmis: cũ fere oẽs flãmas euo/ mãt. qua ex cã fit ꝙ ex ei' fumo potissime ĩcolæ præsentiscunt: q naz flatus in triduo sint futuri: quo factũ ẽ: ut Aeolus uentorũ crederet̃ deus: cũ afferat Paulus eũ nõdũ aduertentibus aliis primũ fuisse: qui murmuratiõib' atq; motib' flãmaꝝ aliquãdiu adeo cõsideratis ut dũ eas audiret: aut uideret cõfestiz qs uẽtus esset in partibus illis futur' p̃ diceret: nõ aliter q̃ si ipsi emittẽdi esset ĩperiũ: & iõ hui' erroneæ cre dulitatis cõualescẽs fama sibi ab ignaris ĩpetrauit: ut uentoꝝ existĩare tur deus. Sũt tñ q uelint hac fictõne Virgilii eũ sublimi in arce residẽ tem rõez esse sedẽ habẽtez in cerebro: uentos uero illecebres appetit' in antro humani pectoris tumultuantes: qui in ratõne frenentur: inexi tiale præcipitiũ deferant emittentem necesse est: quinĩmo non unq̃ mundum omnem lanient & discerpant. Nouisse enim potuimus quid

secutum sit ex male laxata libidine Paridis.quid ex stolida psumptiōe
Xerxis persarum regis:quid ex ambitione marii:quid ex auaritia cras
si.& aliorum plurium:quid ex eis in corio datis Vlyxi sentiendum sit:
supra ubi de Vlyxe demonstratum est.Tangit præterea Virgili' artifi
ciose naturalem uentorꝝ causam.oriuntur quippe in cauernis agente ae
ris motu & exeuntes per aerem afferuntur.& sic a Iunone regnum tene
re fatetur.i.ab aere absqꝫ quo uentus creari non potest:& cum se ex/
tollunt in altum:Ioui conciliantur:in qꝫtuꝫ proximiores regioni ignis
efficiuntur:& mensis deorum.i.superiorum corporum accumbunt:&
perseuerante aeris dispositione congrua ad eos producendos ipsi etiaꝫ
perseuerant.sunt insuper:qui uolunt.xii.filios æoli.xii.uentos esse pro
ut eos fore dicit Aristotiles in methauris:& ex his uolunt sex esse:qui
suo spiritu habeant agere:ut terra ad producendum fructū uires emit
tat seu disponat.vi.uero qui illam ad suscipiendum præparatam faciāt
& sic agentes masculi & quos patientes faciunt fœminæ.

De Machareo & Canace filiis æoli. C.xxi

Achareus & Canaces(ut in epistolis ostendit Ouidius)æoli fue/
re filii:& cum se minus honeste amarent uterenturqꝫ consanguini
tatis commoditate:concepit ex Machareo canaces:& peperit filium:
quem dum clam e regia per nutricem emitteret ut aleretur.īfœlix īfās
se suo uagitu patefecit auo:qui filiorum incensus scœlere iussit innocu
um exponi canibus:& per satellitem canaci gladiū misit:ut eo ꝑ meri/
tis uteretur.qd ex ea secutum sit nescio Macharius autē aufugit.& sūt
qui uelint hunc Machareum:eum fuisse qui postea Apollinis delphici
sacerdos factus im mortem Pyrrhi Achillis filii horesti cōcessit assēsū

De Alcione filia æoli coniugis Ceicis. Capitulum.xxii.

Lciones filia fuit æoli ut per Ouidium patet dum dicit Neuetuaꝫ
fallax animum fiducia tegat:Quod sacer hyppotades tibi sit qui
carcere fortes:Contineat uentos & cætera.Huic enim coniunx fuit ce
is ex Trachinnæ Luciferi filius de quibus ambobus:& infœlici eoruꝫ
casu supra ubi de Ceice dictum est.

De Miseno æoli filio. C.xxiii.

Isenus æoli fuit filius ut ait Virgilius Nisenum æolidem quo nō
præstantior alter Aere ciere uiros:matremqꝫ accendere cantu.
& infra per.xiii.in quibus describit Virgilius qualiter Hectore mortuo
Aeneam secutus sit:& cum die quadam cantu certaret cum diis a trito
ne tractus sit:& demersus:nec post multum subdit euꝫ ab ænea sepul
tum & loco suū nomen impositum.Nunc quoniam simpliciter a Vir/
gilio dicta uera non sunt:quid sit absconditum aduertendum. Fingit
ergo Misenum æoli filium:eo ꝙ fuit tibicen:nam tubæ sonus nil aliud
est:qꝫ spiritus ꝑ fistulā ab ore emissus:sicuti:& uentus est aer impul/

sus:& per terræ fistulas e cauernis emissus:& quia uentorũ æolus de⁹ dicitur:quasi eorũ auctor sit a similitudine operis Misenus eius dicit̃ filius:eũ aũt a tritone Neptũni tubicina tractũ atq; demersum in un das:Sunt qui credant a Virgilio inuẽtum:ad tegendã Aeneæ iniquita tem quẽ sæpe piũ uocat:eo q͂ putent ipsum apud lacũ auerni ab ipso Aenea sacrũ illud in faustum inferis faciente occisum.sicuti Alpenor ĩ eodem loco occisus est:cum nequeat illud perfici absq; humano sãgui ne:Quod aũt illi sepulchrum fecerit facile credi põt : in præmiũ sub latæ uitæ:nec dubium quin apud baias sit mons paruus cui adhuc Mi senus nomen est:an illi a sepulto homine datum sit: an potius a mon/ te homini:ut fictioni melius conueniret nescio.

De Erictheo Aeoli filio:qui genuit Esonem:Pheritam: Amicthaonem & Alcymedontem. C.xxiiii.

Ricthеus filius fuit Aeoli:ut in odyssea scribit Homerus: huic fuit cõiunx Thyro filia Salmonei regis fratris sui:ex qua ipe su scepit Esonem.Pheritam.Alcymedontem atq; Amicthaonem.

De Esone Ericthei filio:q genuit Iasonẽ & Polymiã. C.xxv.

Son Ericthei fuit filius ex Thyro ut supra dictũ ẽ: qui cũ genu isset insignẽ Iasonẽ eo æui toti græciæ iuuenẽ:& is missus a Pe/ lia ĩ colchos:& inde uictor aureũ reportasset uellus:& medeã Oethæ regis filiã sibi in cõiugem in thessaliã deduxisset(ut Ouidius asserit)ab eadem uirtute herbarum(cũ senex esset)iuuenis factus est.Cuius fictio nis talis põt esse sensus.Esoni.s.ex insperato reditu filii tã difficilis ex peditionis gloriosi tam grandis lætitia addita est:ut ætas quæ tẽdebat in mortem in ætatem retrocessisse floridam uideretur.

De Iasone Esonis filio:qui genuit Thoantem:Euneum:Philomelũ & Plutũ. C.xxvi

Ason Esonis fuit filius(Ouidio teste)ex quo talis recitatur hysto ria.fuit Iasoni patruus Pelias rex thessaliæ:cui oraculo iussũ erat ut singulis annis Neptũno patri sacrificium exhiberet:ut ait Lactanti us:dum q͂ cerneret eo celebrante quẽq; nudo pede ad sacrum ueniẽ tem de proximo se moriturum sciret.Contigit inde ut eo sacrum faciẽ te Iasonem festinantem ad sacrum in limo anauri fluminis calciamen/ tum alterius pedis liquisse:quod uidens Pelias filiis timens suasit Iaso ni ut colchos iret aureum uellus quæsiturus eum non rediturum existi mans:cum audisset opus esse humanis uiribus insuperabile.Qui expe ditione assumpta fabricata est illi nauis longa ab Argo in sinu pegaso: & argos ab auctore denominata.nobiles græciæ iuuenes fere oẽs con uocauit:inter quos Hercules fuit: Fuere præterea Orpheus:Castor: Pollux:Zethus Calays.aliiq; plures splendidissimi genere & uirtute iuuenes:quos ob nobilitatem semideos appellat Statius in thebaide

dicens Iam tum prima cum pube uirentem: Semideos inter pinus me
thassala reges Duceret & cætera. Qui a nomie nauis argonautæ appel
lati sunt: quibus congregatis ex sinu pegaso nauem soluit: & inde secū
do urgente uento in lemnum deductus est. Ibi autē cū mulieres uiros
omnes interfecissent suos: uirorūq; imperiū aspernatæ: regnaretq; Isi
phyles thoantis olī regis filia: eis (ut testaē Statius) superatis Iason ab
Isiphyle hospitio susceptus est: & thalamo. tandē cum redargutus ab
Hercule Isiphylem prægnantē liquisset: deuenit in colchos: ubi cū flo
rida iuuentute & formositate ualeret a medea colchorum regis filia re-
ceptus est: cui cum clam se maritum futurum spopondisset: ab ea do-
ctus ē: quo pacto æripedes tauros: & domaret: & iugo subigere posset
occidere draconē peruigilem: & eius dentes suscis imittere. Et ex den
tibus surgentes armatos in pernitiem suam concurrere sineret: & hoc
pacto qualiter illi ad aureum uellus iter peruium esset: qui cū iuxta mo
nita peregisset omnia: in prædam deuenit optatam: & ea sublata clam
cum sotiis & medea fugam arripuit. Sane unū omnes non tenuisse iter
in reditu satis constat: cum Hercules & reliqui fere omnes ad ppōtidē
& helespontum uenisse legantur: cum Iasonem scribant omnes uete-
res hyberi hostium intrasse: & inde ad eam usq; partem deuenisse: in
qua diuisus hyster in adriaticum fertur: & eam intrasse: & in adriaticū
deuenisse: quod Aristotiles ubi de mirabilium auditu asserit dicens. ꝙ
esto ibi loca innauigabilia sint: Iasonem nauigabilia fecisse per cyaneas
tendentem: Et ad probationē huius itineris dicit: quia loca illa per q̄
Iasonem iter fecisse traditur admirandoꝝ plena & crebra per eadem a
Iasone altaria inueniri composita: & in una adriatici maris insula dia-
næ templum a medea dedicatum. Præterea: & oppidum Pola qđ in no
strū usq; æuū perseuerat a colchis colonis primo habitatū. Hæc meo
iuditio nauigatione non probant: immo potius possent firmare: quæ a
lii arbitrantur Iasonem. s. quādiu potuerit naui peregisse iter: īde obstā
tibus nauigationi montibus portantibus sotiis nauem humeris superas
se montes: & hystrum cisalpinum deuenisse flumē: aras & altaria quæ
narrantur peragrando fecisse. Sed quodcunq; tenuerit iter: constat au
reo cum uellere in patriam remeasse: & illud (ut Lactantius dicit) creō
ti corynthiorū regi detulisse. Is autem cum ex medea duos suscepisset
filios eiusq; opera iunior factus Eson: & a filiabus trucidatus Pelyas:
seu criminum enormitate: seu alia ex causa fecerit: eam repudiauit: &
(ut dicit Lactantius) glaucem assumpsit uxorem. Seneca uero poeta in
tragœdia medeæ eum assumpsisse creusam creontis regis corynthioꝝ
filiā ostendit. Ob quam indignationem cum maleficiis medeæ regiam
& nouam coniugem (ut asserit Seneca) uidisset exustam: ab eadem ocu
lis suis uidit quos ex ea susceperat filios gladio laniari: & hinc subseq

potest quod Lactantius asserit eum Glaucem accepisse. Tandē cū ob suū crimen Medea: quæ ab Egeo in cōiugē suscepta fuerat aufugisset ab eo: iterū a Iasone thessalia pulso(ut aiunt)suscepta est. Et cū ea col chos iterum transfretauit: Oetamq; senem; Medeæ patrem regno pul sum reduxit in regnum: & multa insuper per asiam egit magnifica: i tā tum: ut ibidē dei ritu coleretur: & suo nomini templa construerentur plurima. Quæ postea Alexandri macedonis iussu forsan eius gloriæ i/ uidentis demolita sunt. Qualis tamen illi fuerit finis: aut ubi legisse nō memini. Huius hystoriæ tam succincte recitatæ: quædam sunt poeti/ ca fictione uelata: quæ si possumus aperiēda sunt. Legitur enim primo tauros æneos habentes pedes: efflantes naribus ignes domuisse: quos ego reor regni colchorum proceres insuperabiles uiribus: elatiq; spiri tus fuisse: quos non bello sed oratione ac circūuentionibus superatos puto: & in suam Medeæq; sententiam tractos populares ad seditione; disposuisse: & ceso per fraude; dracone peruigili.i. præfecto custodiæ regni: & ob eius mortē quasi seminatis dentibus.i. dissensionu; causis aduersus seipsos amarentur colchi: & in bellum perseuerantes adeo fa tigarentur ut demum a Iasone subigerentur facile: atq; diuitiis nudarē tur & aureo uellere.i. grege habente preciosissimum uellus. Hunc arbi tratur Plynius primum fuisse qui longa naui nauigauerit.

De Thoante & Euneo Iasonis filiis. Ca. xxvii.

Hoas & Euneus filii fuere Iasonis ex Ysyphile ut satis patet per Statium in thebaide. Creditū quippe ē eam pregnantem ex Iaso ne ad colchos eunte remansisse: & ut comprehēdi pōt cum gemellos peperisset. Nec fas esset apud lemniades masculos alere: eam illos alē/ dos alibi transmisisse: & cum ob detectum seruati patris facinus regno pulsa fuisset & a Pirratis capta: atq; Licurgo regi nemeo uendita: aut tanq̄ serua tradita: nū q̄ postea illos uidit. Qui cū adoleuissent & cū Adrasto rege in thebanu; bellum irent: audirentq; eam in silua nemea casus recitantem suos Adrasto: illam euestigio matrem cognouerunt & iræ Licurgi regis ob male seruatum Opheltem filium eam surripue runt. Quid autem ex eis postea actum sit mihi incertum est.

De Philomelo Iasonis filio: qui genuit Plutum. C. xxviii

Hilomelus: ut scribit Rabanus in libro de originibus rerū: fili⁹ fuit Iasonis: nec de eo habetur aliud nisi: quia Plutum genuit.

De Pluto Philomeli filio: qui genuit pareantem. C. xxix.

Lutus: ut scribit Isidor⁹ ubi de Ethy: fili⁹ fuit Philomeli de qua nil aliud nisi quia genuit Pareantem.

De Pareante filio Pluti. C. xxx.

Areantes filius fuit Pluti: ut scribit Isidorus ubi supra: qui ibidē ait eum paron insulam tenuisse: eam & eius oppidum paron de

suo noie nuncupasse: cum primo minoia uocaretur.

De Polymilia Esonis filia. C.xxxi.

Olymilia (ut Leontius asserit) filius fuit Esonis: qui Leontius di cit Esoni pter hūc nullū fuisse filiū. Verum ego plus fidei antiquitatæ famæ exhibeo: qua habemus Iasonē Esonis fuisse filiū: q̄ auctori nouo. Tamen possibile est Iasonem fuisse bynomium.

De Alcimedonte Ericthei filio q genuit Epitropum. C.xxxii.

Lcimedontem filium fuisse Ericthei Leōtius dicit asserens a phe recide recitari ab Alcimedōte moriēte Epitropū paruum filiū suum Pelyæ fratri derelictū: quem cū mater chironi nutriendum dedisset grandis a Pelya colchos missus est.

De Epitropo Alcimedontis filio. C.xxxiii.

Epitropus secundū Leontiū fili⁹ fuit alcimedontis: qui (ut refert pherecides) a matre chironi centauro alendus traditus est: & cū adoleuisset: in patriā rediens Pelyæ patruo paternam petiit hæreditatem a quo colchos missus est uellus aurerū quesiturus.

De Pherita Crithei filio. C.xxxiiii

Herita filius fuit Crithei ex Thyro susceptus ut ī Odyssea testatur Homerus.

De Amicthaōe Crithei filio q genuit Melāpū: & Biantē. C.xxxv.

Micthaon (ut in Odyssea Homeri legit̄) Crithei fuit filius ex thyro susceptus: hūc Homerus dicit bellicosissimū fuisse hoiem neq; de eo amplius nisi q̄ Melampum genuit & Biantem.

De Melāpo Amicthaōis filio q genuit Theodamantem. C.xxxvi

Elampus olī augur ingens filius fuit Micthaonis ut ī thebaide testatur Statius ibi. Sacra mouere deū solers tibi cura futuri. & īfra per octo uersus. Scribit aūt Lactantius hūc filias Præti regis ab īsania curasse: ut supra ubi de prœto: & sic unam ex eis in coniugem: & regni portionem consecutus est: fuit quippe Melampus iste herbariæ artis peritissimus ut ueteres tradidere: & Theodamantem filium superstitē reliquit.

De Theodamante filio Melampi. Ca.xxxvii.

Heodamas filius fuit Melampi Statio teste qui dicit. Insignem fama sanctoq; Melampode cretum Theodamanta uolunt & cætera. fuit iste Theodomas augur egregius adeo. ut absorto terræ hiatu amphiarao apud thebas adrastus & reliqui pricipes: qui secū Thebas obsidebant eum absorti loco substituerent.

De Biante seu Bya Amicthaonis filio qui genuit Manthionē & Anthiphatem. Capl'm.xxxviii

Ias Amicthaonis: fuit filius: ut Theodontius dicit: ex quo Homerus hystoriam refert qualiter Pyro Nelei filia nupta sit: quæ

quod supra ubi de Pyro scribitur plene: nec de eo aliud legitur nisi ꝙ cum coniuge habitauerit apud Pylum nelei ciuitatem : & quod ex ea susceperit duos filios: Manthionem & Anthiphatem.

De Manthiõe Biãtis filio: q genuit Clitonẽ & polyphidẽ. C.xxxix

Anthion (ut ĩ odyssea scribit Homer⁹) filius fuit Biãtis ex Pyro nec ex eo aliud refert: nisi ꝙ genuit Clitonem & Polyphideꝫ.

De Clitone Manthionis filio. C.xl.

Liton Manthionis fuit filius (ut in odyssea testat̃ Homerus) ubi dicit: ꝙ cum esset forma & decore conspicuus eum ab aurora raptum: nec ultra usq̄ꝫ comparuisse dicit tamen Barlaam hunc ad orientales partes abiisse & ibidẽ de reditu in patriam non curãs quibusdam populis imperasse: & ob id fictum eũ ab aurora raptum.

De Polyphide Manthionis filio: q genuit Theoclimenẽ. .C.xli.

Olyphides filius fuit Manthionis: ut Homerus dicit in odyssea: ubi euꝫ egregiuꝫ fuisse uatẽ asserit: & Amphiarao in bello thebano ab hiatu terræ absorto substitutũ ab argiuis: ubi Statius Amphiarao suffectum dicit Theodamantem Melampi filiũ: hic Theoclimenẽ genuit.

De Theoclimene Polyphidis filio. Ca.xlii.

Heoclimenes: ut in odyssea placet Homero: filius fuit Polyphidis & cũ moraret̃ in agro ciuitate: & haberet̃ augur insignis: ibi hoĩeꝫ interfecit: ob quam cãm cũ inde discessisset & in pylon ciuitatẽ uenisset: & ex inde cum Thelemaco filio Vlyxis abiit in ythachyam.

De Anthiphate Biantis filio: qui genuit Oicleum. .C.xliii.

Nthiphates: ut asserit Homerus in odyssea: filius fuit Biæ ex pyro coniuge susceptus: nec ex eo aliud habetur nisi ꝙ genuit Oiclium.

De Oicleo Anthiphatis filio: q genuit Amphiaraũ. C.xliiii.

Icleus eodem Homoro teste: filius fuit Anthiphatis: & Amphiaraũ uatem genuit: quem nõnulli Lyncei regis argiuorũ ex Hypmestra filium fuisse arbitrantur.

De Amphiarao filio Oiclei: q genuit Almeonẽ. Amphilocũ & Catillum. C.xlv

Mphiaraus (quicquid alii dicant) Oiclei fuit filius: ut ĩ odyssea testatur Homerus: & Statius in thebaide dicens. Tandem prorumpere ad actus Oiclides & cætera. Hic autem inter cæteros augures ueteres clarior habetur. Qui cum Adrastus argiuus rex bellum aduers⁹ thebanos initurus esset: montem una cum Melampo uisurus quid futurum esset argius si bellum aduersus thebanos assumeret: ascendit: & cum inter alia uidisset: se: si bellum iret: non rediturum in patriam: latebras petiit: & Eriphile cõiugi suæ: ex qua iam quosdaꝫ susceperat

filios tantum : tanq̃ fidissimæ latebras suas patefecit. Sane cũ instarẽt argiui principes : ut in thebanos irent : eumq̃ solum perquirerent : nec inuenire possent : cõtigit ut eriphile argiæ filiæ adrasti cõiugis pollyni cis uideret monile : quod olim uulcanus hermioni priuignæ suæ : & cõ iugi cadmi dono dederat : & illud desyderaret : & inde cum argia in cõ positõe ueniẽs : monile suscepto Amphyaraũ patefecit : ut ĩ thebaide plenius scribit Statius. Sic igitur Amphyaraus cõiugis fraude detect⁹ cum aliis argiuorum principibus non rediturus iuit in bellũ : in quo dũ die quadam armis & curru insignis prælium intrasset : atq̃ acriter ĩ thebanos pugnaret : repente terræmotu facto ĩgẽti : & ea ĩ parte : ĩ qua cõ sistebat uoragine telluris : patefacta absorptus est : cum maxima supsti tum perturbatione. Hunc Statius armatum uiuumq̃ in conspectu di / tis descẽdisse describit : & poetico more multa perorasse dicit : quæ ad propositum nil afferunt. Fuit tamen ea tempestate tanta ueteribus ce / citas : ut quem dei iudicio a terra absorptum cernerent : amicum dei ĩ / mo deum etiam existimarent : eiq̃ ea in parte in qua absorptum noue / rant : tanq̃ deo templum coustruerent : & aras dicarent : & sacra confi cerent : & ritu dei illum colerent. huius autem inuentum in libro natu / ralis hystoriæ : dicit Plynius fuisse ignispicam : quod utrum credam ne scio. memini autem legisse apud chaldeos Nẽbroth opus fuisse qui per multa sæcula præcessit Amphyaraũ.

De Almeone Amphyarai filio. C.xlvi.

Lmeon Amphyarai uatis & Eriphyles filius fuit : huic Amphya / raus in bellum ire coactus nequitiam in se Eriphyles aperuit : ei / q̃ futuræ mortis suæ uindictam reliquit. Qui defuncto patre memor præcepti tempore sumpto : ut paternam pietatem seruaret : in matrem impius factus est : eamq̃ peremit.

De Amphilocho Amphyarai filio. Ca.xlvii.

Mphilochus (ut in odyssea dicit Homerus) filius fuit Amphya / rai ex Eriphyle susceptus : nec de eo legi amplius.

De Catillo Amphyarai filio qui genuit Tiburtinũ Catillum & Coracen. C.xlviii.

Atillus : ut ait Solinus in libro mirabiliũ : filius fuit amphyarai de quo sic scribit : Catillus enim Amphyarai filius post prodigia / lem patris apud thebas interitum odelaui iussu cum omni fœtu uer sa crum missus tres liberos in Italia procreauit : Tyburtum : Coracẽ : & Catillum. Qui depulsis ex oppido siciliæ ueteribus sicanis a nomine ty burti fratris natu maximi urbem uocauerunt. hoc ille.

De Tyburtino seu Tyburto Catilli filio. Capitulum xlix.

Yburnus seu Tyburtus filius fuit Catilli secundum Solinum : & ab eo : quia natu maior esset : tybur ciuitas a fratribus denoĩata ẽ

Plynius autem ubi de naturali hystoria dicit Tyburtes multo ante ro/
mam originem habuisse & apud eos dicit extare tres ilices Tyburtino
eorum conditore uetustiores: apud quas inauguratus traditur. Tradūt
aūt eum. s. Tyburtinū filium fuisse Amphiarai: qui apud thebas obiit
una ætate ante Iliacum bellū.

De Catillo Catilli filio. Ca. l.

Atillus Catilli filii Amphiarai fuit filius: ut asserit Solin⁹: ubi su
pra: Qui sicut Cato facit testimoniū Archas fuit: classis Euādri
præfectus: & Tyburis conditor.

De Corace primi Catilli filio .C. li.

Orax (ut Solinus de mirabilibus mūdi dicit) filius fuit Catilli ei⁹
scilicet q filius fuit Amphiarai: & una cū Tyburtino: & Catillo
fratribus urbē cœpere siculorū: haud longe a Roma quam: ut supra
dictum ē a Tyburtino fratre maiore ryburim uocauerunt.

De Salmoneo Aeoli filio qui genuit Tyro. C. lii

Almoneus (ut dicit Lactantius) filius fuit Aeoli: & apud elydē re
gnauit: hō insolens: & īportabilis: qui cū non esset regia sublimi
tate cōtentus conatus est se deū esse suis ostendere: & fabricato æneo
ponte in sublimi adeo: ut elydis partē desuper tegeret sup eo currus a
gitari faciebat: qui tam suo strepitu: q̄ pontis ærei sonoritate in tam
grandē sonum ueniebat ut tonitruu; uideretur. Quod cū ex īprouiso
faceret ad īstar tonitrui: subditos exterrebat. Præterea ex excelso igni
tis facibus in similitudinē fulminū iaculabatur stantibus satellitib⁹ ei⁹
intentis: ut fulminatus quilibet: si facie iniecta non periret: gladiis ius
su suo occideretur: & hac fatuitate se Iouem fulminantē arbitrari uole
bat. Verū deus uesaniam hanc non diu passus est: quinimo eum uero
fulmine percussum deiecit ad inferos: ut ait uirgilius. Vidi & crudeles
dante; salmonea pœnas. Dū flāmas Iouis: & sonitus imitatur olympi
& cætera. Huic tantum unica filia Tyro superstes fuit.

De Tyro filia Salmonei. .C. liii.

Yro (ut in odyssea placet Homero) filia fuit Salmōei regis elydis
& ex ea iuxta enipheu; fluuiū Neptūnus transformatus in spēm
eiusdem fluminis. cū illam oppressisset duos suscepit filios Neleum &
Pelyam: ut supra de eis dictū est: quæ postea nupsit Critheo filio Aeo
li & ei peperit Esonem Pherita; & Amicthanoē.

De Iphiclo filio Aeoli qui genuit Podarcem. Ca. liiii.

Phiclus (ut ait Lactantius) Aeoli fuit fili⁹: & cū potens esset: bo
ues Tyro filiæ Salmonei & matris Nelei: q Neleo debebāt sur
ripuit: atq; detinuit donec Biātis generi Nelei: aut Melampi auguris
fratris sui opere restitueret. Nā hic est: q cū nō posset filios ꝓcreare

habuit a Melampo: seu a Bya: ut serpētis uenenū potaret quo potato confestim Podarcem genuit. dicit Leontius uenenū serpētis herbā eē ex qua si gustauerit serpens illico morietur. sterilibus autem confert.

De Podarce filio Iphyclei. C.lv

Odarces (ut Lactantius) asserit Iphyclei fuit filius nec d eo aliqd plus habemus.

De Sisypho Aeoli filio qui genuit Glaucū & Creontem. C.lvi.

Isyphus Aeoli fuit filius: ut satis per Ouidium pꝫ dicentē. Redit ubi æolidem saxum graue sisyphon urget & cætera. & Oratius in Odis dicit: Sisyphus æolides & cætera. ubi aduertēdū Sisyphos fuisse duos: & sic æolos de necessitate fuisse plures: qꝫ qꝫ duos tātū fuisse dicat Lactantius. Sed prio d sisyphis uideamus. Sisyphus primus contēporaneus fuit danao argiuorum regi: seu saltem Lynceo Aegisti filio: qui danao successit in regno. nam utrūqꝫ testatur Eusebi' in libro tēporū. Dicit enī eū ephyram ciuitatē: quā postea Corynth' horestis filius a se Corynthum appellauit Danao regnante condidisse: anno. s. mundi. Mil. DCC. xxix. Nec multo post dicit secundum alios eum scꝫ Sisyphum condidisse eam ephyraꝫ anno. xv. regni Lyncei: qui fuit annus mundi. Mil. DCC. xciiii. & hic corynthiorum rex dictus ē. i. ephyræ. Nam: qui corynthiorum reges dicti sunt: longe postea incœperūt s. circa annum mundi. iiii. c. regnante latinis ænea siluio & atheniēsib' Melenthone patre codri: & fuit rex eoꝝ primus Aletius: & sic iste ei' Aeoli fuit filius: cuius: & Critheus: & Salmoneus: & Iphycleus: & alii horum contemporanei. & huius fuit coniunx Meropes filia Athlantis de quo Ouidius. Septima mortali merope tibi sisyphe nupsit. Et huius fuere filii q secūt Glauc' & Creō. Fuit: & aliter sisyph': & hic æoli pariter fili': & de hoc superiores auctoritates testantur: potius qꝫ d quo dictum est: & hic Aegeo athenis regnante fuit. Nā (ut dicit Lactantius) cum inter duo maria. s. ionium & ægeum montē positū qui isthmos dictus est Sisyphus crudeli latrocinio occupasset: hac pœna mortaliū pascebatur: ut homines prægrauans ingenti saxo necaret. Serui' uero dicit: qꝫ dum transeuntes cœpisset residens in scopulo ad lauādos sibi pedes aduocabat: intentos officio calce illos ex prerupto precipitabat ī mare. hūc aūt dicit Homerus morā traxisse ī ephyra ciuitate argiuorū: que postea corynthus dicta. Alii insuper dicunt: qꝫ hic secretarius fuerit deoꝝ: & quia secreta mortalib' reuelasset apud inferos damnat' est: hac pœna: ut semper saxum ingentis ponderis euoluat: ut ait Ouidius Aut petis aut urges ruiturum sisyphe saxum & cætera. hunc These' (ut supra ubi de eo scripsimus) occidit: Qui si filius æoli fuit. eē nō potuit eius æoli cuius superior fuit sisyphus: qui longe fuit antiquior Nec potuit esse æoli regnantis apud lyparam: cū hic iaꝫ mortuus eēt

añq̄ȝ ille nasceretur.et sic uidetur tres fuisse Aeolos: quos indifferẽter poetæ uentoruȝ deos:seu oẽs unum uẽtoruȝ deum nominant:huiꝰ Sisyphi sũt:qui credant Vlyxẽ fuisse filiũ:ut ubi de eo dictum ẽ. Saxũ aũt sursuȝ ducere:et demuȝ ad inferiora dimittere.dicit Macrobius super sõnio Scipionis intelligi debere:cum in efficacibus laboriosisq̄ȝ conatibus uitam terere:quod profecto prædonũ ẽ.

De Glauco filio Sisyphi:q genuit Bellerophontẽ. Ca.lvii.

Laucus(ut in Iliade ait Homerꝰ)filiꝰ fuit Sisyphi regis ephyræ. Nã in pſona Glauci huiꝰ glauci nepotis aduersus Diomedẽ pugnantis apud Troiam:oẽm genealogiaȝ eiusdẽ Glauci describit: ut sequitur.

De Bellerophõte Glauci filio:q genuit Laodamiã Isandrũ et Hyppolochum. C.lvii.

Ellerophon(ut in prædicta Glauci oratione ad Diomedẽ)filiꝰ fuit Glauci prædicti.fuit equidẽ Bellerophon iste iuuenis ĩclito decore conspicuus:& insignis uirtutis eximiæ. Hũc regẽ ephyræ fuisse dicit Homerus:qui a Prito rege argiuorũ regno priuatus:apud eũ eo iubente diuertit.Cuius uxor Anthia:seu ẽm Lactantiũ Stenobes formositate eius capta in suã cõpellauit libidinẽ:renuentẽq̄ȝ ꝗ ei uim uoluisset ĩferre Prito accusauit:Qui indignatus:cũ noluisset occidere eũ litteris ĩ q̄bus iubebatur occidi: Ariobati socero suo deferẽdas tradidit illi.Bellerophon aũt ĩ lyciã ueniẽs ab Ariobato ut moreret̃ ad occidendã chimæraȝ missus ẽ.erat.n.chimæra monstrũ:ut ubi supra de ea dictũ ẽ.Bellerophõ aũt equo pegaso sũpto euolauit ad illã:atq; occidit.Inde cũ esset Ariobati aduersus solimissos:bellũ de uirtute Bellerophontis confidẽs:illũ misit in pugnã.Qui æq̃ solimissos expugnauit:atq̄ȝ fugauit.Tertio aduersus amazonas ĩsultãtes in eũ: arma arripi iussit.Bellerophon aũt superatas in termĩos redire cœgit. Quæ cũ uidisset rex eius misertus est:& Achimenẽ filiã suã Anthiæ sororẽ(ut dicit Lactantius(dedit in cõiugẽ cũ pte regni:ex qua ipẽ suscepit Isandruȝ Hyppolochuȝ & Laodamiã.Stenobes aũt seu Anthia cũ rescissȝ eum a patre honoratũ:seipsaȝ interemit. Et(ut placet Seruio) crimen Priti filiæ insaniã deuenere.Ex eo uero quod hic fictũ ẽ:sic sentit Fulgentius.Dicit enim Bellerophontem quasi bulefertinta: quod nos latine sapientiæ cõsultorem dicimus:qui libidinem spernit. ideſt Anthiã Anthion enim græce contrariũ latine dicitur.Quæ Anthia Priti coniunx est:quia pritos pamphilia lingua sordidus dicitur:& cuius uxor libido nisi sordidi est:& bona consultatio.ideſt bellerophon qualem equum sedet:nisi pegasum:quasi pegasion.i.fontem æternaȝ. Sapientia enim bonæ consultationis æternus fons est.Ideo pennatus,quia mũdi

naturam uniuersam celeri cogitationum theoria collustrat. Praeterea Bellerophon chimaeram occidit. Chimaera enim quasi chimeron. i. fluctuatio amoris: quam tricipitem dicit Fulgentius: & ideo tricipitem: quia tres amoris sint actus: hoc est: incipere: perficere: & finire. Dum enim amor nouiter uenit: ut leo feraliter inuadit. quod capra in medio sit: uel fingatur: perfectio libidinis est. ea uidelicet causa: quod animal sit in libidinem ualde pronum. At uero quod postremo draco: dicitur: quia post perfectionem uulnus det paenitentiae uenenumque peccati & caetera. Sed quicquid dicat Fulgentius: hoc habet hystoria: chimaeram montem esse lyciae in summitate flammas euomens. Demum. leones paululum inferius inde alens: & postremo in radicibus serpentum abundans. Quae cum illum redderet in habitabilem: & circumadiacentibus noxium. Bellerophon ut alibi dictum est: his nociuis sublatis habitabilem reddidit. Praeterea uidetur placere Plynio in libro naturalis hystoriae ab hoc primo equo uehi compertum.

De Laodamia Bellerophontis filia & Sarpedonis matre. C. lix.

Laodamia filia fuit Bellerophontis & Achimenis coniugis eius haec autem cum uirgo formosa esset Ioui placuit: qui cum ea concubuit: & (ut dicit Homerus) ex ea Sarpedonem peperit: qui postea rex lyciae fuit.

De Isandro Bellerophontis filio. C. lx

Isander (ut Homerus scribit in Iliade) filius fuit Bellerophontis & Achimenis. & cum esset bellum inter lycios & Solimissos aduersus Solimissos acriter pugnans occisus est.

De Hippolocho Bellerophontis filio qui genuit Glaucum. C. lxi.

Hippolochus (ut supra dicit Homerus) Bellerophontis fuit filius ex quo nil aliud recitat: nisi quod Glaucum genuerit.

De Glauco Hippolochi filio. C. lxii.

Glaucus Hippolochi fuit filius: ut ipsemet in Iliade interrogatus diomedi dicit. Nam cum iste troianis uenisset adiutor: & die una aliquamdiu aduersus diomedem pugnasset: cum eo tandem in colloquium uenit: & inter alia: qualiter a sisypho per Glaucum: & per Bellerophontem & Hippolochum natus sit: recitauit: ob quam recitationem memor factus diomedes ueteris amicitiae praedecessorum suorum: secum conuenit: ne amplius inuicem pugnam inirent: & hic inde datis sumptisque muneribus discesserunt. Iste tamem Glaucus in praelio postea occisus est.

De Creonte sisyphi filio qui genuit creusam. C. lxiii.

Creon: rex fuit corinthiorum: & Sisyphi filius: ut medeae uerbis in tragoedia eiusdem Seneca poeta demonstrat dicens. Non ueiat umquam tam malus miseris dies. Qui prole foeda misceat prolem iclytam: Phoebi nepotes sisyphi nepotibus & caetera. Credo hic intelligi Creontem hunc sisyphi

latronis fuisse filiuꝫ: & ob id medea tanq̄ ex turpi genere procreatos Sisyphi nepotes hic respuit suis filiis consanguineos futuros.

De Creusa Creontis filia desponsata Iasoni. C.lxiiii

Creusa(ut satis ꝓximo supra patet filia fuit)Creōtis corinthioꝝ regis: & desponsata Iasoni: q̄obrem indignata medea cantamini bus suis ignē inextinguibilē scrineolo inclusit: illudq; firmatuꝫ: tanq̄ iocale aliquod ad eius gratiam: filiis ꝓmerendā eidē Creusæ: p filios puulos misit. Quæ cū uisura quid muneris mitteret̃ scrineolū aperuisset: euolauit & ex illo ignis: cōfestim: qui Creusam regiāq; Creōtis exussit oēm: cū iam Medeæ filii præmoniti discesissent.

De Cephalo Aeoli filio: qui genuit Hesperū. Ca.lxv.

Cephalus Aeoli fuit filius ut de eo loquens carmen sonat Ouidii: ubi dicit. Aspicit Aeolidē ignota ex arbore factā &c. huic fuit uxor pocris Ericthei regis filia. Eaꝫ tñ dicit Seruius: Hyphyli fuisse filium: fuit & hic ab aurora dilectus: quæ ut dicit Seruius illi dedit canem uocatuꝫ lelapā: & hastilia duo oīa quæ uellet cōtingētia: eo ꝙ uenationibus delectaretur. cui cū eius postularēt amplexus: respōdit Cephalus se iusiurandū habere cū coniuge mutuæ castitatis: Cui aurora castimoniā Pocris quæso trāsformatus experiaris. Qui cū se mercatorem finxisset & munera ingētia ꝓmisisset: eā in suū desideriū flexit: et turbatus se maritū cōfessus ē. Ouidius uero dicit ꝙ cū aurora cephali uteretur amplexu: & hic nil præter Pocrim amaret ab aurora indignāte dictū. Siste tuas ingrate querelas. Pocrim abe dixit: ꝙ si mea ꝓuida mens ē. Nō habuisse uoles &c. qbus auditis cœpit Cephalus de pudicitia coniugis suspicari: & expturus in mercatorē se transtulit: & domuꝫ ueniēs suā cū oīa castitati cōgruentia cerneret a cœptis desistere uoluit. Tandē pseuerās in ꝓposito munerib⁹ pactus ē eius cōcubituꝫ quo facto se Cephalū demonstrauit. Pocris aūt criminis cōscia erubescens in siluas abiit: & adhesit Dianæ: cœpitq; una cum ea uenari: cui Diana canem dedit iaculum: porro cū præcib⁹ ad se reuocassꝫ Cephalus: ab ea canem: & iaculū habuit. Ipse aūt uenationibus uacans more solito feruescēte sole secedebat in ūbras: aurā refrigerii cā cātu uocās Rusticus autem quidam nympham uocari putans Pocri retulit: quæ zelo parcita ut uideret quæ nam esset quæ uocata accederet inter uirgulta uallis se abscondit. Et cum audisset Cephalum blanda uoce Auram uocantem: mouit se paululum: ut uideret quod uidisse noluisset. Cephalus uiso uirgultorum motu: feram ratus iniecit iaculum: & inaduertens uulnerauit uxorem. Quæ ulnis eius suscepta: orans ne Aura loco sui deduceretur: uxor a Cephalo: expirauit. Anselmus aūt uidet̃ crederq; hanc Aurā fuisse fœminā: & scribit Cephalū ex ea suscepisse

fillum Hesperum: quod & Theodotius arbitratur: & sic erit hystoria & non fictio quod narratur.

De Hespero Cephali filio. C.lxvi.

Esperus alter a superiori filius fuit Cephali & auræ seu auroræ: ut dicit Anselmus: ubi de imagine mundi: de quo nomie excepto nil aliud reperitur.

De Athamante Aeoli filio qui genuit Phrixum Hellem Learcuȝ & Melicertem. C.lxvii.

Thamas rex filius fuit Aeoli: ut satis p Ouidiuȝ patet: ex quo talem hystoriam Seruius refert. Dicit enim ꝙ Athamas habuit Neyphilem uxorem: ex qua suscepit Phrixum: & Hellem. Verum cum insania liberi patris concitata in siluas abiisset: Athamas filiis eius Inoem Cadmi filiam superinduxit nouercam: Quæ uti nouercarum mos: est priuignis exitium machinata cum matronis egit: ut frumenta serenda corrumperent: quo peracto fames ualida subsecuta est. Tandem cum ad consulendum Apollinem misisset Athamas. Ino eū: qui missus fuerat: dolose corrupit: egitqꝫ: ut referret ab oraculo dictum neyphilis filios ad famē auferendam īmolandos: quos & ipsa accusauerat: ꝙ frumenta incendissent. Athamas autem inuidiam plebis timēs Phrixuȝ & Helleȝ publice arbitrio commisit nouercæ: clā aūt illis salutare cōcessit remedium: egitqꝫ ut Phrixus aureum abduceret arietem. Qui Iunonis nutu monitus una cum Helle sorore sua illum conscendens mortem euitauit: & abiit. Inde superaddit Ouidius. Iunonem excitasse ab īferis furias in Athamantem: quæ uenientes in aulam: in qua forte tūc erat Athamas: eum colubribus iniectis in tantam deduxerunt insaniam: ut dum uideret Inoem ad se uenientem cum duobus filiis Leenaȝ illam crederet: & filios suos Leenæ catulos: q̄obrem emisso clamore ingenti in eos irruit: & Learcum ex filiis alterum ex ulnis matris excerptum totis uiribus illideret saxo. Quod Ino uidens territa cuȝ melicerte filio altero fugiens: se ex rupe quæ Leuchothea dicitur ꝓcipitem dedit in mare. Quid tandē de Athamante factum sit nullū extat uestigium. Iunonem regnorum & diuitiarum deam thebanis infestam sæpissime poetæ dicunt. propter crebram regum apud eos mutationē: ex qua profecto populis mala consequuntur plurima. Verum quod ad thamātem spectat dicit Barlaam Inonis odium in priuignos egisse: ut opere cuiusdam arietis nutritoris Phrixi Phrixus ipse cum sorore helle cum omni ornatu regio: & thesauro aufugerent: quod Ino dolens nō tantū athamantem infestabat iurgiis quod regnum spoliasset diuitiis: & splēdore regio: sed omnes regni proceres in eum tanq̄ in regni desolatorem incenderat: quibus impulsus athamas: & in Inoem accensus. non in eam solum: sed & in filios: quos ex ea suscepetat die quadaȝ morte

furentis irripuit: & secutum ex inde est quod supra dictum est.

De Phrixo & Helle filiis Athamantis: qui Phrixus genuit Cythorum. C.lxviii.

Hrixus & Helles filii fuere Athamātis regis & Neyphilis ī quos dū Ino nouerca machinaretᷓ mortē: ipsisq3 (ut dicit Lactāti9) p in sulaʒ fererentᷓ incerti: eis a matre aries aurei uelleris apparatus est. Ser uius aūt supra dixit a patre: eaq3 iubente illum conscenderūt ambo col chos usq3 petituri salutē. Quos cū p mare deferrʒ aries: cōtigit: ut hel les pterrita caderet in pontū: & confestiʒ a uertigine raperetur aquaꝝ ex quo secutū est: ut æternū illi cognomē pōto īponeret. Nā ab ea de mersa de cætero semp hellespont9 illa maris pticula ī qua periit appel lata ē. Phrixus aūt īcolumis deuenit ad Oethaʒ colchorū regē: & cum ab eo comiter fuisset susceptus: iuxta matris īperiuʒ arietē sacrauit sup is. Alii Marti tantū cōsecratum uolūt. Et ut scribit Pōponius mela iu xta phasis fluminis hostia oppidū a Themistagora milesio cōdituʒ est & phasiʒ denominatū. penes q̄ Phrixi tēpluʒ: & lucus fuit nobilis au/ rei uelleris ariete. Prixo tandē Oetha filiā dedit ī cōiugē puto ego cal ciopē: Verū cū oraculo dicēte audisset ut sibi caueret ab Aeoli prola: sciretq3 Phrixū Aeoli nepotē esto illi filiā ī cōiugē dedisset: & iā Phri xus ex ea filios suscepisset: sibi magis timēs: q3 genero parceret ad eui tandū periculū illi ꝓnunciatū Phrixū interfecit incautū. Quod autem hic fabulosuʒ uidetur: & si supra ſm opinionē Barlaæ expositū sit: li/ bet aliorū sensum apponere. Sūt ergo q dicant Phrixo & Helli nauem ad fugā fuisse paratā: cui aureus aries esset īsigne. Eusebius aūt dicit a palefacto affirmare arietē uocatū fuisse nutritorē: p quem a nouercali bus insidiis liberati sunt. Sed quid ergo dii seu Marti cōsecratuʒ fuit a Phrixo: si nauis tantū aut aries nutritor fuit: Ego aūt quod dicit Bar/ laaʒ aut uerū: aut ueritati ꝓximū reor. & q̄ a matre: sit illi aries appa ratus sic pōt intelligi. Diximus. n. supra eā non mortuaʒ sʒ in siluas au fugisse: quæ uiuens potuit tanq3 conscia filio reuelasse thesauri locum & sic arietē aureū præparasse. Marti autem iō cōsecratus est aries: ut ntelligamus reges cōsecrare thesauros & seruare ut eis opitulantibus uolentes bellū possint īferre: aut a se instante opportunitate repellere Scribit insuper Eusebius hoc ſm quosdam fuisse regnante athenis Eri ctheo: argis uero ab ante anno mundi. iii. mil. dcccxx. Secundū autem alios regnante argis Prito anno uero mundi. iii. mil. dcccxliii.

De Cythoro Phrixi filio. .C.lxix.

Ythorus filius fuit Phrixi: ut in cosmographia testatᷓ Pōponius

Dicit enim circa parthenium amnem iter alias esse Cythosorum ciui/tatem a Cythoro Phrixi filio positam. hic cum aliis Phrixi filiis (ut dicit Lactantius) Phrixo occiso: intrauit mare: ut ad Athamantem auuz aufugeret: sed naufragio uexatus ab Esone Iasonis patre: una cum fratribus susceptus est: nomina tamen fratrum non uidimus.

De Learco & Melicerte filiis Athamantis. C. lxx.

Earcus & Melicertes filii fuere Athamantis: ex Inone cadmi filia: ut supra dictuz est: Hii tamen: ut præmonstrauimus paruuli periere. Nam Learcus saxo illisus a patre obiit. Melicertes aūt cum se una cū eo Ino mr̄ dedisset in undas absortus est. Aiunt tamen Venerē misertam eorum orasse Neptūnum: ut numero deorum maris illos iūgeret quod factū est: & ob id Ino leucothoe uocata ē: a rupe ex qua se deiecit in mare. latine tamen amatuta dicitur Melicertes uero palemon dictus est: qui latine sonat portunus & uenerarione præcipua templis & sacris ritu deorum culti fuere iam dudum. Seruius autem dicit Melicertem a bœtia nauigio ithismos adiisse: eumq; demum ab æthiope rege susceptnm: & ithismia sacra quæ in honorem Neptūni celebrabātur facta melicerthia. & hinc est ꝙ a Neptūno numero deorū ascripti sunt. Theodontius addit causam dicens ꝙ cū Ino forma ualeret & ætate: & Melicertes speciosissimus fuisset puer: & fugientes nauigio deuenissent ad sisyphuz qui: & æthiops a nonnullis uocatus est: ipsū æthiopem in libidinem pronum eorum abusum fuisse concubitu: & in p̄miū eius eos maris fecisse deos: & sic apparet Venerem pro eis interpellasse. & alibi dicit idem Theodontius æthiopem illos profugos portui p̄fecisse: eisq; in cotidianos sumptus prouentus omnes ex portu dedisse & hinc illis nomina īmutata.

Cur auctor Alexandrū Macedonē & Scipionē africanū īter Iouis filios nō apponat. C. lxxi.

Poteram si placuisset tam amplissimæ tertii Iouis proli duos illustres addere uiros Alexandrum. s. Macedonem asiæ dimitorem & publiū corneliū Scipionē: cui cōcessū ē: & hispaīas ab afris occupatas recuperare: & ipsos afros romanis subigere. Verū: quoniā iā hoc æuo indissuetudinem abiisse uidetur stultitia uetus: illa qua gloriabāt̄ insignes fictionibus generi deorum ascribi: & illa aduenerant sæcula ī quibus per uirtutem claritas quereretur: hac extulisse illos fictiōe potius q̄ splendor uideretur ridiculū: omittendos censui. Præterea quod ambitione quæritur atq; fraude: aut taciturnitate respuitur. nō satis iuste conceditur. Passus enim primo Alexander est fabulari Iouē anguis in spēm cum olimpiade matre mixtum & se genitum ex concubitu illo inde iam non contentus titulorum multiplitium: quos fortuna audatiæ suæ fauens splendori addiderat suo: & quod satis uulgi fabula non

uidebatur quæsitum: fraude Iouem in patrem sibi quærere conatus est sacerdotibus ad hoc amonis libyci subornatis. O insipidum incliti iuuenis desiderium: malle potius se adulterio q̃ ex cõnubio genitũ: malle matrem habere incestuosam: potius q̃ pudicam: malle draconis se filiu credi q̃ Philippi clarissimi regis: & potius spurium q̃ legittimũ arbitrari. O mortalium mentium: non solum inanis sed detestanda gloria is qui cõtinue in oculis amicorũ patiebatur mortalia per mendatiorum fascinationes ab eisdem se ĩmortalem existimari cupiebat insipide Sed quid tandem? hanc ob causam reiicitur merito: ne fraude gaudeat qui uirtute poterat laudari. Scipio autem: & si murmure uulgi diceret a Ioue in speciem serpentis in cubiculo matris uersato genitus: & ob id. & quoniam noctu eunti in capitolium nũq̃ latrarent canes occurentes: & eius operantibus meritis uideretur augeri fabulæ fides: & si non negauerit: cũ sapientissimus esset confiteri nũq̃ uoluit: quãobrem cũ friuolo honori tacite renunciasse uideatur: non est meum illum eidem expresse concedere. Et sic cũ nusq̃ alios Iouis compererĩ filios uel nepotes: & sibi fecerit prosapia finem: ego æque libellum conficiam.

XIV

GENEALOGIE.deorum gentilium Iohannis boccacii de certal do liber.xiiii.in quo auctor obiurgationibus respondens in hostes poetici nominis iuehit. Prohenium.

RCI domos opacas & coelo remotissimas aiarum fontiũ sedes: esto titubãti gradu: Diuina tamẽ luce præuia præuia perambulatimus: & maris amplissimi non solum scabrosa littora: quinimo & insulas uario sub sole iacẽtes indefessa navigatione per circuitum quæsimus omnes: ac insuper eius ꝓfundissimos gurgites: adeo perspicaci quadam indagatione sulcauimus ut Neptunni ceruleas ædes: atq; prothei senis: & nympharum choros: & thalamos: ac etiam eiusdem pelagi beluas: & agmina pisciũ: & fluminum uiderimus capita. post hæc & urbes præclaras: & umbrosa nemora: siluas inuias: celsos montes: & lubricas ualles: atq; abscondita rupibꝰ antra: Necnon & æquora tractu longissima: ac solitudines ipso horrendas noĩe peragrauimus. Et quasi sumptis Dedali pennis audaci quodam uolatu in coelũ usq; meditatione delati: Iouis aureũ tronum: Solis auream domũ. Deorum atria: templa ingentia gẽmis & auro cõspicua: & consistorium superum mira luce splendidum: atq; uenerabile: & syderum claritates perpetuas: & eorum flexus: atq; reflexus & admirabili cõpositos motus perspeximus ordine: & undiq; clementissime rex iuxta promissum ueteris naufragii: prout concessum est desuper fragmenta collegimus: & in unum corpus qualecunq; sit ꝓ uiribus ingenii nostri redegimus: adeo: ut a demogorgone: quem primũ deorum omnium errantes prisci dixere initio sumpto per eiusdem successiones ordinate ad extremum usq; Iouis tertii filium. Aeolũ eiusq; Aeoli Athamantem & Athamantis Learcum & Melicertem filios deduximus omni diligẽtia adhibita: ut tuũ impleretur desyderium. At inde: ne in aliquo tuis uotis uideretur omissum: aut quos comperimus ex antiquis: aut quos mea sententia approbaui fictionibus cunctis sensus apposuimus: ut ipse præstante deo uisurus es. Quibus sic peractis quasi inquæsitam a principio stationem seu sinum uenerimus: suadebat quietis desyderium: ut in littus ex nauigio prosilirem: & sacro gratiarum deo exhibitori rite peracto laborum uictrici Cymbæ lauros apponere: & inde in exoptatum ocium ire. Attamen consilium longe ꝓbabilius menti desuper infudit deus. Monemur enim auctoritate prudentũ. ut ex præteritis quid futurũ sit: coniectura ꝑnoscamus. Agitari quippe ꝓcellis infestis nonnũq̃ in ꝑnitiem usq; nisi præmunita sint per maxima etiam consueuere nauigia. quid ergo nauiculæ futurum arbitrandum est: si medio in salo soluta: & absq; gubernatore linquatur Non ergo adhuc paruus superest labor: proris quippe alliganda est

continenti: & anchoris fundanda ualidis: ac etiam quibus possum⁹ te
genda tutamentis est: ne ab ignitis strepentis ætheris fulminibus exu/
ratur: seu ab imbribus mixtis grandine diluatur: aut a stridulo aqlone
turbido austro: furenti euro lybico: aliisq3 nullo pflantib⁹ ordine: sco
pulo: aut littori illidatur: uel forsan ab undis fluctuantibus absorbeat̃
& pereat. Quam sudore plurimo p eurypos & sonantia saxa per maris
æstus & mille pericula incolumē itineris in finē usq3 deduxim⁹: Quæ
quidem tunc peregisse reor: dum obiecta iam dudum: aut obiicienda ĩ
poesim & poemata ab hostibus poetici nominis rationibus ueris retu/
dero. Noui equidem: & memini: quot & quæ ignari iam dixerint nō ha
bentes incontrarium responsorem. Et hinc dum hoc perlegent opus ĩ
uidia infestante: quid ĩ poetas: & qd ĩ me dicturi sunt: satis pcipio. La
bori igitur huic extremo: qui duobus aliis uoluminibus terminabit̃ au
xilium desuper fundat: qui rerum omnium Alpha & O. principiu3 est
& finis.

Alloquitur auctor regem. C. i.

Eniet opitulante Iesu christo: quoniam sic mihi ꝓpositu3 est: rex
illustris opus hoc: anteq3 alibi gradum flectat in sacras celsitudi/
nis tuæ manus: ut cuius iussu factum est. se primo illius exponat iudi/
cio: & eidem pro uiribus præstet obsequiu3. Quod postq3 benigne su
sceptū comspexeris oē: & sublimi ĩgenio tuæ partes ei⁹ quascūq3 dis
cusseris: miraberis: ꝗ in tam ꝓtensum uolumē postulatū tuæ clarita
tis euaserit: quantuncunq3 ob librorum penuriam multis in locis non
satis integrum putem: & forsan legens latentes nuper sub rudi cortice
sensus nunc productos in lucem nō aliter q3 si ex igneo globo recētes
scaturire latices uideas mirabundus aspicies: teq3 ipsū modesta quadā
delectatione laudabis: ꝗ ia3 dudū de poetis uera arbitratus sis: eos .s.
nō fabulosos fuisse sympliciter hoies: ut inuidi quidā uolūt: S3 erudi/
tissimos quidē atq3 diuino quodā animo: & artificio pditos: Verū col
lectis omnibus qualis de opere toto tua futura existimatio sit nō satis
certum habeo. Hoc tamen mecum cogito te de corpore & membris so
la agente iustitia sanam & integram laturam sententiam ac etiam opi/
nor: quia minus apta regia charitate tua redargues: & comēdabis quæ
laudanda comperies. Magnum quippe immo maximum hoc mihi erit
& iam spe ipsa lætor & gaudeo: Cæterum cum uisum iam illud in ami
corum manus uisendum tradideris & tua licentia prodibit in medium
Reor non æqua sic ab omnibus ponderabitur lance nec nouum hoc
erit sub sole: Trahit sua quenq3 uoluptas. Præterea liuor edax lœtalis
uiuentium pestis adeo occupauit a primæuo hominum pectora: ut ra/
rissima eo exurente æqua in quem mauis præstentur iudicia. Quam ob
causam in eum surgent rabido latratu plurimi: & quas comperient

partes minus acri soliditate firmatas morsu ipio auferent & discerpent Aduersus quos quorum ex ueteri more iam uerba & obiectiones ario lornm : ut iam dixi ne longus labor resoluatur facile : & ignitis agētib' spiculis euol- : in cinerem & fauillam : opportunis respōsionibus occu rā necesse ē. ro tamē : ut & ipse rex optime : cui laboraui diu : una me cū generosu pectus opponas securus : si feceris hostes laboris nostri tanq̄ fumus in auras euanescent.

Pauca aduersus ignaros. C.ii.

Oncurrent : ut fit ad spectaculum noui operis non solum uulgus ineptum : sed & eruditi homines conuenient : & postq̄ undiq; p/ spectauerint. Non dubitem quin aliqui uiri sint pbitate uenerabiles : & integræ mentis atq; scientiæ : qui tua sequētes uestigia commendanda laudabūt : & affectione quadā sacra minus probanda redarguent. Qui bus ego benedicere : gratias agere : obsequium pstare : & eorū tenebor collaudare iustitiam. Sed longe numerosior multitudo corona in circui tu facta in rimas minus bene compacti operis : & quascunq; mendas : si quæ erūt : ipinget oculos auidior uidisse quid mordeat : q̄ inuenisse quod probet. Aduersus hos mihi superest bellum : mihi arma sumēda sunt : & melioribus rationibus ut conculcem necesse est : Sane non i to tū simul agmen. Nā circūuētus forsan opprimeret facile : sed distictis aciebus : ut assuescāt certamini manus : & paulatim conterrātur hostes indebilius primo corripienda sunt iacula. Sunt hi : ut reliquum sinam' uulgus : homines quidam insani quibus tanta loquacitas est : & detesta bilis arrogantia : ut aduersus omnia quorūcunq; pbatissimoru homi num præsumant clamoribus ferre sententiam : eos flocifacere uilipen/ dere : & si queāt turpi dānare sermone. Qui postq̄ boatu sonoro qua si maximū suum prædicent decus se idiotas confessi sunt ueluti nil am plius in suam ignauiam inici possit summum bonum commessationib' libidinibus : & inerti ocio uacare existimantes in ganeis : atq; lupanari / bus : spumantia uino p se tenentes pocula : Et externa eructātes crapu la eruditorum hominum uigilias : meditatiōes : & studia : honestosq; la bores : & modestiam spurcido ore dānare : & suis obscænitatib' fœda re conātur : ex quo fiet : ut hoc uiso opere ridentes dicāt. O isipid' ho mo quātum dulcissime quietis : quantū temporis optimi pdidit quātū friuoli laboris impendit : quot membranas ammisit & incassu uersicu los exarauit ? Non ne satius fuerat amasse : potasse : dormisse : & tā grā de tēpus uoluptatibus tribuisse : q̄ has scripsisse nugas ? Profecto qui se prudentes haberi uolunt stultissimum genus hominum est. nam per dito lucubrationibus tempore : anteq̄ unam diem lætam sentiāt dānā do probanda in mortē concidunt æquā cūctis. O sanū. O uenerabile iudicitm : ex lenonu bacchanalibus : ex senatu gnatonicorū ex ganeis

mandurcorum atq; bibionū:& ex meretricantium emissum fornicib⁹
Sed quid multa: horum ergo uituperationes illustriū uirorum splēdi
das laudes arbitror: cum turpitudinis participem a turpibus laudatum
existimem. Vadant ergo tales: & caupōibus: lanistis: cæterariis: atq; me
retriculis gannientes applaudant: & somno uinoq; marcentes suas il/
lis laudes ingerant: & sapiētes uiros eorūq; labores in sua luce permit
tant. Cum nil ignaro indecētius hoīe: nil indocto fastidiosius: ante q
dem diem miseruʒ atq; caducuʒ mortalitatis suæ corpus infœlicis ani
mæ fecere sepulchrū. Hi quippe tam fœtida olent infamia: ut rudētes
asinos: grunientes sues: mugientesq; boues sapientes possint cum pa/
cientia audire: eos audire non possunt. Eant iterū tales & uentri deser
uiant & ne duʒ alios reprehendere: sed apparare: si quando sobrii sūt
in conuentu hominum erubescant.

Aduersus eos q cū nō sint sapientes cupiūt apparere. C.iii.

Rospectabit & hoc opus species hominuʒ altera moribus forte
minus redarguenda priore: sed prudentia non maior: & hi sūt q
ante uisum scholarum limen se: quia quandoq; philosophorū quorum
dam audiuere nomina: putant se philosophos esse: seu si non putent
ut ab aliis credantur exoptant: & quadam ficta grauitate uerborum
& morum ponderositate uisis aliquando nonnullis libellis uulgarium:
non nisi de apicibus rerum uerba faciant: & ut existimentur quod cupi
unt apud eruditissimos uiros uersantur mouentes persæpe de sublimio
ribus dubia ut puta qualiter tribus personis una tantū sit deitas: uel nū
quid deus possit sibi similem facere: aut cur non per mille millia sæcu
lorum creauerit deus orbem q̄ fecerit. et huiusmodi. Et dum respōsa
prudentū pcipiūt factis quibusdā ratiūculis friuolis in cōtrariū: & au
ditis doctorū replicationibus atq; conclusionibus quasi non satis illis
satisfactū sit: quatientes si uideantur paululuʒ caput: & torquentes cuʒ
cachinno faciem & circunstantes etiaʒ intuētes nō aliter q̄ si indulge
ant reuerentiæ respondentis prætereunt. Et tandem quia ex ore proba
tissimoruʒ hominuʒ intellectus eoruʒ tenuit: & remissus excepit: serua
uitq; memoria apud mulierculаruʒ textrinas: seu potius si præstet in
triuiis ignaro ascultante popelo uti ipsū deuʒ cōsuluerit post longū sus
pirium blacterātes emittūt uolētes ex hoc pcipi ꝙ nō absq; labore plu
rimo quod dixerint ingenio & speculatione sua ex penetrabilibus diui
ne mentis euulsum sit: & ut omnino insipidis sapientes appareant. Am
pliatis sermonibus nō tamen eodē uerboruʒ contextu quinimmo nūc
huc nunc illuc per uarias materias saltitantes: nec de aliqua conclude
tes sed se auditoresq; īplicantes suos ceu plenissime liberales artes no
uerint: quarum persæpe nomina nō nouerunt. Priscianum. Aristotelē
Ciceronē. Aristarcum. Euclidem atq; Ptholomeum: aliosq; circa hos

insignes uiros stomacosa quadam dicacitate neglexisse demonstrant se tractos aientes ad sublimiora theologiæ dulcedine. Sic & de moribus hominum: & de gestis heroum: ac de sacris legibus & institutis legũq; latoribus. Et si quando contingat pœsis: aut poetarũ intrare colloquũ tanto cum fastidio illos: & pœmata uti integre uiderint oĩa: & despi/cienda cognouerint dãnant: uituperant: floccifaciũt: & a se eicere ostẽdunt: ut uix tollerare possint etiam imprudentes & balbucientes aiunt Musas: heliconam: castalium fontem: & Phœbi nemus: & huiusmodi delirantium hominum nugas esse: & puerorum ad gramaticam esse p̃/ludia. Ex quibus fatuitatibus iam satis scio quid monstrum istud spe/ctantes in me: quid in opus meũ quid ĩ poetas dicturi sint: Verũ reor hoꝝ uecordiæ compatiendum potius q̃ rationibus insistendũ. Nã cũ seipsos non intelligant. Longe minus alios intellecturi sunt: ignari sũt & luce ueritatis carentes sensualitate duce se trahi permittunt: quibus charitate mea non eorum merito dixisse uelim: ut alienis ommissis of/ficiis exerceant sua. Et si hac gloriæ cupiditate agitãt̃: ut sapiẽtes exi/stimentur scholas intrent: audiant p̃ceptores: libros euoluent: uigilent atq; discant: & palestras disputantium solertes uisitent memores ne se stini in doctoratum euolent pictagorici instituti: quo cauebatur ne qs scholas ei⁹ intrans locuturus d̃ philosophicis os aperiret anteq̃ p quĩquennium audiisset. Quod cum laudabiliter fecerint: & in benemeritũ titulum uenerint: si libet in medium prodeant: prædicent: disputent: redarguant: & castigent: atq; acri spiritu suis redargutoribus instent Aliter autem fecisse non ostentario sapientiæ sed dementiæ est.

Quædã ĩ iurisperitos paucis de paupertate laudibus ĩmixtis. C. iiii.

Vnt insuper homines quidam toga aureis bullis & ornatu fere regio insignes nec minus incessu & morum grauitate atq; oris facũdia spectabiles magnis postergati clientorum cateruis & ingenti auctoritate conspicui. hi quidem sunt clarissimi legum præceptores: & tribunalium præsides: a quibus si rite exerceantur iura: frenantur hominuꝫ illecebres mores: extollitur innocentia: & quod suum est unicuiq; po/scenti conceditur: quibus Rei pu. neruus non soluꝫ in suis uiribus seruatur sed perenni iusticia augetur in melius: Venerabiles ergo & præcipuo honore dignissimi sũt: Sane quantuncunqꝫ aliorum purgẽt sua prudentia notas. una tamen labe fere poluti sunt omnes: auri cupiditate laborant: nec aliquid seu aliquem laude dignum putant: ni fulge/at auro. hos ego uenturos existimo cũ reliquis: ut prospectent: Nũqd operi nostro aliquid criminis possint suis inferre legibus. Nec me fallit si morem sequentur ueterem quid obiecturi sint. Consueuere quidem relictis rostris & prætoria exeuntes: & potissime dum curis paululum soluti in conuentum amicorum ueniunt: si contingat interloquendum

fieri mentio poetarum illos extollere laudibus: quoniam eruditissim atq; eloquentissimi fuere uiri tandem post multa absconditum sub mel le uenenum non letale tamen emittunt. Dicuntq; eos parum fuisse pru dentes in quãtum tempus omne terentes facultatẽ secuti sunt. Ex qua post longos labores mille consecũtur opes: superaddẽtes ob hoc pau perimos homines fuisse poetas: nullo splẽdore spectabiles: nullis diui tiis: nullo famulatu insignes: uolentes ex his intelligi quia non diuites fuere: nullius precii eorum existimanda sit facultas. Quæ quidẽ uerba una cum abscondita conclusione facile audientium animos intrant: cũ oẽs in auaritia; proni simus: & stulta credulitate arbitremur sũmum bonũ possidere diuitias. Hac ergo impulsi peste autumo si laborem in spexerint nostrum: eos post multa dicturos opus. s. pulchrum: sed sup uacaneum & inutilem sudorem meum: eo q minime tendat quo cæte/ rorum mortalium labores intendunt: & sic non solum aduersu; me ap parebit dixisse sententiam: sed ex consequentia quadam tanq; sũmum & detestabile malum una cum opere poetas cum paupertate damnasse uidebuntur. Pia quippe & humanitati conformis atq; opinioni uulgari hæc uidetur obiectio & gratiarum actione dignissima: dũmodo ex fon te caritatis exundaret in medium. Verum quoniam ex offuscato appe/ titus inepti iudicio sumit originem: ridenda est atq; obicienda: & eorũ prurigini compatiendum. Et quoniam dignitati talium insuper deferen dum est: ne se postergatos existiment obiectionem eorũ uerbis amplio ribus in suos ortus uertendam puto. Confitebor ergo sponte quod dic tum est: poesim nullas afferre substantias: & poetas pauperes fuisse: si pauperes dici debent: qui ultro spreuere diuitias. Stolidos autem fuisse non confitebor: eo q poesis studium secuti sunt cum prudentissimos arbitrarer: si uerum deum catholice cognouissent: & nunc reassumẽdo ne confessione mea tam ultronea uidiear absolute obiectoribus tanq; uictoribus aream liquisse certaminis: & obiectionem primam deduca mus in medium. Dicunt ergo splendidi legum interpretes insignes poe sim nullas afferre diuitias uolentes ob id: ut satis percipi potest eam ab imitandis excludere quasi nullius inter scientias reliquas sit momentĩ equidem ut iterato dixerim. Certum est poesi; nullas afferre diuitias: non tamen assentio: ut isti uolunt: hoc ignobilitate contingere: Veru; quia speculatiuarum disciplinarum non sit officium tale: aut intentum s; mechanicorum artificium seu feneratorum: quorũ in hunc fine; oĩs tendit intẽtio: qui ut cito ueniat nil gratis penitus operãtur. Sic & cau sidici qui hinc ex delictis hominum: inde ex legum peritia sibi offici nas construunt: in quibus uenalis linguæ maleo numismata cudunt: & auru; ex miseroru; lachrymis uerbositate conficiũt: quod poesis gene rosæ memor originis omnino abhorret: & renuit: ex quo si damnãda

215

aut paruipendenda est: nullius una secum precii erit physica rerũ ma gistra: & cuius opere entium causas discimus. Nullius æque theologia cuius demonstrationibus rite deũ cognoscimus: quibus nullũ unq̃ q̃ rendi thesauros fuisse studiuꝫ audiui. Si nesciunt isti: poesis maiorib⁹ uacat. Nam cũ cælos inhabitet diuinis ĩmixta consiliis paucorum ho/ minum mentes ex alto in desideriuꝫ æterni nominis mouet: & sua pul chritudine in sublimes cogitationes impellit: tractisq; inuentiones pe regrinas ostendit: atq; ex ingeniis egregiis sermones exquisitos emit/ tit. Et si quando placidis uocata precibus e sublimi sede discendit ĩ ter ras sacris comitata musis: non cælsa regum palatia: non moles delitio sorum domos exquirit habitatura: Verum antra atq; prærupta mõti um: umbras nemorum: fontes argenteos: secessusq; studentium q̃tũ cunq; pauperimos & luce peritura uacuos intrat & incolit: quod alibi forsan plenius ostendetur exigente materia: & sic cuꝫ ætherea sit: atq; perennis nulluꝫ sibi cum perituris comertium est: splendoresq; manu factos tanq̃ futiles & inanes paruifacit: & renuit de suis contenta bo nis nõ curat agregare diuitias. Post hæc ex iam dicta positione subnec tunt minus prudentes fuisse poetas: qui tale secuti sunt dogma: ex quo nullæ sequacibus consequantur opes. Quibus: ut responsum sit: reor plurimũ prudentis opus circa eligenda consistere: & iõ hos conuenire uelim: quis in eligendo prudentior sit habendus merito: iuridicus: an poeta? Aedepol prudentius actum puto elegisse trahentẽ ad sublimia mentẽ: q̃ ad terrestria deprimentẽ: stabilẽ: q̃ casurã: q̃ longeuũ bo num p̄stet: q̃q; breuissimũ exhibet. Elegere poetæ scientiam inter sy dera: ĩter deoꝝ sedes: ornatusq; cælestes suos cõtinua meditatõne tra hentẽ. Nũquid hoc ueꝝ sit testimoniuꝫ reddant ipsa uatũ poemata im pulsu trahentis eleganti stilo poetarũ descripta calamo. Causidici uero legum facultatem secuti sola scriptorum ualent memoria: non ex inge nio: sed ex litteris legumlatorum iura reddentes. nec putandũ est ut satis uideri potest eos insistere circa excælsa: aut semota naturæ: ut pu ta nũquid recta an transuersa uia sol ab indis petat hispanos: qnĩmo nunquid hæreditario iure: an emphitheotico potius: uel precario titi⁹ uel sempronius occupet agelluꝫ: nũquid certum debitum: aut usurari um dicendum sit: Nũquid ardens fœmina solui possit a frigido uiro. magna sũt & egregia hæc: & ex gremio naturæ sublata. Præterea poe sis quã pauperes prælegere poetæ stabilis est & fixa scientia æternis fũ data atq; solidata principiis: ubiq; & omni tẽpore eadẽ: nec ullis unq̃ concussa motibus. Leges aũt non sic: non æquo iure uiuit cum æthyo pe sauromata. Non eadem legum auctoritas bello laborantibus atque læta pace quietis: necnon augent: sæpe minuunt que plurimũ potesta tis instituta municipalia legibus: cõstitutionesq; regnoruꝫ facit illas in

dictum iusticiu3 mutas.Senescũt etiam & moriũtur aliquando.Nã nõ nullæ iam dudũ in precio fuere pmaximo:quæ æuo nostro ant negle/ctæ sunt:aut omnino abolitæ:& sic non idem semper sunt ut conper/ta poesis:ex quibus ne plura dicam satis patet facultatem legum: non scientiam esse dicendam.Et quam præsit scientia facultati: prudentes nouerunt tam ueteres q̃ moderni.Insuper longeuum bonum præstat imitatoribus poesis:si bonum dicendum est:quod omnes optare uide mur:uitam.s.fama saltem:si non detur aliter in longeuum æuu3 dedu cere.Nam ut liquido constat:fere ĩmortalia sunt.cum nomine compo nentis carmina poetarum.Iuristæ uero:& si paululum splendeant ue/stibus:sæpissime moritur cum corpore nomen.Breue est ualuisse per sæculum:si sæcula numerentur Homeri.Et ut in optatum uenia3 nulli uidebitur dubium erudito prudẽter elegisse poetas:ubi minus iurispe riti in electione fuere prudentes insipientes effecti:dũ quod suum ẽ ui tium conantur in ĩmeritos retorquere.Pauperimos fuisse poetas ex eo dem quo supra fonte aurientes pleno effundũt ore: & potissime: cũ ip si sint doctissimi legistæ:quasi ĩfamis & detestabilis sit paupertas. Ma nifestum est equidẽ iurisperitos:ex lachrymis alienis:ex ærumnis:& alienis periculis:& persæpe miseriis:ut dictum est:auri iam multũ cõ flasse:& inde palliatos:fimbriatos:uaria tectos pelle:aureis coruscos clauis.Longa post tergum clientũ comitante caterua.Cum sic mortali um uelit dementia incedẽtes.Sic poetas:non ignauia sua:sed ĩnocẽtia & quia uolunt pauperes fuisse negari non põt:s3 ꝙ isti minime uolunt spectabiles insigni atq; perenni claritate fuere quod exemplis ostendis se non erit difficile.Certum habemus Homerum adeo inopẽ extitisse: ut non esset illi luminibus capto:unde sumptus puero duci posset ĩpen dere.Sed expecta pauxillum & uidebis nunquid hæc fuerit ornata pau ptas? Superato Dario potentissimo atq; ditissimo persaru3 rege ab Ale xandro macedone eius in medium uenere iocalia:iter quæ capsula au rea comperta est artificio & ornatu præciosissima.Hæc tam regis q̃ ꝓ cerum cõsensu unanimi nõ Alexãdri iocalibus: s3 Homeri uolumini/bus seruata est.Quis unq̃ tam splendidus phaleratis iuristis honor ĩ pensus est? Sarsinatæ bonorũ fortunæPlauto paupior nemo fuit:æge state qppe ut honeste uentrẽ pasceret ad molas manuarias præcio fati gabatur die.noctes in cõponendis comediis ducebat ĩ sõnes: quaꝝ nu merositas:& artificiũ egit:ut laurea uictorũ atq; triumphantiũ impe/ratoꝝ ĩsigne ꝑcipuu3 nõ paruipenderet eius quãtũcũq; paupis ambire comas.Cuius odor & uiriditas in eius nominis decus:ꝑseuerat usq; in hodiernum:ubi legum interpretum birreta auro non prohibente mu res & tineæ consumpsere.Ennio insuper brũdusino homini clarissimo tamen uati adeo tenues fuere substantiæ:ut in auentino unius tantum

ancillulæ contentaretur obsequio. Cuius seruitorum penuria honorũ
abundantia restaurata est: ex quibus cum de se famosissimus homo sit
unum tantum apposuisse mihi sufficit. Huius enim cum diem clausit
set corpus: scipiones: quorum fuerat amicitia usus suo sepelliri sepulchro
uoluere: Non aspernantes brundisini hominis cineres Corneliorum mi-
sceri cineribus. Præterea quis maronem Virgilium pauperem & lutisi
guli filium non audiuit: Fuit illi non amplius in bonis: q̃ patri' agell'
unus apud uicum anden: Cui dicunt pietola hodierni: haud longe mā
tuam non absq; litigio possessus. Cuius agētibus studiorum meritis Octa
uiani cæsaris orbi toto præsidentis amicitia usus est: a quo cum iussisset
moriens æneida igne cremari: ut seruaretur poema egregium: omnis le
gum auctoritas pedibus calcata est: & eleganti carmine iussum seruari
coliq;: Quis præcor legistarum quantũcunq; splendentiũ indicis lapil
lis & auro honor tam magnificus a tam glorioso principe īpensus est.
Veniebāt insuper plurimi læta paupertate: & honoribus æquis cōspi
cui. Sed exemplis finis imponendus est: Cum tā his: q̃ præmōstratis
rationibus satis ostendisse arbitror poetas prudentes: & quantuncũq;
pauperes splendidos etiā fuisse: eosq; perēni uiuere fama: ubi causidi-
corum opes & nomina tanq̃ fumus in auras abiere: necnō eisdē rōnibus
demonstrasse opus hoc si ualent poemata minime superuacaneum eē:
nec sudores meos friuolos componendo. Nūc aūt post hæc libet pau
lulū exire limen: si forte queam ob loquentiam in paupertatem frena-
re impetum. Est igitur paupertas quam multi fugiunt tanq̃ importabi
le malum: ut uulgo placet caducorum bonorum paucitas. Esto ego exi
stimem eam animi ægritudinem fore: qua & abundantes persæpe labo
rant. Prima quippe: si desyderio careat augendi: placida atq; optabi-
lis est: & eius infinita sunt cōmoda. Secūda uero pacis & quietis ē ho
stis misere crucians mentes: quibus īhabitat. Prima poetarum fuit. quos
isti pauperes uolunt: eis quippe dummodo esset qđ uite sufficeret satis
erat. Hac enim duce libertatem uolentes consequimur animi tranquilli
tatem: & cum his laudabile ocium: quibus mediis uiuentes in terris gu
stamus cælestia. hæc in solido sita est: nec fortunæ mundana uersantis
minas aut iacula timet: fulminet æther desuper: concutiat uētorū īpe-
tuosa rabies orbem: inundent campos imbres assidui: Diluāt flumina
sonet classicum: tumultuosa oriantur bella: Discurrant p̄dones undiq;
Hæc ruinas ridens & incendia dulci securitate lætatur. Hæc oraculo
Apollinis ī p̄sona Aglai sophidii parui possessoris agelli thesauris Gy
gis regis prælata est. Hac delectati poetæ ornare uirtutibus animum
meditationibus uacare cælestiũ: Altisonis carminibus poemata texere
& nomē sibi p̄petuũ q̃rere potuere. Hac delectatus Diogenes sui æui
splendidissimus Cynicorum princeps diuitias: quarũ abundantissimus

erat: omnes potuit largiri uolentibus: atq; largitus est. Doliumq; quasi uersatilem domum q palatia habitare maluit: & latucas siluestres suis lotas manibus mãducare: q Dionysio adulari: ut tuccetis uteretur re giis: hæc uoluntaria rerum abiectio: & claritas studiorũ ad se uisendũ euocasse potuere superbũ iuuenẽ: atq; iam animo orbis tenentem ĩpe rium Alexandrum macedonem eius amicitiam exquirenteꝫ: & frustra munera ingentia efferentẽ. Hac delectatus Xenocrates ortulo conten tus modico: eiusdem iuuenis animum monuisse potuit in desideriũ be niuolentiæ suæ q insigni legatiõe atq; donis regiis postulauit. Hac de lectatus Democritus patrios agros & ĩnumerabiles opes rei pu. athe/ niensium ultro concessit: satius ducens cũ paupertate studiorũ liberta te letari: q opum seruili cura uexari. Hac delectatus Anaxagoras dul cedine tractus philosophiæ potuit ingentia prædia neglexisse: asserẽs quoniã seipsum perdidisset: si illaꝫ colere uoluisset. Huius opere Amy clas pauper nauta nocte in littore solus clamantẽ Cæsareꝫ cuius uocẽ superbi timebant reges ad hostium gurgustioli atq; pulsantẽ audiuit ĩ terpidus. Sic & pauper Aruns flagrante italia omni ciuilis belli incen/ dio inter marmoreos lunæ montes cæli solis lunæq; prospectans mo tus stetit ĩpauidus. Hæc non intuẽtur: q paupertatẽ lacerant fugiũtq; Dicant oro si oportuisset Homerũ de re agraria cuꝫ uilico litigare aut de domestica a curatore domus rationem exigere: quando iliacũ exco gitasse carmen: & nomen suum claritate sydera floridum in hodiernũ usq; protendere potuisset? Quando Virgilius? Quando reliqui poeti/ cam cum paupertate sectantes? Non igitur illam spreuerũt amicti pur pura: eo q palliastro tenui tecta procedat. Nam rite studentium pri/ ma gloria est: nescio quippe: immo scio quid referat corpus ornasse ue stibus aureis: si mens uitiorum labe sordescit: nec ut arbitrantur anxia comitati turba sola procedit. Hanc uates semper laureis insigniti pro/ sequuntur: & sæpe nominatus Homerus. Esiodus. Euripides. Ennius. Terentius. Virgilius. Flaccus. Aliiq; plures diuinis ornauere carmini bus. Sic põpa tamen fulgidiori palmatis induti tunicis Camilli. Quintii curtii. Fabritii. Scipiones. Catones inuidia olim & gloria facinoruꝫ q auro ditiores splendidis comitantur triumphis eamq; excælsis prepo suere regibus: orbis præfecere ĩperio. Sic ergo sociatam: sic ornatã so lam squalentẽq; periti iuris dicent incedere. Secunda insuper pauptas eorum profecto est: qui eam tanq hostem conantur effugere: non ad uertentes dũ maiori conatu sequũtur diuitias ueræ proruant pauperta tis ĩgremiuꝫ. Precor quid aliud paupertas est q summa in abundantia angi desiderio congregandi? Tantalum ne diuitem dicam si cibis circũ datus & poculis fame sitiq; pereat? Absit: pauperimus habendus est. Sꝫ cõcedamus legistis nostris opulẽtiaꝫ dari: & qd ex inde uoluptatis

poſſint aſſumere uideamus ſi experientiæ credimus aſſidua ardẽtiqꝫ ſẽ
per præmuntur ſolicitudine:qui diuites nuncupantur.Si appareat ĩ ae
re nubecula confeſtim pluuiaꝫ ſuſpicatur:& timet anxius ne nimia cor
rumpantur ſata:ſi uentus excitetur:ne euellantur arbuſta:aut ædificia
impellantur paueſcit.Si ſuſcitetur in terris incendium ne in ſuas euolet
ædes timore labaſcit.Si bellum naſcatur armentis gregibuſqꝫ ſupimi
nere rapinam miſer ariolatur.Si concordia ex litigiis oriaẽ tanq̃ꝫ ſuum
infortunium ingemiſcit. Amicoꝝ inuidiã:Latronũ aſtuciã:Raptoruꝫ
uiolentiã:affiniũ ĩſidias:tumultuſ ciuicos:Secordia uexatus aſſidua ex
paueſcit.Poſſẽ ſupaddere multa:q̃ nõ ſolũ diuites hos pauperes faci-
unt:ſꝫ egenos.In lubrico poſita ſũt fortunæ bona:nullo certo firmata
ſubſidio.Deſiſtãt ergo ĩ benemeritos ĩſultũ facere miſeri:uideãtqꝫ:ut
litigii cauſã auferẽt oẽꝫ:nil ſecũ uates uoluiſſe cõe:illi turbæ lis ĩmix
ta:& frequẽtia fori apd' roſtra ĩſiſtũt clãoꝛ̃ uẽali Poetæ ĩ ſiluis & ſolitu
dinib' ocia meditatõib' terũt.Illi ſontiũ crimĩa rupido exq̃rũt aĩo.Iſti
illuſtriũ carmine extollũt clara facinora.Illi totis affectib' cupiũt auꝝ
Iſti totis uiribus gloriã q̃runt & inclytã famã: & ne plurib' ĩſtẽ:ſatis
hæc iter ſe diſtãtia ſũt.Quæ ſi uos oĩuꝫ reꝝ iudices mouere ñ pñt:ut
loquamini moderatius in poetas:moueat uos ueſtri Solonis auctoritas
qui ex ãpliſſimo legũ latore in poeſim iã ſenex uoluntarius euolauit.

Qui ſint & q̃ꝫ multa poetis quidam apponant. Ca. V.

St præterea ſereniſſime regum:ut tu longe melius noſti diuino
munere domus in terris cõpoſita ad inſtar cæleſtis concilii ſacris
tantum ſtudiis dicata:in hac ſublimi inſolio ex dei miſſa gremio philo
ſophia rerum magiſtra præſidet auguſta facie & diuino ſplendore con
ſpicua regiis induta ueſtib' & aurea inſignita corona.nec aliter q̃ꝫ mor
talium imperatrix cũ prima ſiniſtra libellos & dextra regale baiulat ſce
ptrum:& diſerto ſermone audire uolentes:qui ſint laudabiles hominũ
mores:quæ naturæ parentis uires:quid uerum bonum & cæleſtia do-
cet archana.Quam ſi intres non eſt dubium quin ſacrarium omni re-
uerentia digniſſimum uideas:& ſi circunſpectes quicquid humana poſ
ſunt agere ſtudia quicquid ingenia ſpeculari:quicquid comprehende-
re intellectus:uidebis liquido & adeo miraberis:ut tecum ducas unuꝫ
totum continens domum eſſe:immo ipſam fere diuinæ mentis effigieꝫ
& inter alia ſumma ueneratione digniſſima ſunt ibi poſt dominam cæl
ſiori in ſede locati homines:non multi tñ:mites aſpectu: atqꝫ eloquio
etiam morum grauitate tanta honeſtate atqꝫ uera humilitate ſpectabi
les:ut credas deos potius q̃ꝫ mortales.Hi iaꝫ præſidentes dogmatib'
pleni abunde aliis ingerũt q̃ nouerũt.Eſt & Alia multitudo pſtrepens

uariarum quidem hominum specierum: ex qua nonnulli omni abiecta superbia uigiles mandatis insistunt si forte studio quærant in altiorem deuenire gradum. Alii uero sunt: qui fere rerum principiis auditis elato animo in uestes imperatricis uncas iniciunt manus: & acri uiolentia quibusdam subreptis periculis uariis insigniti titulis: quos nonnunq̃ extra domum uenales cōperiunt: non aliter q̃ si mentem oēm diuinitatis percœperint fastu quodam inflati: ex sacra se proripiunt æde. Quanto tamen cum detrimento insipientum prudentes aduertunt. Hi autem aduersus quascunq̃ bonas artes cōiuratōne unanimi facta: ante alia conantur fingere bonum uirum. exterminant aūt facies suas: ut appareāt uigilantes: incedunt insuper deiectis in terram oculis: ut nūq̃ a meditationibus seperari uideantur. Tardo tamen feruntur gradu ut sub pōdere sublimium speculationum nimio ab insipidis titubare credantur: honesto uestimentorum utuntur habitu: non quia mens honesta sit sed ut ficta sanctitate decipiant perrarus est sermo illis grauisq; rogati nō absq; præmisso suspirio & tēpusculo interposito: ac eleuatis in cælum oculis paululum responsa concedunt. Volentes ex his a circūstantibus arbitrari: quia longinquo supercælestium sanctorū archano non absq; difficultate uerba deducant in labia quæ sunt dicturi. pietatem: sanctitatem & iustitiam profitentur: prophetico persæpe utentes: uerbo. s. zelus domus dei comedit me. Hinc ad ostentationem suæ admirandæ scientiæ procedentes quæ nō nouerunt oīa damnant nec frustra. O faciūt enī seu ut non interogētur de quibus respondere nescirent: seu ut tāq̃ uilia & minora & a se cognita despexisse atq; neglexisse uideantur & uacasse maioribus. His autē decipulis captiuatis insipientū iudiciis ciuitates ambire secularibus se miscere negociis: conscilia præstare: connubia tractare: comessationibus interesse: testantiū dictare tabulas: testamentorū executiones assumere: & multa minus philosophos decentia agere præsumptuose incipiunt atq; prosequunt: ex quibus fit: ut in famosam uulgi famā quādoq; deueniant: ex qua tanta tumiditate turgescunt ut incedentes cupiant a uulgo digito demōstrari: & longe magis audire: quia pergrandes magistri sint: uidere q eis assurgant præsidētes in triuiis: eos rabi uocitent: salutent: inuitent: præponant: atq; pficiant. ex his omni consideratiōe deposita audēt oīa nec uerētur in alienas messes falces īmittere suas: ex quo fit: ut dum cætera præter sua ignominiose deturpare conantur: interueniat aliquando de pœsi & pœtis colloquium: quorū audito nomine tanto repente accendantur furore: ut igneos oculos illos habere diceres. Nec possunt consistere: fremunt: agunturq; impetu. Demum quasi aduersus eos non aliter q̃ in letales hostes coniuratum sit: nūc in scholis: nūc in plateis: nūc ī pulpitis auscultāte nōnūq̃ uulgo inerti in eos insano clamore prorumpūt

ut non de innocuis tantum: sed & de se timeant circũstantes: & aiunt pœsim oĩno nullã: aut futilem facultatem atq͛ ridiculam: Poetas homines esse fabulosos: immo illos: ut despectiori utantur uocabulo nõnũq͛ fabulones appellant: Rura siluas & montana colentes: eo q͛ moribus nec urbanitate ualeant. Præterea eorum pœmata esse dicunt obscura nimis atq͛ mendacia lasciuiis plena: & deorum gentiliũ nugis atq͛ ineptiis referta: Asserentia Iouem quendam adulterum & spurcidũ hominem: nuuc deorum patrem: nunc cælorũ regem: nunc ignẽ: nũc aerem: nũc hominem: nunc taurum: nunc aquilam: & huiusmodi ĩcõuenientia. Sic & Iunonem & alios infinitos eos multorum nominum celebres facientia. Mentium insuper seductores clamitant esse poetas ac suasores criminũ: & ut turpiori si possint cõmaculent nota. Prædicunt eos philosophorum simias esse: Firmantes inde pœtaruꝫ libros legisse aut tenere prægrãde piaculum: ac nulla facta distinctiõe auctoritate: ut aiunt fulti platonis eos ne dum e domibus sed ex urbibus eẽ pellendos: & eorum scenicas meretriculas Bœtio approbante in exitiũ usq͛ dulces detestabiles fore: atq͛ eiiciendas una cum eis & renuẽdas omnino. Quid multa: longum nimis esset omnia in medium deducere quæ illis exitiale odium infestante inuidia dicenda furentibus parat: Ad hos tam celebres iudices: tam æquos: tam mites: tã fauorabiles satis credendũ est princeps inclyte deueniet opus nostruꝫ: q͛d scio circũdabunt more leonis famelici: ut inueniant quid deuorent: & quoniam omne poeticum est: non expecto mitiorem sententiaꝫ q͛ irati fulminent in poetas: nec scio quibus spiculis pectus opponam: nisi eis q̃ uetus odium demonstrauit: illa conabor repellere. O bone deus sis tã indiscretis tam inconsideratis clamoribus obuius: & horum dementiã obsiste furori. Et tu etiam rex optime (quoniaꝫ ad tritones uentum est generosi pectoris tui uiribus adsis: fer opem militanti tibi: nunc animis opus est: nuuc pectore firmo: acuta et uenenata: nec roboris tela istorum sunt: Nam si inepti sint iudices alias tamen ualent: & iõ horreo & tremisco nisi deus primo: qui non deserit sperantes in se: Et tu inde faueris: & tenues mihi uires sunt & ingenium debile: sed spes ingens subsidii qua fretus in eos irruaꝫ comitante iustitia cordi ingerere iam audaciaꝫ sentio.

Pœsim esse utilem facultatem. Ca. vi.

Ynnasium pusillus intraturus homo aduersus has gygãteas moles firmantes auctoritate qua possunt: aut nullam: aut futilem facultatem fore pœsim. Si perconter ante alia quid nam sit poesis: seu circa q͛d eius uertetur officiũ nil aliud fecisse reor: q͛ ĩ scirpo quæsisse noduꝫ. Sed quoniam faciendũ est: quæso: ut id aperiant hi facultatuꝫ omniũ præceptores egregii ut appareat: circa q͛d nostrũ uelint uersari

ʒ

certamen. Scio obstinata fronte nullo unq̃ perfuso rubore ridentes ĩ quient quod paulo ante male dictum est. O bone deus adsis: & has ri diculas obiectiones aduerte: & in melius eorũ dirige gressus. Dicunt ergo damnantes pœsim eam omnino nullam esse: quod si sic est: scire uelim unde iam dudũ tot illustres uiri sibi poetæ quæsiuere nomen: Vnde poematũ multa uolũina: Vñ hoc nomen poesis ortũ ẽ: Si poe sis nihil est. Certe si respõsuri aliquid sint: per ambages ituros reor cũ nihil aliud queant iure respodere: q̃ q aduersus inanem positionẽ su am sit. Certissimũ enim est: ut post hæc suo loco monstrabitᷣ hanc ut cæteræ disciplinæ a deo aquo sapientia oĩs inicium habuisse: & uti reli quæ ab effectu nomen sortita est: a quo demũ celebre pœtarũ nom̃ deriuatum: & inde pœmatũ pœtis. Quibus stantibus nõ omnino ni hil: aut a ebant uidere esse a pœsis. Quæ si scientia est: quid inquient sophistæ clamosi: Credo paululũ retrahent pedẽ: uel potius in secun dam obiectionis partẽ ob disgregatiuam copulam transuolantes inq ent si facultas est: futilis facultas est. O ridiculum rancidulum satius tacuisse fuerat: q̃ uerbis friuolis in errorem sese percipitasse maiorem Nõne uident ignari ipsũ nominis huius facultatis scilicet significatũ semper aliqualem plenitudinẽ demonstrare: Sed de hoc alias. Et quæ so exprimant elegantes hi uiri quo iure pœsis facultas dicenda sit fu tilis: cum eius instigatione opitulante diuina gratia tot extant clara uo lumina: tot memoranda pœmata: tot inuenta perlucide atq̃ peregri na: obmutescent equidem: si patientur inanis ostentationis uredo. Si quid obmutescent dico: mori mallent q̃ ueritatem nedũ extremis la biis: sed taciturnitate fateri: in diuerticulũ aliud irruent: & suo interp̃ tantes iudicio hunc dicent adiectione futilẽ intelligendum fore dãno sam atq̃ detestabilem: eo q pœmata a pœsi uenientia deorum suorũ cantent illecebra & infanda suadeant. Esto possit hæc interpretatio re probari cum futile: non sit quod est illecebris plenũ poterat tã æquo aĩo tollerari: sꝫ quod ob eam uolunt posset ratione fateri cũ confitear ultro nõnulla forte pœmata id quod asserunt exprimentia: q̃obrẽ si mala spẽs posset bono generi derogare: uicissent. Sed depræcor si pra xiteles: aut phydias sculptura doctissimi ĩpudicum sculpserint priapũ in Iolem nocte tendentẽ potius q̃ spectabilẽ honestate Dianam. Aut si contingat apelles: seu noster ioctus quo suo æuo non fuit apelles su perior. Martẽ se Veneri ĩmiscentẽ potius q̃ Iouẽ diis ex trono iura præbentem has artes damnãdas fore dicemus stolidissimum esse fate ri lasciuientium quippe ingeniorem culpa hæc est: Aequo modo iam dudũ nõnulli fuere poetæ si tales poetæ dicendi sunt: qui seu ratione quæstus seu ad gratiam populi promerendã sic ex eo exquirẽte sæcu lo & illecebri suadẽte lasciuia: qui honestate ommissa in has ineptias

corruere. Quæquidem damnandæ detestãdæ & abiiciendæ: ut lati⁹ p⁹ dicetur. Ob hoc tamen quorundam fingentium scelus non est uniuersalis damnanda poesis: a qua tot in uirtutes suasiones & poetarum monita atq; documẽta legimus ab his qbus curæ fuit cælestes meditationes sublimi ingenio ac summa cum honestate & stili atq; uerborũ ornatu describere. Sed quid multa: Est non solum aliquid sed sciẽtia ueneranda poesis. Et ut sepius in præcedentibus uisum est & in sequẽtibus apparebit: non futulis sed succi plena facultas ẽ: sensus uolẽtibus ex fictionibus ingenio præmere. Et sic patet ne longius protrahamus sermones primo certamĩs ĩgressu duces hos terga dedisse: eos q̃ modico labore nostro areã liquisse duelli. Sed qd poesis sit explicãdũ est ut ipsi uideãt q; stolide opinẽtur illã futilẽ facultatem.

Quid sit poesis: & unde dicta: & qd offm̃ est eius. C. vii.

Oesis est quã negligẽtes abiiciunt & ignari. Est feruor quidã; exquisitæ inueniendi atq; dicendi seu scribendi quod ĩueneris. Qui ex sinu dei procedens paucis mentibus (ut arbitror) in creatione cõceditur. Ex quo quoniam mirabilis sit: rarissimi semper fuere poetæ. Huius enim feruoris sunt sublimes effectus: ut puta mentem in desyderium dicendi compellere: peregrinas & inauditas inuentiones excogitare: meditatas ordine certo componere: Ornare compositum inusitato quodam uerborum atq; sententiarum: contextu: uelamento fabuloso atq; decenti ueritatem contegere. Præterea si exquirat inuentio: reges armare: in bella deducere: e naualibus classes emittere: cælũ terras & æquora describere: uirgines sertis & florib⁹ ĩsignire: act⁹ hoĩu; pro qualitatibus designare: irritare torpentes: desides animare: temerarios retrahere: fontes uincere: & egregios meritis extollere laudib⁹ & huiusmodi plura: Siquis autem ex his quibus hic infunditur feruor hæc min⁹ plene fecerit iudicio meo laudabilis poeta nõ erit insup quã tũcũq; urgeat animos quibus infusus est perraro impulsus cõmẽdabile perficit aliqd si instrumenta: qb⁹ meditata pfici cõsueuere defecerit ut puta gramaticæ præcepta atq; rhetoricæ: quorum plena notitia opportuna est: Esto nonnulli mirabiliter materno sermone iam scripserint & per singula poesis officia peregerint: hinc & liberalium aliarum artium: & moralium atq; naturalium saltem nouisse principia est necesse: necnon & uocabulorum ualere copia uidisse monimenta maiorum: ac etiam meminisse hystorias nationum & regionum orbis marium: fluuiorum: & montium dispositiones. Præterea delectabiles naturæ artificio solitudiues opportunæ sunt: sic & tranquillitas animi & sæcularis gloriæ appetitus. & persæpe plurimu; profuit ætatis ardor Nam si deficiant hæc nonnũ q; circa excogitata torpescit ingeniũ. Et quoniã ex feruore hoc ingeniorũ uires acuẽte atq; illustrãte nihil nisi

artificiatum procedit: ars utplurimum uocitata pœsis est. Cui⁹ quideꝫ pœsis nomen non inde exortum est: unde plurimi minus aduertenter existimant.s.a poyo poys quod idem sonat quod fingo gis.quinimo a poetes uetustissimum græcorum uocabulum latine sonās exquisita lo cutio.Nam primi qui inflati spiritu exquisite rudi adhuc sæculo cæpe re loqui: ut puta carmine: tunc omnino loquendi genus incognituꝫ ut sonorum auribus audientium etiam uideretur: illud pensatis modera/ uere temporibus: & ne delectationeꝫ nimia breuitate subtraheret: aut longitudine plurima luxurians tedium uideretur inferre: certis mensu ratum regulis: atq; intra diffinitū pedum & syllabarum numerum co ercuere.Sane quid ex hoc tam accurato dicendi ordine prosilibat: nō dicebat̃ pœsis amplius sed poema: & sic: ut iam diximus: taꝫ arti : q̄ artificiato ab effectu nomen cōsecutum ē.Inquient forsan isti obiurga tores plucidi: & si dixeriꝫ scientiaꝫ hanc ex dei sinu recentibus adhuc aīabus infundi: se nole uerbis meis satis præstare fidei: quib⁹ satis ro boris æquis aīs quæ uidemus assidue poterant præstitisse: sꝫ adhuc æ/ gemus testibus.Si ergo legerint quid Tulius cicero hō philosophus ñ poeta dixerit in ea oratione quā apud senatuꝫ habuit pro Aulo licinio archia: in fideꝫ forsan faciliores deuenient. Dicit enim sic. Atq; sic a sūmis hoībus eruditissimisq; accipimus: Cæterarum reruꝫ studia atq; doctrina & præcæptis & arte constare poetam. Natura ipsa ualere: & mentis uiribus excitari & quasi diuino quodam spiritu inflari &c.Er/ go ne orationem longius protraham: satis apparere pōt: piis hoībus poesim facultateꝫ esse & ex dei gremio originem ducere: & ab effectu nomen assumere: & ad eam insignia atq; fausta multa spectare: quib⁹ ipsimet negantes utuntur assidue : Si quærant ubi uel quādo improp tu est: fateātur ipsi quo duce: Cuius opere fictiones suas ipsi cōponāt dum scalas gradibus distinctas in cælum erigunt: duꝫ ꝓceras arbores ramorū fæcūdas æque ad astra producūt: dū montes in excelsuꝫ usq; circuitionibus ambiūt: dicent forsan ut huic a se incognitæ detrahant quo utuntur rethoricæ opus esse: quod ego pro parte non inficiar.hēt enim suas inuentiones rethorica.Verū apud tegumenta fictionuꝫ nul læ sunt rethoricæ partes.Mera poesis ē quicquid sub uelamento com ponimus: & exquiritur exquisite.

Qua in parte orbis prius effulxerit poesis. .C.viii.

I mi rex qua sub cæli plaga: quibus sæculis: Cui⁹ opere hæc pri mo comparuerit in terris exquiras. Vix credo satis certum posse dari responsum.Quidaꝫ aūt existimati sunt hanc cuꝫ sacris cerimoni is ueteruꝫ originem habuisse: & sic apud hebreos exortam: eo ꝙ ab e is primo deo sacrificium oblatuꝫ sacræ testantur litteræ.In qbus legit̃ Caym & Abel fratres & primos natos orbis homines deo sacrificasse

Sic & Anoe undis cathaclysmi cessantibus eo arcaꝫ exeūte deo sacrū fuisse confectum. Præterea: & ab Abraam superatis hostibus: dū mel chisedech sacerdoti uinum obtulit atq; panem: Sane cuꝫ ex his quod quæritur nō sūmantur dato uaticinantes potius q̄ probantes asserāt minime arbitrandum sacra hæc absq; ulla uerborū prolatione confe/cta subiungunt a moyse. Cuꝫ sicco pede una cō populo israel: Rubrū superasset mare integre peractum: cum legamus eum sacra & sacerdo tes & tabernaculum instar futuri templi erectum: & orationes quibus placaretur diuinitus inuenisse: quibus aspectis uidebitur non ante mo ysis ducis israelitarum tempus pœsim apud ebreos habuisse principiū Quiquidē circa finem uitæ Marathi regis sicioniorum: qui diem obiit anno mundi. III. Mil. DCLXXX. populum eduxit: & sacra confecit Sunt & alii gloriam hanc babyloniis largiri uolentes: Quos īter uene tus puteolanus episcopus hystoriarum inuestigator permaximus erat asserere consuetus dicacitate prolixa pœsim moyse longe antiquiorē utputa nembroth temporibus ortam: dicebat enim eum primum ido latrie inuentorem: eo q̄ cum ignem mortalibus ad commodum uidis set: ac ex motibus eius atq; murmurationibus uariis futura quædam cognosceret eum deū fore firmabat: & ob id loco dei non solū coluit caldeis que suasit: uerum illi templa construxit: sacerdotes ordinauit: & præcationes etiam adinuenit: quibus in præcatiōibus ostēdebat eū exquisito usū eloquio: quod possibile est: esto unde sūpserit n̄ explica ret liq̄do. Ego autē & si sæpissime legerī apud Asyrios religiōis cultū philosophiæ studium & armorum gloriam primo fuisse: Non tamen absq; alio fide digniori testimōio facile credā apud barbaras & adeo immanes nationes originem habuisse artificium tam sublime. Græci insuper apud se exortam poeticaꝫ autumant: ut totis uiribus affirmat Leontius: in quam credulitatem & ego paululum trahor: memor ali/quando ab inclyto præceptore meo audiisse penes priscos græcos ta/le huic fuisse principium. Nam cum primo inter rudes adhuc homīes nonnulli cælsioris ingenii cæpissent naturæ parentis opera admirari: & inde per meditationes sensum intrare credulitatē aliquē unum esse Cuius opere & imperio gubernarentur et ordinarent̄ cuncta q̄ cerne rent: et eum unum uocauere deum. Deinde existimātes euꝫ nonnunq̄ terras incolere arbitrati sanctum fore: ut diuerticula suo nomini dica ta ueniēs inuenerit ei sacras ædes erexere: & sūptu permaximo con/struxere: quas nos templa dicimus hodie. Inde ut eum erga se propi/cium facerent quosdaꝫ honores præcipuos excogitauerūt. Illis statu/tis temporibus fiendos quos dixere sacra. Demuꝫ quoniā quātū cæte ris præualere diuinitate rati sunt tantum præcæteris honorandam cō stituēdas eius in sacris argenteas mēsas & aureas phyalas: cādelabra

& aurea quæcũq; uaſa & ex prudẽtioribus atq; nobilioribus ppl'i ho/
mines: quos dixere poſtea ſacerdotes: eoſq; in ſacris conficiendis nõ
uulgaribus quinimo præcioſiſſimis ueſtibus & thiaris atq; lituis inſi/
gnes eſſe uoluere. Tandem quoniã uideretur abſurdũ mutos tacitoſq;
põtifices deitati exhibere ſacra uoluerũt uerba cõponi per q̃ ipi' dei
tatis laudes & magnalia monſtrarentur: & populi uota exprimerẽtur
& præces ſecundum opportunitates hominũ porrigerentur eidem: Et
quoniã appareret incõgruũ: non aliter q̃ ſi cu; uilico aut ſeruulo ſeu
contubernali amico loquereris diuinitatem alloqui uoluere prudentio
res: ut exquiſitus loquendi modus inueniretur: quem excogitandum ſa
cerdotibus cõmiſcere. Ex quibus aliqui pauci tamen: quos interfuiſſe
creduntur Muſæus Linus & Orpheus quadam diuine mentis inſtiga
tione cõmoti carmina peregrĩa menſuris & temporibus regulata finxe
re: & in dei laude; inuenere: in quibus: ut amplioris eſſent auctorita/
tis ſub uerboru; corticæ excælſa diuinoru; myſteria poſuere: uolẽtes
ob hoc ne talium ueneranda maieſtas ob nimia; uulgi notitia; incontẽ
tus præcipicium efferretur: quod artificiu;: quoniam mirabile uiſum
eſt: & eo uſq; in auditum: ut prædiximus ab effectu uocauere poeſim
ſeu poetes: & qui compoſuerant poetæ uocati ſunt: & quoniam nomẽ
etiam fauet effectui creditur: ut ommitamus additum carminibus can
tum & reliqua apud græcos originem habuiſſe poeſim. De tẽpore ue
ro ambigitur plurimũ. Dicebat. n. Leontius a Barlaa; calabro præcep
tore ſuo: & aliis eruditis uiris in talibus audiſſe ſæpi' tẽporibus Pho
ronei argiuoru; regis q ãno mũdi. iii. mil. ccclxxxv. regnare cœpit Mu
ſæu; quẽ ex inuentoribus carminũ unũ diximus inſignẽ apud græcos
fuiſſe uirũ: & eodẽ fere tempore floruiſſe Linũ: de quib' adhuc fama
ſatis celebris eſt: quæ eos apud nos etiã teſtatur ſacris præfuiſſe uete
rum: & his etiã additur Orpheus thrax: & ob id primi credunt' theo
logi. Paulus aũt peruſinus longe iuniorem poeſim eſſe dicebat nõ mu/
tatis auctoribus aſſerens Orpheũ: qui ex antiqnis inuentoribus ſcribi
bitur unus temporibus Laomedontis troianoru; regis claruiſſe: circa
ãnos mũdi. iii. mil. dccccx. Euũq; Orpheũ & argonautis fuiſſe : & ñ ſo
lũm ſucceſſore; Muſæo ſed eiuſde; Muſæi Eiumolphi filii fuiſſe magi
ſtrum. Quod etiam in libro temporum teſtatur Euſebius: Ex quo pa
tet: ut dictum eſt longe iuniorem q̃ diceretur apud græcos eſſe poe/
ſim. Attamen adhæc reſpondebat Leontius arbitrari a doctis græcis
plurimos fuiſſe Orpheos atq; Muſæos. Verum illum ueterem Mu
ſæo ueteri atq; Lino contemporaneum græcum fuiſſe: ubi Thrax iu
nior predicatur. Sane quoniam hic iunior Bachi orgyam adinuenit:
& Menandrum nocturnos cætus: & multa circa ueteru; ſacra innoua
uit & plurimũ oratione ualuit: ex quibus apud cœuos ingentis exiſti

mationis fuit a posteris primus creditus est Orpheus: cui opioni for/
san adherēdum est cū quorundam ueterum testimonio constet etiam
ante natum Iouem cretensem nonnullos fuisse poetas: cum post raptā
a Ioue Europam per Eusebium constat claruisse Orpheum thracē cū
igitur inter se sic discordantes sint: nec ullum satis ualidū testimoniū
ex antiquis auctoribus ad coroborandas opiniones suas inducant: nō
satis certum habeo cui fides præstanda sit. Apparet tamen ex tempo/
ribus descriptis si Leontio credendum sit apud græcos poti⁹ q̄ apud
hebreos: & si ueneto apud caldeos prīo q̄ apd' græcos apparuisse poe
sim. Si uero Paulo fidem prestare uel mus sequetur Moysen prīo q̄
Babylonios: aut græcos eiusdē fuisse magistrū. Ego aūt quantūcūq̄
Aristotelis dicat ratione forsan superiori tractus poetas primos fuisse
theologos existimans eos græcos intellexisse: quod aliquale adminicu
lum opinioni Leontii uidetur afferre: Non credam huius poesis subli
mos effectus: sinamus inbelua illa nembroth: sed nec in Musaeo seu
Lino uel Orpheo quantuncunq̄ uetustissimis poetis nisi: ut arbitran/
tur aliqui Musæus & Moyses unum & idem sint: primo infusos: quin
immo in sacritissimis & deo dicatis prophetis: cum legamus Moysen
hoc parcitum: ut reor desyderio pentha euci partem maximam nō so
lum stilo sed heroico scripsisse carmine spiritusancto dictante. Et sic a
lios nonnullos æquo modo magnalia sub metrico uelamīe litterali qd'
poeticum nuncupamus finxisse. Quorum ego nec forsan insipide reor
poetas Gentiles in componendis poematibus secutos uestigia. Verum
ubi diuini homines sancto pleni spiritu eo impellente scripsere: & sic
alii ui mentis unde uates dicti hoc urgente feruore sua poemata cōdi/
dere. Tu aūt rex inclite cū nil aliud circa hui⁹ originē qd dicā habeā
tuæ serenitatis iudicio summe quod libet.

Cōposuisse fabulas apparet utile potius q̄ damnosum. C. ix.

Sserunt īsup hi boatores magnifici poetas fabulosos hoīes esse:
& ut deiectiori seu detestando magis utantur uocabulo: stomacā
tes illos aliquando uocitant fabulones. Nec dubitem qui ignaris exe/
cranda plurimum talis uideatur obiectio. Ast ego floccifacio: non hē
aliquorum linguæ spurcicies illustrium uirorum gloriosum nomē infi
cere: Doleo q̄ uidens hos liuore parcitos ī īnocuos sese ī frenes effer
re. Sed quid tandem concedo fabulosos. i. fabularum compositores eē
poetas: nec hoc ignominiosum existimo nisi uti formasse philosopho
sillogismum. Nam si ostendatur quid sit fabula: & quæ fabularum sint
speties et quibus hi fabulones usi sint: Reor non adeo p̄grande pia
culū uidebitur (ut hi uolunt) fabulas cōdidisse. Fabula igitur ante alia a
for faris honestam sumit originem & ab ea confabulatio quæ nil ali/
ud q̄ collocutio sonat quod satis per Lucam in euangelio demōstrat

dum dicit de duobus discipulis post Christi passionem euntibus in ca
stellum cui nomen Emaus sic aiens: Et ipsi loquebantur adinuicem de
his omnibus quæ acciderant: & factum est: cum fabularentur & secū
quærerent: & ipse Christus appropinquans ibat cum illis &c. Et si cō
fabulari sanctis hominibus non imputatur in uitium: non erit fabulā
composuisse peccatum. Sed cedamus paululum his: superuacaneum ē
composuisse fabellas non inficiar: si simplices tantum poetas fabulas
composuisse concesserim: uerum nusq̄ legentur: qui ab ītelligenti ho/
mine cognoscatur aliquid magni sub fabuloso cortice paliatum: & ob
id consueuere nonnulli sic fabulam diffinire. Fabula est exemplaris
seu demonstratiua sub figmento locutio: cuius amoto cortice patet in
tentio fabulantis. Harum quadruplicem fore speciem credo. Quarum
prima omnino ueritate caret in cortice: utputa quando animalia bru/
ta: aut etiam insensata inter loquentia inducimus: & auctor harum p
maximus fuit Aesopus uir græcus antiquitate ac etiā grauitate ueue
rabilis: & dato his non solum ciuile uulgus sed etiam agrestes utantur
ut plurimum non fastidiuit aliquando suis libris inserere Aristotilem
cælestis ingenii uirū & perhipateticorū principem philosophorum. Se
cunda aūt species in superficie nōnunq̄ ueritati fabulosa cōmiscꝫ: ut
si dicamus Minei filias nentes spernentesq̄ orgia bacchi ī uespertilio
nes uersas. Has aūt a primæuo uetustissimi inuenere poetæ quibus cu
ræ fuit diuina & humana pariter palliare figmentis: & qui poetarū sub
limiores secuti sunt in melius euexere posito nōnulli comici depraua/
uerint eas magis de assensu lasciuientis uulgi q̄ de honestate curauerī
Species uero tertia potius hystoriæ q̄ fabulæ similis est: hac aliter: &
aliter usi poetæ cælebres sunt. Nam heroici q̄tūcūq̄ uideantur histo
riam scribere: ut Virgilius dum æneā tēpestate maris agitatū scribit
& Homerus alligatū malo nauis Vlixē ne a syrenarū cātu traheretur
longe tamen aliud sub uelamine sentiunt q̄ monstretur. Comici insu/
per honestiores: ut Plautus atq̄ Terentius hac consabulandi specie e
tiam usi sunt: nil aliud præter quod littera sonat intelligentes tamē ar
te sua diuersorum hominum mores & uerba describere: & interim lec
tores docere & cautos facere: & hæc si de facto non fuerint cum cōia
sint: esse potuere uel possent. Quarta quidem species nil penitus insu/
perficie nec in abscondito ueritatis habet cum sit delitiarum uetularū
inuentio: ex quibus si hi redargutores eximii primam speciē damnēt
quod etiam sacris litteris legimus ligna. scilicet siluarum de constituē
do rege sibi habuisse coloquium damnandū etiam ueniet. Si uero re/
probetur secunda: omne fere sacrū ueteris testamenti uolumen ueniet
reprobandum: quod absit: cum eodem passu in eodem scripta: cū ædi
tionibus poetarum uideantur incedere: & hoc q̄tum ad componendi

modum. Nam ubi absit historia neuter de possibilitate superficiali cu
rat: & q poeta fabulam aut fictionem nuncupat: figuram nostri theo/
logi uocauere: Quod nunquid ita sit uideant iudices æqores æquo pō
derantes libramine superficem litterarum uisionum Isaie: Ezechielis:
Danielis & aliorum sacrorum hominum & poetarum postea fictionū
Et si in ritu contingēdi uideant discrepātes: damnationi consentiam:
Si tres quod nequeunt dixerint esse damnandam nil aliud erit q̄ eam
sermonis spetie damnasse qua sæpissime usus est Iesus Christus dei fi
lius Saluator noster dum esset in carne: q̄q̄ non eo pro poetæ uoca
bulo sacræ uocitēt litteræ quinimo uocauere parabola: ī nōnulli exē/
plū dicūt eo p ratione exēpli dicatur. Quod autem quattuor dānētur
cū a nullo satis cōgruo uideatur principio moueri: neq alicuius artis
uallari suffragio: aut finem ordine deduci debitum non magnificio. n̄
enim in aliquo cum fabulis poetarum conueniunt: & esto credam re /
dargutores hos arbitrari poeticas ab illis in nullo differre. Nunc quæ
so nunquid sanctum spiritum fabulonem: nunquid Christum deum di
cturi sint? qui ambo sub eadem deitate fabulas edidere. Non credant
si sapiunt. Ego autem si liberet in sermonem longum excedere: optime
nominum diuersitatem nō obesse si stili qualitates conueniant demon
strarem: s ipsi uideant. fabulas quippe quas isti ob uocabulū ita despi
ciunt nonnunq̄ legimus incitatos īsano furore animos fuisse sedatos
& in mansuetudinem redactos pristinam: ut putādū a Memnio agrip
pa grauissimo uiro romana plebs a patribus diffidens e sacro monte ī
patriam per fabulam reuocata est: Fabulis fessis illustrium uirorum cir
ca maxima animis uires persæpe restitutæ sunt: quod non tantum ex
emplo ueteri sed assiduis demonstrat. Cernimus enim principes maxīs
occupatos rebus quasi rerum natura docēte post regnorū suorū subli
mes dispositiones in melius: ut fessas in neruum reuocent uires conuo
care: qui iocosis confabulationibus recreent animos fatigatos: fabulis
laborantibus sub pondere aduersantis fortunæ nōnunq̄ solamē īpen
sum est: quod apud lutium apuleium cernitur: que penes charites ge
nerosa uirgo infortunio suo apud prædones captiua captiuitatē suam
deplorans ad anicula fabulæ psicis lepiditate paululum refocillata est
Fabulis labantium in desidiam mentium in meliorem frugem lapsus re
uocatos iam nouimus: & ut de minoribus & meipso sinam: audiui iam
dudum illustrem uirum Iacobū de sancto seuerino tricarici & clari mō
tis comitem dicentem se a patre suo habuisse R obertum caroli regis
filium postea iclitum Hierusalem & Siciliæ regis: tam torpētis īgenii
filium fuisse: ut nō absq maxima demonstrantis difficultate prima lit
terarum elementa perciperet: & cum fere de eo ac ī parte amici despe
rarent omnes: pedagogi eius ingenium solerti astutia rimanti fabellis

Aesopi in tam grande studendi sciendiq; desideriu; tractus est: ut bre ui non tantum domesticas has nobis liberales artes didicerit: ueru ad ipsa usq; sacræ philosophiæ penetralia mira perspicacitate transiret: taleq; de se fecisse regem: ut a Salomone citra regu; nullum doctiore mortales agnouerint. Quid multa? Tati quide; sunt fabulæ: aut earu primo contextu oblectentur indocti: & circa abscodita doctoru exer ceantur igenia. Et sic una eadeq; lectione proficiut & delectant. Non ergo ta erecta ceruice: tam fastidiosa sententia nauseantes. hi liuorem & ignorantia; suam euomant in poetas suas si satis sani sunt prio cur rent illecebras q; alienos splendores maledictorum nebulis offuscare conentur. Videant uideant censores hi quibus & q; perniciosis ad ex citandu muliercularu; risu; nonunq; utantur scomatibus. Et dum se ipsos purgauerint aloru conentur purgare febellas memores Christu madasse ex accusatoribus his primus qui innocens esset primus sume ret lapidem in adulteram mulierem.

Stultu; credere poetas nil sensisse sub cortice fabularu. .C.x.

Vnt ex his nonulli tantæ temeritatis: ut nulla auctoritate sufful ti non uteantur dicere stolidissimu; arbitrari clarissimos poetas sensu aliquē suis supposuisse fabellis: quinimo illas fecisse ostensuri q; magna possent eloquentiæ suæ uires: & potissime dum eis agentibus crederentur ab insipidis falsa pro ueris. O iniquitas hominum. O ri/ denda stoliditas. O ineptum facinus dum alios deprimunt se putant ignorātes extollere: qs pter ignaros dicāt fecerūt fabulas poetæ uacu as & inanes solo ualentes cortice? ut eloquentiam demonstrarētur: quasi circa uera uis eloquentiæ non possit ostendi. Male profecto no uerunt Quintiliani sententiam. Cuius maximi oratoris opinio est cir/ ca falsa nullu eloquētiæ neruu posse cōsistere? Sed de hoc alias. Quis ei; ut ad hoc ueniā: tā demens: tāq; uecors erit: q leg s i buccolicis Virgilii. Nāq; canebat uti magnū p inane coacta: una cū nōnullis in hanc sniam sequētibus caribus: Et in georgicis esse appib' partim di uinæ mētis & haust' cū applicitis ad hoc. Et in æneida. Pricipio cælū & terras cāposq; liquētes. cū ānexis ex qb' mer' philosophiæ succ' exprimit nō uideas liqdo Virgilium fuisse phūm & arbitret eruditissi mu; hominem ob ostendendam eloquentiam suam qua profecto plu rimum naluit. Aristeum pastorem in penetralia terræ ad Climenē ma trem deduxisse: aut Aenea; aut patre; uideret ad inferos absq; abscō dito sub fabuloso uelamine intellectu scripsisse? Quis tam sui insci' q aduertens nostrum Dātem sacræ theologiæ implicitos persæpe nex' mira demonstratione soluentem non sentiat eum non solum phūm: sed & theologum insignem fuisse. Et si hoc existimet qua fultus ratiōe

arbitrabitur eum bimēbrem griphem currum in culmine seueri mon
tis trahentem septem candelabris & totidem sotiarum nymphis cum
reliqua triūphali pōpa ut ostēderet qa rithimos fabulasq; sciret cōpo
nere qs ĩsup adeo ĩsanus erit ut putet pclarissimū uirum atq; christia
nissimū frācīscū patrarcham cuius uitam & mores eius sanctitate lau
dabiles uidimus ipsi: atq; præstante deo diu uidebimus: & quo nemi/
nem magis redimentem non dicam tempus tantum sed quoscunq; tem
poris labentis athomos noscimus expedisse: tot uigilias: tot sacras me
ditationes: tot horas dies & annos: quot iure possumus existimare im
pensos si buccolici sui carminis grauitatem si ornatum si uerboru; ex
quisitum decus pēsemus ut gallū fingeret rhireno calamos exposcētē
aut iurgantes inuicem Pamphilū & mitionem & alios delirantes æque
pastores: Nemo ædepol compos sui satis assentiet & longe minus qui
uiderunt quæ scripserit soluto stilo in libro solitariæ uitæ & ĩ eo quē
intitulauit de remediis ad utrāq; fortunā ut alios plures omittam in q
bus quicquid inmoralis philosophiæ sinu potest sanctitatis aut perspi
cacitatis assummi tanta uerboru; maiestate percipit: ut nil plenius: nil
ornatius: nil maturius: nil deniq; sanctus ad instructionem mortaliu;
dici quæat. Possim præterea & meum buccolicu; carmen ĩducere: Cu
ius sensus ego sum conscius sed omittendum censui quia nec adhuc tā
ti sum: ut inter præstantes uiros misceri debeam: & quia propria sūt
alienis linquenda sermonibus. Taceant igitur blacteratores inscii:
& omutescant superbi si possunt: cum ne dum insignes uiros lacte
musarum educatos: & in laribus philosophiæ uersatos atq; sacris du
catos studiis profundissimos in suis poematib' sensus apposuisse sēp
credendum sit. Sed etiam nullā esse usq; delirantem aniculam circa fo
culum domestici laris una cum uigilantibus ybernis noctib' fabellas
orci seu fatarum uel aminiarum & huiusmodi: ex quibus sæpissime in
uenta conficiunt fingentem atq; recitantē: quæ sub prætestu relatorū
non sentiat aliquem iuxta uires sui modici intellectus sensum minime
quandoq; ridendum per quem uelit: aut terrorē incutere paruulis: aut
oblectare puellas: aut senes ludere. aut saltē fortunæ uries ostendere.

Ob meditationis cōmodū solicitudines incoluere poetæ. C. xi.

Ixi hos obstrepentes insuper dicere poetas rura mōtes & siluas ĩ
coluere: eo q urbanitate & moribus non ualerent. O ignauum
hominum genus non aduertunt fruore parciti: quia dum uolunt ueri/
ritatem falso approbare suffragio se mendaces faciant. Ego autem poe
tas rura siluas & montes colere nō solū confiteor quinĩmo nisi ipsi di
xisserint ego dicturus eram: & forte iam dixi sane non ob eam causa;
quam inflati asserunt q sileirit urbanitate non ualeant cum eos ualere
satis testentur poemata: quibus si fidem prestare negligant uoluant

ueterum scripta philosophoru͂ annales plegāt nec dubitē quī crebro comperiant poetas regum & nobilium amicitiis atq; cu͂ uictuosos dū libuit quæ sordidis atq; ineptis hominibus non præstantur. Nec in te/stimonium ueritatis huius desunt occurentia quædam possem nempe si uellem ostendere Euripidem poetam Archelai macedonum regis cō tubernalem. Ennium brundusinu͂. Scipione͂ domesticum. Virgilium Octauiani cæsaris amicissimu͂: & si sordent uetera non desunt præsē tia. Dantes noster Federico arogonensi sicilidu͂ regi. & Cani de la sca la magnifici ueronensium domini grandi fuit amicitia iunctus. Scimus insuper & fere orbi toto notissimu͂ est Franciscum petrarcham Caro li imperatoris. Ioannis francoru͂ regis. & Roberti æque Iherusale͂ & Siciliæ regis: ac sūmorum pontificu͂ plurium dilectissimum atq; fami liarissimum fuisse & uiuorum esse dum uelit. Ast si nesciunt susurrōes hi ob id solitudines incolunt & coluere poetæ: quia non in foro cupi/dinario: non in prætoriis: non in theatris: non in capitoliis: aut plate/is publicis: uelocis uersantibus: seu turbellis ciuis īmixtis: uel mulier/culis circūdatis sublimium rerum meditatio præstatur absq; qua fer assidua nec percipi possunt nec perfici percepta poemata quid insuper uix credam ista dixissent si sana mente legissent quid scribit Oratius. Floro q postq; eleganter more suo enumerauit quædam urbiū īpedi/menta dicit interrogans. Romæ ne poemata cēses scribere posse īer curas atq; labores: uolens ob hoc ut intelligat̃ minime posse. Nec his contentus superadditis aliis inconuenientiis quibus ciuitates agitātur continue quasi cōmotus ait hi nunc & uersus tecum meditare canoros quasi dicat. non poteris. Et demū subnectit exqrens. Tu me inter stre pitus nocturnos atq; diurnos: uis canere: & cu͂ tacta sequi uestigia ua tum: Nec multu͂ post superaddidit indignas hic ego reru͂ fluctibus ī mediis & tempestatibus urbis. Verba liræ motura sonū cōmittere di gner: ex quibus ne plura super īpona͂ satis apparet cur petant & inco lant siluestria loca poetæ. Quod etiā Paulum heremita͂. Anthonium Machariu͂. Arseniu͂: aliosq; plures uenerabiles atq; sanctissimos ho mines nō ob urbanitatis defectū: sed ut liberiori animo deo seruirent fecisse legimus. Esto nō adeo detestabile sit ut hi arbitrari uident̃ hīta re siluas cum in eis nil fictu͂ nil fugatu͂ nil menti nosciū uideatur. Sī/plicia qde͂ sunt oīa nature opera ibi in cælu͂ erecte fagi & arbores cæ teræ opacitate sua recentes porrigentes umbras: ibi solū uiridantibus herbis cūtectu͂ atq; mille colorū distinctum floribus limpidi fōtes & argentei riuuli lepido cū murmure ex ubertate montiu͂ declinantes. Ibi picte aues cantu frondesque lenis aure motu resonantes. Bestiole ludentes: Ibi greges & armenta: Ibi pastoria domus aut gurgustiolum nulla domestica resolicitum & omnia tranquillitate & silentio plena

Quæ non solum saciatis oculis auribusq; deliciis suis animū mulcent uerum mentem in se colligere & ingenium si forte fessum sit in uires reuocare: atq; illud uidentur impingere in desyderium meditationis su blimium & auiditatem etiam componemdi quæ mirā exortatione sua dent libellorum societas: & canori circū choreas agētes musarū cho ri quæ omnia si rite consideremus quis studiosus homo ciuitatib' soli tudines non præponat. Sane non pœtarū crimen solitudines etiam si crimen merito dici possit. Hos mouet insolentes uiros in redargutio/ nem: quinimmo eorum infecta mens ambitiōe damnabili a qua discre pantes pœtas execrabiles aiunt esse uiros. Mos enim hominum dam/ natorum morum est summe cupere sibi cæteros esse cōformes ut sua alieno crimine: aut pallient: aut defendant. Erubescant igitur: & omu tescant si prout ipsi pœtæ nō factitant. horrēt quippe & destabile du cunt uiri spectabiles ficto pallore deformare faciem. Et si in fessu tar/ do uerere assiduis circuitionibus ciuitates. horrent atq; recusent turpi atq; deformi hypocresi iertis uulgi mercari grām laudesq;: & ab igna ris monstrari digito horrent fasces ne dū exposcere sed optare Aulas ambire regū aut procerum quorumcūq; assentatores fieri auro ponti ficum insulas aucupari uti uentri & inerti ocio latius indulgere quærāt blandiri mulierculis ut deposita subtrahāt pecunia : uæsituri quod me ritis quesisse non poterunt horrent. Præterea & totis detestantur affe ctibus caturcenses ob pecuniā in cælos euehere: & iuxta munerisquā titatē eis exhibere sedes Quinimmo quos isti blasfemant tenui cōten ti uictu breuiq; somno speculatione continua & exercitio laudabili cō ponendo scribendoq; sibi famosam gloriam & per sæcula duraturam exquirunt. O speties hæc hominum conuitiis deturpanda O detestan da solitudo talium. Sed quid uerbis insto: Haberē quippe multa quæ dicerem: ni spectabilis candor: ni uirtus egregia: ni laudabilis uita pœ tarum illustrium aduersus tales se ipsam longe ualidiori rubore tuere tur.

Damnanda non est obscuritas pœtarum. Ca. xii.

Bscura autem cauillatores hi esse persæpe pœmata & hoc pœta rum uitio id egentium ut quod inextricabile est artificiosius uide atur esse compositum: idq; egisse uolunt immemores ueteris oratorū iussus quo cauetur planam atq; lucidam rationem esse debere. O per/ uerse mentis iudicium: quis enim præter dolosam animā in cogitatōē tum nefariam declinasset: ut quod ei inaccessabile est non solum odio habeat sed falsa si possit criminatione deturpet: Fateor nōnūq; obscu ros eē pœtas sed præbeant si uolūt ipsi responsū nūquid philosopho rum quorum sæpenumero ipsi impudice se miscent contexta comperi ant adeo plana adeo perlucida ut debere dicunt orationem īcedere: si

afferant mentientur. Cu3 interscripta Platonis & Aristotelis ut de cæ
teris sileam perplexiones adeo inodate sint: ut: nūdum a multis perspi
cacibus uiris ab eorū sæculo in diem usq; hunc exaīate potuerint satis
lucide concordi sententia explicari. Sed quid de philosophis dico: non
eni3 diuinū eloquiu3 cuius ipsi professores haberi cupiūt a spiritu sāc
to prolatum obscuritatu3 atq; ambiguitatu3 pleuissimu3 est. Est æqdē
& si negent ipsa manifesta ueritas apparebit Testes sūt plurimi: Quos
inter si libet interrogent Augustinu3 sanctissimum atq; eruditissimum
homine3 & cuius ingenii ta3 grande. fuere uires ut artes multas ut qc
quid de decem cathagoriis tradidere philosophi absq;(ut ipse fatetur)
præceptore perceperit. Nec tamen erubuit confiteri se ysaie principi/
um intelligere nequiuisse. Non ergo oscuritates solis poematibus īsūt
Quid ergo non incusant philosophos ut poetas: Quid nō dicunt spi
ritum sanctu3 suis operibus ut artificiosiore apparerent obscuras īpli
cuisse sententias quasi non rerum omniu3 sublimis ipse sit artifex. Nō
dubitem quin illis tanta temeritas insit ut facerent ni scirent esse phi/
losophis defensores: & in spiritum sanctum loquentibus apparata sup
plicia: & iccirco in poetas prosiliunt quia eos cernunt defensore caren
tes. Existimantes præterea nullam ibi culpam fore ubi confestim pena
non sequitur: debuerant hi uidisse nonnulla obsucura uideri: cum cla
rissima sint intuentes uitio. Lusco quidem illucescente sole qui limpi/
dus est nebulosus uidetur aer. Quædam alia de natura sui adeo profū
da esse: ut non absq; difficultate acies etiam egregii intellectus possit ī
earum abditum penetrare uti in solis globo anteq; eum possint cōtin/
gere nonnunq; perspicacissimi retunduntur oculi q̄dam uero & si na
tura sui forsan sint lucida tanto sunt fingentium palliata artificio ut e/
græ etiam quis possit ingenio: uerum ex illis excerpere sensum ut per
sæpe inter nubila conditum solis prægrande corpus etiam doctissimi
quæant astrologi qua cæli uagetur in parte comprehendere punctali/
ter oculorum intuitu: & ex his esse nonnūquam uatum poemata non
inficior. Veru3 non ob id ut isti uolunt iure damnanda: cum inter alia
poetæ officia sit non euiscerare fictionibus palliata quinimo si in pro
patulo posita sint memoratu & ueneratione digna ne uilescant familia
ritate nimia quāta possunt industria tegere: & ab oculis torpentiū au
ferre. Et si quod ad eos spectat facere solertes non execrandi s3 cōmē
dandi potius poetæ uenient. Et ideo ut iam dictum est fateor illos non
nūquam obscuros esse sed extricabiles semper si sanus ad eos accesse
rit ītellectus uerum reor his quærulis noctuæ oculos esse potius q̄
humanos. nec sit qui existimet a poetis ueritates fictionibus īuidia cō
ditas: aut ut uelint omnino absconditorum sensum negare lectoribus
aut ut artificiosiores appareant: sed ut quæ apposita uoluissent labore

ingeniorum quæsita & diuersimode intellecta: cōperta tandem faciāt cariora. Quod longe magis sanctū fecisse spiritū unusquisq; cui sana mens est debet pro certissimo arbitrari quod per Augustinū in libro cælestis hierusalē. xi. firmari uidetur dum dicit diuini sermonis obscu ritas etiam ad hoc est utilis q plures sententias ueritatis parit: & ī lu cē notitiæ producit: dū alius eū sic: alius sic intelligit. & Alibi Augu/ stinus idē super psalmo. cxxvi. dicit iō forte obscurius politum est: ut multos intellectus generet & ditiores discedant homines: qui clausum inuenerunt: quod multis modis aperiretur: q̄ si uno mō apertum īue nerunt. Et ut eiusdem augustini testimonio adhuc aduersus recalcitra tores amplius utar: ut sentiant quoniam quod ipse pro obscuritatibus sacrarum litterarum tuendis. Ego pro obscuritatibus poematum intel ligi uelim. Dico ego eū scribere sup psalmo. CXLVI. sic. puersū nihil hic est. Obscurum autem aliquid est: non ut tibi negetur sed ut exerce at accepturū & cætera. Et ne ampliori utar sacrorum hominum circa hoc attestatione nolo fastidiū ducant hi audire: quoniam idem uelī de obscuritatibus poetarum sentiri quod de diuinis ab Augustino sentit̄: quinimmo ut ex fricata paululum fronte uolo considerent obsistentes quanto magis de his sentiendum sit quæ respectiue paucis apponunt̄ Si de sacris litteris quæ omnibus sunt appositæ nationibus sentiuntur Si forte uelint duriciem textus figuras dictionum aut orationum cole res & peregrinorum uocabulorum incognitam a se pulchritudinē dā nasse: Et hinc poetas obscuros dixisse. quid aliud dicam non habeo ni si ut grāmaticales iterū scolas repetant pedagogi: ferulam subeant stu deant: discantq;: quid ueterum auctoritatem circa talia poetis licentiæ datum scrupulosiusq; scrutētur. Præter uulgaria atq; domestica quæ sint etiam peregrina. Sed quid talibus insto? paucioribus dixisse pote/ ram: agant ut exuto ueteri nouum atq; generosum ingenium induant & quod eis nunc uidebitur obscurum tunc familiare uidebitur & aper tum. Nec indigestam intellectus sui grossiciem palliare se credant pri/ scorum oratorum præcepto: cuius nō dubitem sēper memores fuisse poetas. Sed aduertant quoniam perorando aliter q̄ fingendo uerborū ordo procedat: & fictiones infingētis arbitrio relictas fore tanq̄ op' alterius spēi in quibus summopere a poetis seruat̄ stili maiestas & eius dem dignitas retinetur: ut ait contra medicum in libro inuectiuarum iii. Franciscus petrarcha: nec ut ipsi arbitrari uidentur carpere neque untibus inuidetur. sed dulci labore præposits delectatiōi simul memo rieq; consulitur. Cariora enī sunt quæ cū difficultate q̄siuimus accu/ ratiusq; seruantur: ut idem ubi supra Franciscus testatur. Quid mlta si his obtusum ingenium est: inertiam suam nō poetas redarguāt nec aduersus eos friuolis instent latratibus a quibus secum optime actū

est.Primo.n.in limine ne frustra fatigent ignari ab ipsa rerũ facie ter
ror iniectus est.Retrahant ergo gradu; in tempore potius q̃ torpo/
re ingenii fatigato incedentes patiantur cũ rubore repulsam. Et ut ite
rum dixerim uolentibus intelligere & nexus ambiguos enodare legen
dum ẽ:insistendũ:uigilandũ:atq; interogãdũ & omni modo præmẽ
dæ cerebri uires:& si non una uia põt quis peruenire quo cupit intret
alteram:& si obstent obices arripiat aliam donec si ualiture sint uires
lucidũ illi appareat quod primo uidebatur obscurũ.Sanctum enim ca
nibus dare diuino prohibemur monitu:& hoc eode; ante porcos proi
iecere margaritas.

Poetas non esse mendaces. C.xiii.

Endaces præterea insultantes hi dicũt esse poetas:& hũc conan
tur locu; ualidis si possint firmare rationibus aientes:quod sæpe
dictum ẽ eos in suis fabulis mendacia scribere:utputa hoĩe; in lapidẽ
uersum:quod omnino apparet ueritati cõtrariũ.Præterea asserũt poe
tas mendaciter dicere multos esse deos:cũ constet ueritate certissima
unu; tantum esse:& illum uerum atq; omnipotentẽ.Addentes Virgili
um latinorum poetarũ principem recitasse Didonis hystoriam minus
ueram:& huiusmodi quædam alia etiam inferentes. Credo uicisse pu/
tent:uicissentq; ni esset qui eorum uociferationes insipidas ueritate re
tunderet.Quid igitur? Rebar in præcedentibus loco huic respondisse
satis.Dũ qd sit fabula quot fabularũ species: & quibus usi poetæ sint
& per quod satis late descripsi.Sed in hanc materiam iterum redeun/
dum est.Dico poetas uti isti uolunt non esse mendaces.Est enim men/
dacium iudicio meo fallacia quædam similima ueritati per quam a nõ
nullis uerum opprimitur & exprimitur:quod est falsum.huius octo fo
re species asserit Augustinus: ex quibus & si grauiores reliquis non
nullæ sint:nulla tamen scientes uti possumus absq; peccato atq; in
famiæ nota: qua dicimur esse mendaces: Cuius diffinitionis intentu;
si æquo animo perspectent poetici nominis hostes redargutione; hãc
qua mendaces asserunt esse poetas uiribus carere cognoscẽt:cũ poeta
ru; fictiões nulli adhereãt spẽrũ mẽdacii:eo q̄ nõ sit mẽtis eoꝝ quẽ
q̃ fingẽdo fallere:nec uti mẽdaciũ ẽ fictiões poeticæ ut plurimũ non
sũt ne dũ similimæ:s; nec sil'es ueritati:imo ualde dissõæ & aduersæ
Et dato spẽs fabularũ una quã uideri poti⁹ historiã q̃ fabulã dixim⁹
sit ueritati simillima antiqssimo oĩu; nationũ cõsensu a labe mẽdacii ĩ
munis ẽ.Cũ sit consuetudine ueteri concessu;:ea quis uti posse ratio
ne exẽpli in quo simplex nõ exquiritur ueritas nec prohibetur menda
cium.& si spectetur poetarum officiũ:nõnunq̃ in superioribus demõ
stratum uinculo huic astricti nõ sunt:ut ueritate utantur in superficie

fictionum: & si auferatur eis uagandi per omne fictionis genus licentia eorum officiũ oĩno resoluetur in nihilum. Quid plura? si omnia quæ dicta sunt in reprobationem meritam deiiciantur quod fieri posse non arbitror: hoc irreprobabile superest: nemo suum iure exercens officium ĩ notam potest ob hoc infamiæ deuenire. Prætor esto in legem maleme ritos capitali mulcet supplicio: ñ iure tamen dicitur homicida. Sic nec miles agrorum hostium populator dicitur prædo. Nec iurisconsultus etiam si minus æquum clientulo præstet consilium. dũmodo a iuris limite non separetur: falsidici nomen merebitur. Sic & poeta quantuncunq; fingendo mentiatur mendacis ignominiam non incurrit: cum suum officium non ut fallat sed ut fingat iustissime exequatur. Si tñ uelit in hoc instantiam facere quod uerum non est: mendacium qualitercũq; dictum sit est. Si factum non sit non tamem ulterius uires ad ĩternitionem huius obiectionis apponam: sed quæram: ut uideam quid responsuri sint: quo nomine uocanda sint ea quæ per Ioannem euangelistam ĩ apocalypsi mira cum maiestate sensuum: sed omnino persæpe prima facie dissona ueritati: Quo ipse Ioannes: quo alia aliiq;: qui eodem stilo dei magnalia uelauere? Ego quidem mendacia aut mendaces etiam si liceret dicere non auderem. Scio tamen dicent q egomet in parte dicturus sum si roger Ioannem scz aliosq; prophetas ueracissimos fuisse uiros quod iam concessum est. Præterea superaddẽt ab eis scripta fictiones non esse sed potius esse figuras: & sic nuncupari debere & per cõsequens figuratores earum scriptores. O ridendũ diffugium quasi credituri simus quod simillimum est in cortice mutatione seu diuersitate nominis effectus habeat diuersos efficere. Sed in hoc minus quæstiõis sit: figuræ sunt nunquid habeãt in litterali cortice ueritatem exprimãt quæso. si me hoc uelint credere nil aliud erit q mendacio uelare mihi oculos intellectus uti illam uelant suppositam ueritatem. Sane cum mẽdaces hi dicendi nec habendi sint: quia non sunt: Sic nec poetæ: qui pro uiribus eorum innituntur uestigiis in fingendo. Multos autem deos scripsisse poetas: cum unus tantum sit deus negari non potest: sed minime illis in mendacium imputandum: quia non credentes neq; firmantes: sed more suo fingentes scripsere. Quis enim sui tam inscius sit: ut existimet quenquam in laribus philosophiæ uersatum tã dementis esse sententiæ: ut credat deos quãplurimos esse? Si satis sani sumus facile credere debemus eruditos uiros studiosissimos fuisse ueritatis inuestigatores: eosq; eousq; quo humanum põt penetrare ingeniũ attigisse & absq; ambiguitate nouisse unum tantum deum esse. Ad quã notitiam deuenisse poetas eorum in operibus percipitur liquido. Lege Virgilium & orantem inuenies. Iupiter omnipotens præcibus si flecteris ullis & cætera. quod epiteton nemini deorum alteri datũ comperies

Reliquam deorum multitudinem non deos sed dei membra: aut diui nitatis officia putauere. Quod Plato quem theologum nuncupamus e tiam opinatur. Talibus autem ob uenerationem officio conformæ dei tatis dedere nomen. Sed infestos hos his nõ acquieturos existimo: cla mabunt nempe dicentes poetas de uero deo & unico: quem nouisse di cimus multa scripsisse mendacia: & ob id merito nuncupari mendaces Ego autem non dubito poetas gentiles de uero deo minus recte sensis se: & sic de eo nonnũq̃ quod minus uerum fuerat scripsisse: & sic uti isti uolunt mendacium: sed ob id mendaces dicendos esse nõ puto. Sũt enim mendaciorũ hominum species saltem duæ. Ex quibus primi sciẽ tes & aduertẽtes mentiuntur: ut ledant: aut ut non ledant: seu ut ꝓsint & hi non mẽdaces tantũ dicendi sunt: sꝫ propriori uocabulo mentien tes. Secundi sunt: qui ignorantes se mendacium dicere mendacium di xere tamen. Et inter hos opportuna cadit distinctio. Sunt enim ex his aliqui: quorum ignorantia intollerabilis est: nec excusationem recipit aliquam: utputa. Cauetur lege publica ne quis ciuis ciuem priuato ser uet in carcere. Caius sempronium debitorem suum detinuit: & a multa tutari uult ignorantia legis: quæ quoniaꝫ supina uidetur & crassa ciuẽ scilꝫ leges publicas ignorare: nocuuꝫ defensare non potest. Sic & chri/ stianus homo ætate integer ab articulorũ fidei ignorantia tutari nõ de bet. Sunt & alii: quorum uidetur ignorantia excusanda: ut pueri si phi losophiam non nouerint. Montanus homo si non nouerit nautica. Et cæcus natus si litterarum non noscit caracteres & huiusmodi: Quos ĩ ternumerari possunt poetæ gentiles: qui & si liberales artes: si poeticã si philosophiam nouerint: christianæ religionis ueritatem nouisse non poterant. Nundum enim lux illa ueritatis æternæ in terris effulxerat: Quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Nun/ duꝫ ad agni cænam inuitantes peragrauerant orbem quoscunq̃ uocan tes Israhelitis solis hoc donum erat desuper datum: ut deum uerum & iuste cognoscerent & rite colerent. Hi nedum quemquam ad comuni/ candum secum conuiuium tam celebre inuitabant: sed nec accedentes si qui fuissent exteri admitebant. & sic minus uera sentientes scripse/ rint: de uero deo se uera scribere arbitrantes hac acceptabili ignoran/ tia excusati non sunt dicendi mendaces. Dicent scio quacunq̃ ignoran tia mendacium dictum sit mendax est dicens quod negari non potest: esto non eadem nota labefactandi sint: qui ignorantia excusabili pecca uere: quam qui crassa & supina: ut dictum est: cum illos non soluꝫ æq tas: sed etiam legum austeritas habeat excusatos: & si sic est notaꝫ mẽ dacii non incurrunt: & si uelint eos omnino quomodocunq̃ mendaces Ego illis socios addam philosophos Aristotelem. Platonem. Socrateꝫ aliosq̃ quos ipsi summe colunt codeꝫ sontes crimine. Extollẽt reor hi

censores optimi iterum uoces in cælu; in psalterio psalentes & cytha ra: quoniam non satis plene particula unica huius obiectionis reiecta uideatur. O isipidi si militi uno parma confracta sit: nondum loco mo ta est acies integra: non ergo exultent sed meminerint: quoniam sæpis sime contusi nolentes cesserint. Quod autem Virgilio: obiiciūt falsum est: noluit quippe uir prudens recitare Didonis hystoriam: sciebat enī ut talium doctissimus Didonem honestate præcipuam fuisse mulierem eamq; manu propria mori maluisse q̄ infixum pio pectori castimoniæ propositū secūdis inficere nuptiis: Sed: ut artificio & uelamento poeti co cōsequeretur quod erat suo operi opportunum composuit fabulam in multis similem Didonis hystoriæ quod ut paulo ante dictum est: ue teri instituto poetis conceditur. Potest tamen quis dignius responsiōe & forsan tuipse princeps perquirere ad quid hoc erat necessarium Vir gilio: cui ut digne responsum sit. Dico eum in hoc a quadruplici causa tractum. Primo ut in eodem stilo quem in æneida sumpserat poeticum sequeretur morem: & potissime Homeri: cuius fuit eo opere imitator. Nam poetæ non ut historiographi faciunt: qui a quodā principio op' exordiuntur suum: & continua atq; ordinata rerum gestarum descri ptione in finem usq; deducunt. Quod cernimus fecisse Lucanum: quā ob causam multi eum potius metricum historiographum q̄ poetā exi stimant uerum artificio quodam longe maiori: aut circa medium hy storiæ: aut aliquando fere circa finem inchoant quod intendunt: & sibi adinueniunt causam recitandi quod ex præcedētibus obmisisse uidebā tur ut in Odyssea Homerus. qui quasi circa finem errorum Vlyxis eū naufragium in littus pheycum delatum scribit: & ibide; alcinoi regi re citantem quicquid illi ante diem illam post discessum a troia contige rat inducit: Quod uolens Virgilius facere: cum Aenea; a littore tro iano fugientem scripsisset post erutam ciuitate; non adinuenit aptiorē locum ad quem eum deduceret ante q̄ Italiam intraret africano litto re: eo enim usq; semper inter græcos hostes nauigauerat. Et cum littus afrum in tempus usq; illud a rusticis & agrestibus atq; barbaris incole retur: ut eum ad personam ueneratione dignam deduceret: & a qua re ciperetur: & cuius ortatu troianorum casus suosq; recitaret nec aliam præter Didonem: quæ & si non tunc: multa tamen post sæcula loca il la incoluisse creditum est comperiens Didonem tanq̄ suā uenisset eius hospitam fecit: & ut legimus eius iussu sua suorumq; infortunia recita uit. Secundo quod sub uelamento latet poetico intendit Virgilius per totu; opus ostendere quibus passionibus humana fragilitas infestetur & quibus uiribus a constanti uiro superētur. Et cum iā nonnullas ostē disset uolens demonstrare quibus ex causis ab appetitu concupiscibili in lasciuiam rapiamur introducit Didonem generositate sanguinis

claram: ætate iuuenē: forma spectabilē: moribus insignē: diuitiis abū
dantē: castitate famosã: ciuitati suæ & populo īperantē: prudētia & e
loquentia cōspicuã & uiduã quasi ab experientia Veneris cōcupiscen-
tiæ aptiorē. Quæ oīa generosi cuiuscūq; hoīs habent animū irritare:
nedum exulis atq; naufragi & incognitã regionē deiecti: atq; subsidio
indigentis. Et sic intēdit pro Didone cōcupiscibilem & attractiuã po-
tentiã opportunitatibus oībus ornatã. Aeneam aūt pro quocūq; ad lu
bricū apto & demū capto. Tandem ostenso quo detrahamur in scœl⁹
ludibrio qua uia in uirtutē reuehamur ostēdit: inducēs Mercuriū deo
rum interprætē Aeneam ob illecebra increpantē: atq; ad gloriosa ex-
ortantē: per quē Virgilius sentit seu conscientiæ propriæ morsũ: seu
amici & eloquētis hoīs redargutionē: a quibus dormientes in luto tur
pitudinum excitamur: & in rectũ pulchrūq; iter reuocamur. i. ad glo
riam: & tunc nexum oblectationis infaustæ soluimus quando armati
fortitudine blandicias: lachrymas: præces: & huiusmodi in cōtrarium
trahentes constanti animo spernimus ac uilipendētes omittimus. Ter
tio curat Virgilius in laudibus Aeneæ ad honorẽ Octauiani cæsaris
iuliorū genus extollere: quod peragit dum illū lasciuias & īmundicias
carnis & muliebres delitias robore mētis spernentē atq; calcantē ostē
dit. Quarto intēdit sublimare romani nominus gloriam: quod satis fa
cit dum execrationes moritur æ Didonis describit. Nam per eas bella
carthaginensium cum romanis: & triumphi quos ex eis romani conse-
cuti sunt: intelligūtur in quibus romanū nomen satis extollit. Et sic
non mendax fuit Virgilius ut minime intelligentes existimant. nec alii
etiam si qui sunt eo modo fingentes.

Stulte damnatur quod minus sane intelligit. C.xiiii

Olunt insuper atq; clamitant execrātes pœticū nomen oīo: abo
lenda esse poetarū carmina eo ꝙ lasciuiis & nugis deorū gentiliū
referta sint nec mō aliquo tollerabile qđ uni eidēq; plures deo attribu
ant formæ atq; oīa ut poetæ faciunt suo Ioui uel aliis. stulti mili is mo
re certamen intrat aduersarii nostri: qui tanto nocendi hostibus fertur
impetu ut sibi ipsi non uideat: ex quo sæpe fit ut quos in alterum parat
ictus inermis ipse suscipiat. Ego autem his obiectionibus ī unum coa
ceruatis īuolucrū satis ēe respōsū ī ꝓcedētibus arbitrabar ī qb⁹ scrip
tũ sæpissime memini sub formis uariis lasciuiis & nugis atq; noīb⁹ ho
nestos ac sapidos claudi sens⁹: quos ēt ꝑ uirib⁹ īgenii mei āmoto fa
buloso cortice apuisse r̄cordor. act⁹ uero deoꝝ illecebres quocūq; mō
a pœtis comicis potissime descriptos: nec laudo nec comēdo: qnimo
detestat⁹ sū & tā scriptores ī hoc ꝙ ipsos actus uitupandos existimo

amplissima quidem fingendi est area & pleno semper fictionum cornu
pœsis incedit. Non ergo deficiebant quibuscūq; sensibus honestissima
tegumenta. Sane quærela hæc iam diu sublata est atq; sopita: namq; in
scenis atque theatris a mimis & histrionibus atque parasscitis: & huius
modi hominibus enormia canebantur olim. Omnino abstulere atq; re
probauere romani ueteres Cicerone teste & ipsam scenã & artē ludri
cam damnauere agentesq; nota mulctauere censoria & os ammouere
tribubus. Sic etiam prætorum ædito cautū est: qui artis ludricæ ꝓnū
tiandi ue causa in scenam prodirent ipso facto haberētur infames Por
ro post Constantinū cæsarē & Siluestrum pōtificē pululante undiq; :
& ī dies ex crescente fide catholica talium comicorum seu scenicorum
carmina obsoluerunt a sæculo: & remanserunt illustrium & laudabiliū
libri: & opuscula poetarū: qui res gestas & naturales augustiore stilo
artificioso scomate facundiore locutu sub cōgruo fictionū & imaginū
tegmine protulerunt: & sic quos semideus Plato urbe pellendos iusse/
rat: & aduersus quos hi nostri ueritatis ignari clamitant iā extermina/
ti sunt & obiecti. Verum ut aliquid his reprehēsoribus nostris particu
læ obiectionis alteræ responsum sit dico si ante initam pugnam prudē
tes: quibus in locis feriri possent acutius inspexissent: uidissent ꝓfecto
quod ipsi pœtis gentilibus obiiciunt in se retorqueri telum: nunc Iouē
nunc cæli deum: nunc ætheris ignē: nunc aquilam: nūc hominē seu a
quibus mauis formis a pœtis descriptum mirarentur: si meminissent
ipsum uerum & unicum deum: nunc solem: nunc ignem: nunc leonem
nunc serpentem: nunc agnum: nunc uermem: nunc etiam lapidem a sa
cris describi litteris: Et eodem modo uenerandissimam matrem eccle/
siam nostram quam aliquando mulierem amictā sole: aliquādo mulie
rem indutam uarietate: aliquando currum: aliquando nauim: aliquan/
do archam: domum: templum: & huiusmodi uocari sacra demonstrāt
uolumina. Quod & de uirgine genitrice: & đ humani generis hoste me
mini legisse sæpissime: de nominum multiplicitate quod dicam habeo
istud idē: īnumerabilia fere apud nostros deo attribuūtur: & totidem
Mariæ uirgini atq; ecclesiæ: & hæc nō absq; mysterio facta sūt: sicu/
ti nec poetæ fecerūt. Quid ergo īaduertētes hi rugiūt: liuore quidē im
pellēte stare nollēt quod ipsi ñ noscūt.

Detestabile nimis de īcognitis iudicare. C. xv.

Orro zelantes hi suasores criminum poetas affirmant. Qua ī ac
cusatione si distinguerent forsan pro parte concederem eos esse
uictores. Constat enim nonnullos satis iam dudum inhonestos fuisse
comicos seu eorum scelesto sic suadente īgenio: seu sic æuo exquirēte
tunc corrupto: necnon & nasonem pelignum clari sed lasciuiētis inge
nii poetā artis amatoriæ cōposuisse librum in quo & si multa suadent

nefaria nil tamen minus opportunũ: cum nemo sit tempestate hac a/
deo demens iuuenculus: aut simplex puella quæ mouente illecebri ap/
petitu ingenium longe: ut etiam id ueniat quod exoptat acutiora non
nouerit q̃ his qui se talium præceptorem fore præcipuum arbitratus
est doceat. Si igitur minus hi quos nonnũquam abiiciendos diximus
honestatem facultatis poetitæ quid alii splendido rubore cõspicui hãc
incurrere meruere notam: & una cum temporibus accusari: Equide
patiendum non est: & ob id ut pateat cur ab his accusentur illustres:
quæso dicant nunquid Homeri carmen unquam legerint: nunquid He
siodi: Virgilii: Horatii: Iuuenalis & aliorum huiusmodi plurium: & si
se legisse fateantur exprimant quorsu has criminum suasiones inuene
rint: ut ipsi uidentes quod nundum uidimus cum eis malemeritos con
demnemus. Attamen negare superfluum est: quis autem accusatione
audita non percipat quia nũquam legerint: cnm liquido debeamus cre
dere si uidissent in tam stolidam sententiam non uenissent. Arbitror ta
men ex questione tali hos scœlus scœleri addituros. Nequeunt enim
tacere tanto pauore tenentur: ne ob taciturnitatem minus omnia no/
uisse credantur. Dicentq; elata facie totis loquentes buccis & omni frõ
tis ammoto rubore quasi ex hoc summe laudandi ueniant. Quid has
nugas uiderimus: Vah nec uidimus nec uidisse uolumus: maioribus o
peram damus. O bone deus ab æterno opere tuo si uelis pausam sume
re potes: & si diuinitatis tuæ appeterentur oculi posses in somnum ire
si ueles: rem tua isti curant: tibi noctes in somnes hi ducũt: tibi suos
sudores impendunt. Primum quippe mobile moueant reor dum maio
ribus operam præstant: magnum ẽ: multum est: & talium si pateris di
gnus labor. O ignaue hominũ mentes non aduertunt du alios tã pru
denter floccifaciunt q̃ misere suam ignorantiam detegant. Possumus
& enim nos si stultiores eis non sumus uidere satis q̃ iusta sit eorũ ac
cusatio q̃ sancta atq; tolleranda sententia. Sane ne sit qui arbitret me
responsum hoc futurum ex meditatione friuola uaticinari confiteor:
quoniam in hoc a certissima coniectura deducar. Audiui iam dudum ĩ
terrogationi simili nonnullos etiam fastidiosius respondentes. Et quod
mihi grauius fuit uirum quẽdam ætate uenerabilem & sanctitate alias
ac doctrina præcipuum non respondentem sed motu proprio longe e
xecrabilius obloquentem: non mentiar deus nouit rex inclyte. Erat ut
tunc uisum est uir iste adeo poetici nominis hostis infestus: ut illud nõ
nisi stomacans proferre uideretur: quod ubi minus honestati suæ op
portunum erat ostendit. Nam mane quodam in generali studio nostro
legens in cathedra sacrum Ioannis euangelium auditoribus multis:
cum fortuito in hoc incidisset nomen accensa facie flammeis oculis &
altiori solito uoce totus frendens multa in poetas enormia dixit: &

229

postremo ut eius appareret iustitia dixit. inquit & fere iuramento firmauit se neq; uidisse nec unq; aliquem ex poetarum libris uidere uoluisse O sancte deus quid ignari dicturi sūt: si sic alias eruditus hō ānis grauis & auctoritate locutus est: poterat ne loqui stultius ab isano? Vellē ego scire: si non uiderunt: si non cognouerūt: si maioribus uacāt hi cēsores egregii unde poetas criminū suasores agnoscunt? Quid circa eos incognita latrant? quid non idonei iudices de incognitis laturi sententiam rostra conscendunt? qui ne dum in audita sed nec requisita parte sē tentias fulminant? Forte īquiēt sacro inspirante spiritu tam sæueruz se in poetas ferre decretū. possibile dicerem si crederem sanctum spirituz tam spurcidas ne dum inhabitare sed intrare animas. O scœlus impiuz O execrabile malum. O detestanda temeritas audere cecum natum in propatulo de coloribus ferre sententiā. Sic olim ut isti p̄sides uenerādi faciūt Audiui Phoroneū apud argiuos Licurgū apd' lacedemones Minoem apud cretenses: & apud mirmidones Eacum factitare solitos Sz ut eo ueniam quo fert animus quicquid isti reuerendi iudices blactrēt non sunt: ut ipsi uolunt poetæ criminum suasores quiimmo si sana mēte & non liuore insano perciti eorum legantur uolumina impulsores inuenientur: nunc suauissimi: nunc acerrimi pro exigentia temporum in uirtutes. Quod ne tam paucis uerbis uidear probasse contentus libet ante obstrepentium oculos apponere saltez pauca ex quibus possint ueritatem hanc si uelint agnoscere: & ommissis Homeri monitis qui ob græcas litteras latinis minus familiaris est si uelint legant & perlegant quæ sint in æneida ad patientiam laborum emergentium exortationes Aeneæ ad socios: Quis ardor illi pulchræ per uulnera mortis pro salute patriæ fuerit. Quæ erga patrem pietas: quem humeris per ardentes undiq; domos & ruētia templa per que medios hostes & mille uolantia tela deuexit in tutum. Quæ in Achimenidem hostem clementia Quod robur animi ad illudendas fragēdasq; amoris petulci cathenas Quæ iustitia atq; munificentia circa amicos & exteros ī exhibēdis muneribus benemeritis ludis in anniuersario Anchisis patris apud Acestem peractis. Quæ prudentia: quāta circūspectio ī descēsu ad īferos Quæ genitoris ad eum suasiones ad gloriam. Quæ ei' in iūgēdis amicitiis solertia: q; grandis comitas fidesq; in cōseruādis susceptis: q; pie īpallātis amici lachrimæ. quæ eius ad filiū persæpe monita. Quid multa referam? adsint oro adsint hi in poeticum rugientes nomen. Librent huius poetæ uerba: sententias ponderent: & si patitur animus fructuz ex his qui pōt exprimant: & si deo gratum erit uidebunt nunquid poeta hic in malam frugem suasor sit: Profecto si rite deum nouisset & coluisset Virgilius nil fere præter sanctum eius in uolumine legeret. Et si dicant leges non pati quenq; approbari testimonio unius uenusinum

& iiii

Insuper flaccum suscipiant: Persium uulteranū: Iuuenalē aqnatē: quorū satyricū carmen tanto uirtutis ipetu in uitia uitiososq; inuehit ut eos exterminare uideat. Si ergo hi plures satis sunt: taceant isti qui sua/sores criminū poetas accusant: & rabiē suā mansuetudine domēt: nec dedignentur discere priusq; uelint alio℞ labores ridēdo iudicare iudi/cio: ne dum in alios suæ stolidæ iniquitatis tela coniiciūt in se ultionis diuinæ fulmina prouocent.

Quod in bonum poetas deducant se legentes. C.xvi.

a Iunt post hæc insidiantes acerrimi poetas esse mentium seducto/res: eo q dulci sono carmine lepido sermone accurata atq; ornata oratione ineptias suas legentibus ingerūt: & sic quo minime opportunū lectores seducūt insipidos. Quis ignarus & qui poetas non uiderint ut ipsi obiectores ignari sunt: nec poetas uiderunt illustres: & si uiderunt ingeniorū suorū ignauia nō intellexerūt. Nō credet facile hos optime iuste sancteq; i poeticū carmen iuehere: hoc uideat deus: & hi uideant quibus ab eo lumen intellectus cōcessū est. Tu aūt cytharista cælestis Dauid solitus dulcedie carminis furores sedare saulis: Si sua ue aliquid: si mellifluū cecinisti lyricū tuū carmen abscōde. Et tu Iob qui labores tuos atq; patiētiā heroico carmie scripsisti: si lepidū: si ornatū sit idē facito una cū aliis sacris uiris: qui æthereo uersu diuina cecinere misteria: & quod his dico dictū sit Orpheo: Homero Maroni: Flacco & aliis: postq; eo uentū ē: ut inueniātur q dicāt ipune: quoniam seducere mentes hominū sit dulcisone lepide accurate metricas orationes effundere. O Baui & tu Meui lætamini postq; dānant isti tps quod minie rebar uobis cōcessū ē: & locus præparatus amplissimus. Scio dicent se dixisse pniciosū ineptias sonoro scripsisse carmine & legisse. Erat fateor aditio hæc nō parui momēti: ni in præcedentibus sæpius esset ostensū: quales sint quas isti accusant ieptiæ illustrium poetarū: & ob id quod maximū existimabāt i nihilū resolutū est. Attamē ut i hoc directius ueniā: quia seductores mentiū dicūt esse poetas. Primo scire uelim cū multi sint qui ex his poetæ sint: qui seductores sint mentiū: & quis dubitetur: nullos dicere possint præter quos student Quos autem studeant accusatio ipsa demonstrat. Si deo placet zelātes hi amant: procantur: & mulierculis ridentibus applaudēt oculis: amatorias litterulas dictant: componunt rithimos: & cantiūculas excudūt quibus affectiones suas & suspiria expromāt: & deficientibus ingenio ii uiribus pro opportuno subsidio ad īstructores artis amatoriæ euo/lant. Hinc Catulli: Propertii & Nasonis uolumia euoluūt: & ab ieptis taliū suasionibus lepidis descriptis carminibus & uerbo℞ facili exornatis contextu: tanq; in hoc toto inclinati pectore uolentes trahuntur

seducuntur: atque tenentur: hic poetarũ illecebras cognouere: hic igra
ti præceptores accusant suos eosque seductores mentium dicunt quos
ipsi non rogati spõte sua secuti sunt. Magnis igitur immo permaximas
uacant redargutores nostri. Non enim paruum est amori obsequi: Cu
ius uiribus primo Phœbus: inde Alcides monstrorũ domitores cesse
re. O quam satius fuisset ignarus tacuisse quam in suum dedecus emisisse uo/
ces. Nã si prospectent dũ poetas accusarentur: seipsos aduertent mõ/
strasse culpabiles. Ex hac enim accusatione quæ sint eorũ studia: quæ
desyderia: quæ iustitia manifeste cognoscimus. Quid enim de his arbi/
trari possumus si puella lasciuis gestibus petulcis oculis: blandis uer /
bis spem polliceatur infaustã postquam a mutis seu tacitis carminibus se
ducuntur? Erubescant igitur miseri: & in melius insanum suum refor /
ment consilium: prospectentque Vlyxem gentilem hominem non mu /
torum carminum sed mellifluos syrenarum cantus spreuisse tanquam no/
cuos atque transisse. Et ut aliquid circa uim uocabuli dictum sit quod tã quam
detestabile poetis obiciunt uidisse debuerant: quoniã & si Christo sal
uatori nostro a iudeis obiectum sit: qui illũ ignominiose seductorẽ
dixere: Non tamen semper in malam partem sumendum fore. Nequi
uere enim illi abutentes infandi homines uim ueterem surripuisse. Po/
test enim in bonam partem summi seducere. Nam rem curantes pasto
riam ab infectis armentis nundum infectos egritudine boues seduxisse
solertis pastoris est. Et sic nonnũquam eruditi homĩes generosos animos
ab his: qui morbo uitiorum laborant suis seducunt monitis Quorsum
illustres poetas seducere sæpissime credulos reor: & eos facere melio/
res: ubi hi seducti tractique suo non poetarum minus etiam honestorum
crimine in malam frugem si possint conantur ostendere. O bone Iesu
aduerte pestẽ hãc ab ignaris credulis: & hos loquaces corripe ac adeo
instrue: ut exemplo tuo uelint prius facere quam docere.

Philosophorum simias minime poetas esse. C. xvii.

Simias præterea philosophorum ex his nõnulli qui se cæteris præ
ferunt dicunt esse poetas: uerum nõ satis certum habeo: an ut ho
minibus risum incutiant: ut nonnunquam suis scomatibus mulierculæ fa/
ciunt an potius ex animi sententia quia sic credant: seu mentis nequi /
tia ut irrideant istud euomant. Primum quippe deberet indignanti ani
mo a prudentibus tolerari: dum cernerent ab ignaris ex uiris conspi /
cuis ridicula confici uulgo. Cum passim per triuia asini infulati & phal
lerati sues: ac ex quo mauis genere beluæ fimbriatis necnon & uariatis
pellibus incedentes amicti comperiantur facile ex quibus decentius quis
uolens: posset configere talia. Si uero credentes asserunt aut irrident
utrunque tam stolide quam nequiret agunt. Est enim simiis ut aliquando
dixisse meminimus hoc de more a natura insixum ut uelint dũ possint

uidentes quoscūq; hominū actus imitari. Et sic uidetur hoc uelle poetas imitatores & inde simias esse philosophorum: quod minime ridiculū esset. Honesti quidē ut plurimū hoīes fuere philosophi & bonarū artiū repertores: sed falluntur indocti: nam si satis intelligerent poetarum carmina aduerterēt oēs non simias: sed ex ipso philosophorū numero cōputandos: cū ab eis nil præter philosophiæ cōsonū iuxta ueterū opiniones fabuloso tegatur uelamine. Præterea imitator simplex in nullo exorbitat a uestigiis imitati: quod quidē in poetis minime cernitur. Nam esto a philosophicis non deuenient conclusionibus: non: tamen in eas eodē tramite tendūt: philosophus ut satis patet silogizādo reprobat quod minus uerum existimat: & eodem modo approbat quod intēdit: & hoc aptissime prout pōt poeta quod meditādo concepit sub uelamēto fictionis silogismis oīo āmotis q̄to artificiosius pōt abscondit. Philosophus stilo prosaico: ut sæpius & eius fere paruipendens ornatum scribere consueuit. Poeta metrice sūma cū cura exquisito decore conspicuo. Philosophorū insuper ē in gymnasiis disputare. Poetarū in solitudinibus canere: Et cū ista inter se nō conueniant non erit ut aiunt simia philosophorū poeta. Si simias dicerēt eos esse naturæ posset fortasse equiore animo tollerari: cū pro uiribus quicqd ipsa. quicquid eius operatiōe operatur ppetua: poeta celebri conatur describere carmine: quod si intueri uelint isti uidebūt formas: mores: sermones: & actus quorūcūq; animantiū cæli syderūq; meatus: uentorū fragores & impetus: flāmarū crepitus sonoros: undarū rumores montium cælsitudines: & nemorū umbras: atq; discursus fluminū adeo apte descriptos ut ea ipsa paruis in litterulis carminū inesse arbitrentur. In hoc ego poetas esse simias confitebor: quod ego honorabilissimum reor opus in id. s. arte conari quod agit natura potentia. Sed qd plura? Esset talibus satius agere si possent ut nos una secū efficeremur simiæ Iesu christi q̄ sibi incognitos poetarū irridere labores cū cōtingat sæpissime tentantes alienū pruritū scalpere etiam suū aliorum cruentas ungues cum ansietate sentire.

Nō esse exitiale crimen libros legere poetarū. C. xviii

h I æquitatis imo iniquitatis arbitrari feruida rabie cupientes poetici nominis exterminium quasi pauca in illud dixerint alti sono insuper clamitant hinc inde boatu. O insignes uiri. O diuino redempti sanguine. O gratus deo populus: Si qua pietas: Si qua deuotio: Si quis christianæ religionis amor: Si quis dei timor nobis est: hos infaustos poetarum libros abiicite flammis exurite: & uentis seruādos exhibete cineres: eos enim habere domi: eos legere: eos etiam ullo modo uelle uidere exitiale crimen est: animas loetali ueneno inficiūt: uos ī tartara

trahunt & cælestis regni exules in æternū faciunt. Post hæc aucto cla
more Hieronymū in testem aduocant: eumq; dicentem aiūt in episto
la ad Damassum de filio prodigo: demonum cibus sunt carmina poeta
rum: & his ac similibus multis toto gutture ignaros auditores intonāt
O pietas. O prisca fides. O dei patientia grandis quid pateris? quid re
rum conditor in erectas turres? quid in cælsos uertice montes fulmīa
torques? Hi sanctissime pater feriendi sunt: qui dolosa lingua: atq; mē
daci aliorum & persæpe innocuorum exitio sibi aucupant inanem glo/
riam. Medici errores suos terra tegunt. hi prohibitionibus atq; flam/
mis suas conātur ignorātias occultare. Quis simplex homo hos audi
at quin arbitretur poetas perniciosissimos esse homīes: diuini nominis
hostes: contubernales demonum: immites: maleficos: scelestis semp
uacantes operibus: Quibus nulla bonarum artium cura: nulla pietas:
nulla fides: aut sanctitas sit. Et sic horum ignorantium opere & iniqui
tate consequuntur celebres uiri ignominiam quā minime meruere Sed
spero deus uidebit aliquando. Nos autem uideamus si possumus quale
sit hoc tam inexpiabile malum quod hi cōmiti clamitant: si teneantur
si uideantur: aut legantur carmina poetarum. Quæ horum contineāt
libri: quæ suadeant damnent: quæ doceant: iam satis supra declaratū
est. Sed eis ommissis uolo aduersus ueritatem hos scelesta omīa scribe
bere atq; suadere lectoribus. Quid tandem? gentiles fuere homines: ñ
Christum nouere: suam extulere: quam sacram arbitrabantur religio
nem: fictiones ædidere gratissimos & cōmendabiles utero persæpe ge
rentes fructus. Sed quid inde? quæso hos elegantissimos clamatores di
cant: Nunquid illis prohibitum sit ab aliqua ueteri seu noua doctrina
deorum suorū scelera quo uellent in stilo describere? Nō equidē reor
nec etiam christiano fingenti dummodo sane intellecta fictio aduersus
catholicā ueritatem exenterata nil pariat si non prohibitū est: Si hos
legere non leges prohibent neq; prophetæ: Non sacre pontificum san
ctiones. Quid tenere. Quid legere mali est? Inquient quia seductores
sint mentium dulcedine sua. huic obiectioni Paulo ante responsum est
Verum si hi imbeciles sunt atq; tractabiles sibi caueāt memores puer
bii ueteris quo prohibetur hos certamen lapidum non intrare quibus
sit galea uitrea. fateor tamen ultro longe melius fore sacros studere li
bros q̄ istos etiam si optimi sint: studentesq; acceptiores reor eē deo
Pontifici sūmo & ecclesiæ. Verum nō omnes nec sēper eadē trahimur
affectione: & sic nōnunq̄ ad poeticos trahūtur quidā. Et si trahimur
uel sponte nostra in eos imus: quod hoc crimen quod malū est? possu
mus impune mores barbaros audire: ipsos si uelimus suscipere barba
ros: eis hospitalitatem exhibere: eis si petant ius dicere: cū eis amiciti
as iūgere: poetarum libros legere si deo placet ab his uiris doctissimis

prohibemur: Manichei: Arrii: Pelasgiiq & aliorum heresiarcharum execrabiles errores ut noscamus nemo prohibet quin scrutemur. Versus autem legisse poeticos horrendum: ut hi clamitant imo lœtale crimen est: ioculatores in quadriuiis ut plurimum inhonestos ludos agentes inspicere possumus. Histriones in conuiuiis turpia canentes audire Nebulones in popinis: Lenones i lupanaribus blasfemātesq pati: nec ob id ad tartara trahimur: poetica legisse pœmata: nos æterni regni facit extorens. Pictori etiam in sacris ædibus fas est pingere tricerberū canē Ditis obseruantē limina. Charone nautam Acherontis uada sulcantem: Erynnas hidris accintas accensisq armatas facibus: ipsū Plutonē infœlicis regni principem dānatis supplicia inferente poetis sonoro carmine hæc eadem scripsisse nefas: & irremissibile lectori ē crimen. Pictori eidem concessu est in aulis regum & nobiliū uirorū amores ueterū deorū scelera hominūq: & quæcūq cuiuscumq comenta pingere nullo patrū ꝓhibente decreto: & hoc a quibuscūq pro libito intueri permissu est. Pœtarū inuenta ornatis linita litteris plus a sapientibus lecta uolunt mētes inficiāt q̄ picta ab ignaris inspecta. Quid multa: deficio fateor uolens si possem aduertere quib' uiribus qua potentia liuor edax & ignorantia hos boatores in tam grandē dementia potuerit impellere. scire saltem debuerant quia uas electionis testatus est: scire malum: malum non esse sed operari: Et ipsi nouissimi præceptores credo ut a suis mulierculis prudentiores habeantur: & inde pinguiores consequantur offas: Non uerentur dicere ne dū scire dicā: sed poetas legere perniciosissimū esse. O fastidium audire etiam si oīo despiciendi sint poetæ: nefarium fore si uideris margaritam ex luto colligere quasi abstergibile lutum illam minus fecerit præciosam. Nec erubescunt interpretes hi hac præsumptuosa atq generali ꝓhibitione sua uelle ex ueritate fieri mendaciu si dixerit aliquando pœta. imo eos dixisse toto denegant ore. Ridiculū est audire humani generis hostē diabolum potuisse uerbum bonum aliquando dixisse. Poetas autem esto aduersus conscientiam pauloante malos esse concesserim: cū forte non nullis præter gentiliciam maculam nil inhonestu iure posset obici uerbum bonum dicere nequisse. Vocatur etiam nonnū q̄ a sacris hominibus in testimonium diabolus inuocasse pœtam horum accusantiu auctoritate irremissibile crimen est. Sed nunc hos prohibitores & in exilium pœtarum præcones oro dicant quid magis q̄ philosophia potuit peccasse pœsis. Veritatis quippe optima īdagatrix philosophia ē cō perte uero sub uelamine seruatrix fidissima pœsis est. Si minus recta sentiat illa non potuit rectum ista seruasse: pedissequa est dominæ uestigia imitetur necesse est: si deuiet illa: & hæc ut exorbitet a necessitate cogitur. Quid ergo cum gentiles philosophos allegemus ore pleno

eorumq; seruemus sententias: & nil fere nisi eorum uallatũ auctorita
te firmemus. dicta poetarum poetasq; horrere scimus atq; detestando
damnamus: extollitur Socrates. honoratur Plato. colitur Aristotiles:
ut de reliquis sinam qui oẽs fuere gentiles: & persæpe damnantis opi/
nionibus erronei homines. Homerus ab obiurgatoribus nostris pellitũ
damnatur Hesiodus. Maro despicitur atq; Flaccus: quorum figmenta
nil aliud sentiũt q̃ dispositiones illorũ. Quorũ q̃m dogma student &
ex his esto cum difficultate non patiente ingenio quædam principiola
sumpserunt quasi intellectum commendant: poetarum uero quoniam
scripta negligunt: & sic non intelligunt despiciunt: & condẽnant. Atta
men quicquid clamitant: quicquid latrant: quicquid iubeant uel suade
ant: si philosophorum scripta: si barbarorum gesta: si hereticorũ per
fidia legi possunt: & poetarum uolumina absq; piaculo legi teneri audi
riq; possunt: mente tamen integra atq; constanti ne si quando aliquid
in ortodoxam dicerẽt fidem: tanq̃ ab illa exteri se lectores labefacta/
ri permittant. Nunc autem superest in extremum horum clamorẽ pau
xillum acrius instandum atq; prolixius: quoniam ea ex celeberrimi at/
q; sãctissimi hominis auctoritate præcedẽtia omnia firmasse se credũt
Dicunt igitur clamitantes Hieronymi uerbum ad Damassum papam
demonum cibus sunt carmina poetarum: Quod si satis percæpissent
a nobis etiam firmatum aduertissent: & potissime ubi damnatam comi
corum spurcitiem atq; abiectam semel & iterum ante iã diximus. Sed
quoniam nulla poetarum facta distinctione inuidentiæ offuscati caligi
ne: & in quoscunq; cæci irruunt propulsanda illorũ ignauia est: & ipi
in perpetuum cogendi silentium. Si igitur epistolas. Si uolumina Hiero
nymi. Si hanc eandem quam producunt in testem seu cuius auctorita
te damnatos poetas uolunt studiose legissent: inuenissent profecto uer
bum hoc a Hieronymo declaratum: & eius sensum appositum atq; ob
iectionem quam faciunt esse solutam & potissime ex figura mulieris ca
ptiuæ raso capite: deposita ueste: resectis unguibus & pilis ablatis isrue
litæ matrimonio copulandæ. Et si religiosiores atq; delicatiores sãctis
doctoribus esse non uelint comperient hunc demonum cibum nõ solũ
non reiectum flammis ut iubent immissum: sed cum diligentia Serua
tum: tractatum: atque gustatum a Fulgentio doctore atq; pontifice ca
tholico: ut apparet eo in libro quem mithologiarum nuncupat ipse in
quo elegantissimo stilo descripsit poetarum fabulas exponendo. Aeque
modo Augustinum doctorem egregium cõperiẽt nõ horruisse poesiã
nec poetica carmina: quinimmo solerti uigilantia studuisse & intellexit
se quod uolentes negare non possent cum sæpissime in suis uoluminibus
sanctus homo Virgiliũ aliosq; poetas inducat: nec fere Virgiliũ un q̃
absq; alicuius laudis titulo nominat. Sic ut iterũ dixerim Hieronymũ

doctore eximiũ atq; sanctissimũ & triũ linguaꝝ mirabiliter eruditum quẽ ignorãtiæ eoꝝ hi ĩ testẽ trahere satagũt tãta poetaꝝ carmĩa diligẽtia studuisse pciperẽt atq; seruasse memoriæ ut nil fere absq; eoꝝ testimonio firmasse uideatur. Videãt si nõ credũt ĩter alia libri eius hebraicaꝝ q̃stionũ ꝓlogũ: & aduertãt: nunqd eũ totũ terentianũ fuisse sentiant: uideant nunqd sæpissime Horatiũ atq; uirgiliũ sibi quodãmõ assertores inducat: & nõ solũ hos sꝫ & Persiũ aliosq;. Legãt insup eiusdeꝫ facũdissimã ad Augustinũ epistolã. Rimentq; nunqd in ea ĩter illustres uiros uir doctus poetas quos ipsi tãto clamore cõfũdere si possint conant̃ enumeret. Porro si nesciunt plegant actus apostoloruꝫ & sentiãt nunqd Paulus uersus poeticos studuerit & nouerit. Inuenient qppe eũ nõ fastidisse in Ariopago aduersus athenensiũ obstinationeꝫ disputantẽ uti testionio poetaꝝ. Eũq; alibi Menandri comici carmine usuꝫ. Dũ dicit corrũpũt mores bonos colloqa mala: & epymẽidis poetæ si memini allegat uersiculuꝫ qui aduersus hos aptissime dici põt dicens. Cretenses semp mẽdaces malæ bestiæ: uentres pigri: Et sic non qui ad cælũ usq; tertiũ raptus ẽ: quod isti sanctiores uolunt peccatuꝫ uel turpe arbitratus est legisse atq; didicisse poetarũ carmina. Insup pscrutent̃ quid scripserit Dionysius ariopagita Pauli discipul⁹: & Christi martir egregius in suo Ierarchiæ cælestis libro. Ex intentione qppe dicit persequitur atq; probat diuinam theologiam poeticis fictionibus uti inter alia ita dicens. Etenim ualde artificialiter theologia poeticis sacris formationibus in nõ figuratis ĩtellectibus usa ẽ: nostrũ ut dictuꝫ ẽ animũ reuelãs: & ipsi ꝓpria & coniecturali reductiõe prouidẽs & ad ipsuꝫ reformãs anagogicas sanctas scripturas: & alia multa quæ ad hanc sententiaꝫ subsequunt̃. Et ut reliquos postremo finã quos aduersus bestialitateꝫ horũ posseꝫ inducere: nõne etiã ipse dñs & saluator noster multa in parabolis locutus est comico cõuenientib⁹ stillo: Nõne & ipse aduersus Paulũ prostratũ Terentii uerbo usus ẽ: s. duꝝ est tibi cõtra stimulũ calcitrare. Verũ absit ut putẽ Crhistũ dñꝫ a Terentio q̃ tuncũq; diu ante fuisset q̃ hec dicta sint uerba assũpsisse. Sufficit mihi satis esse ad firmandũ ꝓpositũ saluatorẽ nostrũ uoluisse quã tuncũq; uerbum suuꝫ atq; sententiã ore Terentii fuisse ꝓlatum: ut appareat non oĩo esse cibũ demonũ carmina poetarũ. Quid nũc inquiẽt boatores illustres: clamitabunt ne: ĩsultabũt aduersus carmina poetaruꝫ a suomet teste reprobati: & aliorũ pluriuꝫ sanctorum uirorũ testimonio uicti atq; repulsi: Clamabũt equidẽ: insupabilis eorũ rabies ẽ. sed q̃ iuste tu uideas Rex optime uideantq; quibus ratõ magis amica est q̃ obstinata horũ proteruia. His autem taꝫ absolute damnantibus iustissimus iudex deus aliquando retribuet inuidentiæ meritum: & eadem eis metietur mensura: qua ipsi aliis metiuntur.

Minime poetæ omnes iussu platonis pellẽdi sunt urbibus

p Erminimum uisum ẽ latratoribus nostris conatus exposuisse oẽs ut e domibus ac manibus hominum si potuissent poetas excluderent:& ideo ecce iterum agmine facto irruunt:& armati Platonis auctoritate infando gutture sonoras uoces eructant.aientes Platonis iaȝ dicti iussu poetas urbibus esse pellendos.Inde(ut Platoni deficiẽti subueniant)superaddunt ne suis lasciuiis ciuium mores inficiant. Cui obiectioni:& si satis in superioribus responsum uideatur:non pigebit iterũ latius respondisse.Maximam igitur fateor philosophi huius auctoritatem esse nec spernendam si sane intellecta sit ꝙ sensu cuius profecto hii aut nihil aut peruerse sentiunt ut apparebit.Ostensum tamen illis ẽ poetas sponte sua solitudines habitare:ꝙobrẽ illos mõtanos & ĩeptos homines nuncupabant.Si autẽ uiolenter urbes incolerent:qd dicerẽt Morsores hi:dicerent eos esse tyrãnos.Si uero tunc uelint sententiam uertere & eos cultores urbium dicere falsum est.Constat homerum inter aspreta scopulorum & montana nemorum:post peragratum orbeȝ extrema cum paupertate littus arcadum habitasse:& ibidem mente uidens:luminibus tamen egritudine captus:ingentia illa atq; admirãda uolumĩa nõ hyblæo sed castalio melle plita:Iliadis & Odysseæ dictasse.Virgilius autem ingenio non minor homero:urbe Roma tunc reꝝ domina neglecta:atq; Octauiano cæsare totius orbis principe:cui' singulari lætabatur amicitia omisso:quæsiuit sibi haud lõge a Neapoli cãpaniæ inclita ciuitate:tunc etiam delitiis abundante:& ocio semotũ locum quieto atq; solitario littori proximũ:ut magni spiritus homo Ioãnes barillus aiebat:Inter promontorium posibili & puteolos uetustissimam græcorum coloniam:ad quem nemo fere:nisi eum quæreret:accedebat.In quo post georgicum carmen:cælestẽ decantauit Aeneidaȝ Cuius selectæ solitudinis Octauianus præstare testimonium uolẽs:cũ fecisset eiusdem Virgilii a Brũdisio ossa referri:haud procul ab electa solitudine tumulari iussit secus eam uiam quæ adhuc puteolana dicit'. ut eo iacerent mortua cuius elegissent in uicinio uiuere. Et ne semper per antiqua uagemur:quæ oppugnatores quantũcunq; fausto testimonio roborata sint negant facile.Franciscus petrarcha cælestis homo ꝓfecto:& nostro æuo poeta clarissimus:nonne spreta Babylone occidẽtali atq; pontificis maximi beniuolentia:quã omẽs fere christiãi summo opere cupiũt & procurant:& pileatorum orbis cardinum aliorũq; prĩcipum in uallem clausam abiit:insignẽ galliæ solitudinẽ locũ: ubi Sorgia fontium rex oritur:& ibidem omnem fere floridam iuuentutẽ suaȝ uillici unius contentus obsequio:meditando atq; cõponendo consumpsit.fecit equidẽ:stant uestigia:stabuntq; diu parua domus & ortul' & dum deo placet testes uiuunt plurimi.Si ergo ne plures recitem sic est

minime edepol opportunum est ut in hoc quis labores impendat: ut abeuntes ultro poetas urbibus pellat. Vellem ego tamen ab istis audi/re: nūquid existimēt Platonē: dum reipu. librū scripsit: ī quo hoc mā datur: quod isti aiunt intellexisse de homero. s. urbs illa placuisset eum urbe fuisse pellendū. Nescio quid respōsuri sint: ego aūt nō credo cū de eo multa laudāda iam legeri: hūc. n. sacratissime cæsaꝶ leges oīū uirtutū patrē uocitāt & sæpissīe eoꝶ latores: ut eas maiori ueneratiōe dignas facerēt: & quodā sacrosctō testimōio roborarēt: inter eas non/nūq̄ homeri carmina miscuere: ut in fine ꝓhemii codicis iustiniani Iliadis legitur carmen. & in eodē sub titulo de iusticia & iure: sic & de contrahēda emptiōe: & de legatis & fideicōmissis: & aliis locis: ut minus credētes pñt in pandecta pisana cognoscere. Hunc insuper in suum ciuem plures græcorum egregiæ ciuitates eo etiā mortuo: & paupere uo luere: & de hoc inter se mouere litigium: ut cōprehendi potest liquido per uerba Ciceronis in oratione ꝓ Archia: dum dicit Homerum Colophoni dicunt ciuem esse suum: Chii suum uendicant. Salamini repetūt Smyrni uero suum esse confirmant: itaq̄ etiā delubrū eius in oppido dedicauere. per multi alii præterea pugnant inter se atq̄ cōtēdūt: hæc Tullius. Quod etiā testari a uetustissimo græco carmīe satis īter eruditos uulgato legisse memini sic aiēte. Septē litigāt ciuitates de radice homeri: Samos: Smyrne: Chios: Colophō Pylos Argos Athēie: hūc p̄terea ipe Plato in eodē libro reipu. aliisq̄ psæpe cōclusionū suaꝶ iducit in testem. Si igitur uirtutum pater a legibus habitus est: si legum decus: si tot ciuitatū ciuis etiā repetitus: si a præceptore ipso platone testis assumptus: stultissimū est arbitrari Platonem idem prudentissimū uirum talem poetam urbe pellendum iussisse. Insuper hoc Platonis iussu existimabimus Ennium urbe pellendnm: qui honesta paupertate cōtentus: adeo ob uirtutem suam carus scipionibus fuit: hominib⁹ quidē non solum armis & bello atq̄ sanguinis generositate cōspicuis: s; philosophiæ domesticis & sanctitate more illustribus: ut post mortem etiam uellent suis maiorūq̄ suoꝶ suos misceri cineres: & suo tumulari se pulchro. Si credāt hi: ego non credam: quin arbitror platonē suam ciuitatem optasse talium fuisse repletam. Quid præterea de Solone dicemus: qui datis Atheniensibus legibus esto iam senex esset sese cōcessit poeticis: urbe ne pellendum dicemus: qui urbem dissolutam in ciuilem uitā moresq̄ reuocauit: Quid insuper de Virgilio nostro: cuius (ut reliqua sinā) tāto frōtis rubore & mētis uerecundia inter coeuos & quos cūq̄ minus decētia queq̄ audiebat pigebat: ut ob hoc iuuenis adhuc uocaretur parthenias: quod latine uirgo seu uirginitas sonat: Cuius tot sunt ad uirtutem suadētia monita: ut sæpe iam dictū est: quot sunt eius carminum uerba. Cuius ne cōbureretur diuinū opus ut ipse

Virgilius moriendo præceperat. Octauianus cæsar augustus: postposi tis maximi imperii curis prohibitorios uersus composuit: qui in tẽpus usq; nostrum leguntur: Cuius adhuc nomen apud mantuanos tãto ho nore celebratur ut cum cineres ab augusto sublatos pro uotis colere nequeant: eius agellum ueterẽ adinstar uiuẽtis hominis ab eo deno minatum colunt: filiis iuuenibus tanq̃ quoddam uenerabile sacrũ se nes parentes ostendunt. Cæteris aduenientibus quasi suam gloriã au/ gentes sollicite indicant: non absq; uirtutis præcipue testimonio ista ꝑ ueniunt: & nos uirtuosos urbe pellendos Platonem uoluisse credemus O stolidum capitulũ. possem de Horatio flacco: de Persio uulterano: de Iuuenale aquinate multa dicere: per quæ pateret liquido mentis pla tonis non fuisse tales urbe pellendos: sed trahit animus ut uisa ingerã & quæ nulla tergiuersatione ab istis negari possint apponam. Credam igitur ne tantæ dementiæ fuisse Platonem ut Franciscum petrarchã ur be pellendũ censuerit: qui a iuuentute sua: celibem uitam ducẽs: adeo inepte ueneris spurcicias horret: ut noscentibus illum sanctissimũ sit exemplar honesti. Cuius mendaciũ letalis est hostis: qui uiciorũ oĩũ execrator est: & uenerabile ueritatis sacrarium uirtutũ decus & lætitia & catholicæ sanctitatis norma: pius mitis atq; deuotus: & a deo uere/ cundus ut inde dicatur Parthenias alter. Est & insup poeticæ gloria fa cultatis orator suauis atq; facundus. Cui cũ oĩs pateat philosophiæ si nus ẽ illi ingeniũ præter humanũ perspicax: memoria tenax: & rerũ omniũ prout homini potest esse noticia plena: ex quo opera eius tã ꝓ saica q̃ metrica: quæ plura extant: tanto splendore refulgẽt tanta sua uitate redolent: tanto florido ornatu spectabilia sunt: & lepore sonan tium uerborũ melliflua: & sententiarum succo mirabili sapida: ut cæ/ lestis ingenii artificio potius q̃ humani fabrefacta credant̃. Quid mul ta dixerĩ? ꝑfecto hoĩẽ superat: & in longũ mortaliũ uires excedit: neq; ego has laudes prædico quasi antiquum hominẽ: & longis ãte sæ culis defunctũ cõmendem. Quinĩmo dum deo placet uiuentis atq; ua lentis merita refero: quẽ morsores egregii si non litterulis meis credi/ tis oculata fide uidere potestis. Nec dubito ut ex eo cõtingat quod ut plurimũ famosis uiris cõtingere consueuit (ut ait Claudianus) minuit p̃ sentia famã: ĩmo audacter assero quia huius superet præsentia famam tanta enim morum maiestate tanta suauis eloquentiæ facundia: tanta e tiam urbanitate & composita senectute conspicuus est: ut de eo quod apud Senecã moralem philosophũ de Socrate legitur: dici possit audi/ tores. s. eius plus ex moribus q̃ ex uerbis traxisse doctrĩæ. Et ut alqñ de celeberrimo uiro isto taceã quæso hos dicant: nunquid tales poetæ a Platone appellantur ex urbe. Et si pellũtur huiusmodi referent quos introducturus ipse sit ciues lenones: an uispiliões atq; gnatonicos epu

lones: cætariosq; seu forte furciferos: aut similes illis assument. O fœlix: O mansura diu Platonis respu. si poetas pellat: & hos ciues habeat & morũ uitæq; hoĩu; præsides. Sed absit ut arbitrer doctissimũ uirũ id intellexisse: quod sentiunt interpretres hi: qnĩmo reor & poetas insignes & quoscũq; alios similes eisde; non tantũ ciuitatũ seu suæ rei pu. ciues esse: sed principes atq; magistros. Sed inquiẽt stomachantes hi: si hos non quos pelli iubet Plato poetas: Esset respondendũ talib' uos ipsi perquiratis censores inepti. Sed quonia; ignorãtiæ quorũcũq; cõpatiendu; est: & si male sint meriti cõpatiendũ tamen est: uti liquoribus oĩbus: sic & facultatibus sua fex quæ esto abominabilis & abiicienda: non tamen defecatus liquor efficitur: uilior & æquo modo facultas. Quid. n. philosophia rerum omniũ magistra ueratius: hæc a murce loco: ut de cæteris taceam: cinicos habuit: & epicurios qui infandis erroribus inuoluti fere eam dehonestare in nõnullis conati sunt: adeo ut hostes uiderentur potius q̃ ministri. Sed quæso ꝑpter hos Socratẽ Xenocratem: Anaxagoram: Panetium: aliosq; hoc eodem insignitos titulo abiciendos fore dicemus. Stolidu; & ignaui defectoris esset officium. Quid christiana usq; religione santius: & hæc Donatistas: Macedones: Fotinos: & alios habuit heresiarcas longe fetidiori fece execrabiles: nec ꝑpter hos iuste Basiliu; cæsariense; : Ioanne; crisosthomu; : Ambrosiu; mediolanense; : Leone; papã: & alios sacros ac uenerabiles uiros dicimus esse prophanos. Sic & poesis: ut de reliquis taceam habuit suã fece; & fuere quidam qui Comici poetæ dicti sũt: inter quos & si nõnulli honesti fuerint hoĩes: ut Plautus & Terẽtius: utplurimũ turpissimis fictionibus suis splendida; poesis gloriam ĩficere uisi sunt: & his iungi põt aliquando pelignensis Ouidius: hi quidẽ seu mẽtis innata lasciuia seu lucri cupidie: & desiderio uulgaris applausus scelestis cõpositis fabulis eas minus introductis recitabant in scænis: ex quibus lasciuientiũ pectora prouocabant̃ in scœlera & constantiũ agitabatur uirtus: & oĩs fere morũ disciplina reddebat̃ eneruis: & qd̃ pernicîosissimũ erat: q̃tũcũq; & in cæteris religio gentiliũ detestanda sit populos in tam turpia sacra deduxerant: ut erubescenda a suis etia; uideretur. Huiusmodi etia; poetas ut in præcedentibus sæpe dictum est nõ sola abhorret christiana religio: s; ipsa etiã abiecit gentilitas. Hi qppe sunt quos urbe pellendos reor Plato iusserit. Ego aũt non urbe sed orbe tales exterminandos fore existimo. Sed hos ꝑpter: ẽ ne Hesiod' Euripides: Statius: Claudianus: aut similes ciuitate pellẽdus: Ego nõ arbitror: distinguant igitur hi: & si non odio laborant ĩdigno: maleme ritos carpant sua linquentes in pace conspicuus.

Musas infici non posse ob defectum lasciuientis cuiusq; ingenii.

Ostremo rex ĩclyte: hi nomen poeticum blasphemantes infanda

temeritate parciti: silentia sacra semotos antri gorgonei adit⁹: honesta
penetralia uenerande poesis: & puellarum choros: cātusq; diuinos ītra
re ausi sunt: atq; dissonis turbare clamoribus: & Boetii sāctissimi atq;
clarissimi uiri: uerbis armati eis.s.quæ circa principiū libri eius de con
solatione legūtur: philosophia loquente atq; dicente. Quis has senicas
meretriculas ad hūc egrū permisit accedere: quæ dolores eius nō mo/
do ullis remediis fouerent: uerū dulcibus īsup alerent uenenis & cæte
ra omnia nō alter q; uictores cōplere clamoribus & innocuas ludētiū
mētes ignominiosis opprobriis cōmouere si possint: & cu; nō sentiāt
qd illa uerba uelit. Boetius solum inspiciētes corticē: pudicissimas mu
sas non aliter q; si essent carneæ mulieres: eo qd' foeminini generis sit
eorum nomina. Inhonestas obscenas ueneficas atq; meretrices esse p/
clamant: & eo quod diminutiuo utatur Boetius illas extreme sortis: &
extremo etiam in lupanari a fece uulgi prostratas existimāt: nec hic sa
tis est: quinimmo hinc nolūt poetas etia; esse homines īhonestos si ar
gumentum deducentes suum. Si musæ Boetii assertiōe meretriculæ sūt
inhonestæ mulieres sūt: & sic hi quibus familiares sūt: ut īhonesti sint
homines necesse est. Cū amicitia seu familiaritas: nisi ex conuenientia
morum iungi aut stare non possint: eas autem esse familiarissimas poe /
tis constat. liquido etiam carminibus eorum testātibus: & sic(ut iā di
ctū est)inhonesti sunt homines. Aduertis ne prudentissime rex ī quem
exitum tendat illecebris horum astutia: sed qualiscūq; sit ueritate luci
da confundenda est. Quot igitur & quæ musæ sint: & qbus īsignite no
minibus: & quid per eas senserint illustres uiri si bene memini supra li
bro. xi. operis huius monstraui. Sed adhuc horum impietate non quie
scente: paululum laborandu; est. Satis ergo arbitror ex præmōstratis
assumi posse: duplicem esse poetarum speciem: quarum altera uenera /
bilis & laudabilis est: & piis hominibus semper grata. Altera uero ob
scæna atq; detestabilis: & ea est poetarum quos dixi non urbe tātū: s;
orbe pellendos: æquo modo duci potest de musis quaꝝ & genus unum
sit spēs duæ dici possunt. Nam dato eisdē uiribus eisdēq; legibus actu
aliter unaqueq; utatur: cum uariis exactitatis uideatur exprimi suc⁹ hic
scilicet dulcis amarus: ille non incongrue honestam unam arbitrari pos
sumus: & reliquam inhonestam. harum igitur altera totis cōmendāda
præconiis laurea incolit nemora: castalium fonte;: & quæcūq; religio
ne uenerabilia loca cognoscimus phoebi socia floribus & sertis ornata
& dulcedine cantus: atq; uocum sonoritate spectabilis. Altera aute; ea
est: quæ ab īhonestis comicis tracta: Scænas atq; theatra & quadriuia
tenet: & scelestibus fictionibus ob mercedē se ierti uulgo placidam ex
hibet nullo cōmendabili ornatu conspicua: hæc non cōsolatione uirtu
tum non salubribus antidotis non sacris etiam remediis egritudines

languentium mitigat aut sanat: sed querelis gemitibusq; in mortē usq; amplificat ea delectatione: qua passionibus īplicite delectantur. Ex q/bus satis possunt quod ignorabant uidere poetis infesti: Boetiu3. s. dū musas meretriculas scenicas uocitabat: de theatrali musarū specie intel lexisse. Quod apertissime obiectores hi uidisse potuissent. si quod post pauca a philosophia dictū legit intellexissēt: dicit. n. Sed meis eū mu sis curandū sanandūq; relinquite: & ut euidentius appareret quoniam de secunda musaru3 specie loqueretur psæpe in sequētib' philosophia ad curam & consolationē Boetii: in eodem libro oblectamenta carmi nu3 & fictiones poeticas introducit. Ergo postq; illas philosophia suo īmiscet artificio: eas honestas eē existimādū ē: & si honestæ sint: & hi quibus familiares sunt: ut horum uidetur uelle deductio: honesti sint hoīes necesse est: & sic honestæ sunt musæ: & poete honesti sunt ho/mines quos & quas inuicem turpi nota in uacuū labefactari conati sūt

Alloquitur autor regem.

Vibus potui rationibus clementissime rex horū celantiū maledi cta retudi: & ni honestati pepercisse3 meæ intemeraria3 eorū præ sumptionem: & uitam moresq; suos longe acriorib' uerbis: & aculeis acutōribns inuexisse3. Reor tamen eos præter dicta multa dicturos q bus omnibus respondere uoluisse in longū nimis ꝑtenderetur oratio: & multitudo uerborū nimia persæpe consueuit: ne dū animos magnis occupatos ut regii sunt: sed etiam uacuos & occiosos offendere. Et id circo ne cælsitudini tuæ tediosus sim: & ne uidear hos extra terræ ter minos fugare uelle: cū ignorantiæ eorum potius cōpatiendu3 sit: q; in meritu3 exterminiu3 procedendū his finem prestare mens ē: et quod ipsi nō facerent: ego ante huius libri fine3: tua cū gratia fecisse uolo: posuisse. s. meritam iram oēm et eorum ignouisse nequitiæ et eos ami cis alloqui uerbis: si forsan in consiliu3 melius possi3 īpellere.

Poetici nominis hostes orat autor
ut se in melius uertat consilium.

Os igitur o prudentes uiri iam si sapitis iras ponite: et turgida se date pectora. Satis. n. īmo nimium inter nos odiis decertatum ē uos primi in insontes intulistis arma ut eos exterminaretis orbe. Ego ex aduerso pectus opposui ei pro uiribus præstāte deo et meritis cāæ iuuantibus ne benemeriti ab infestis pellerētur hostibus. Esto si aduer sum uos: ipsi in æquum descenderent campu3: quantum præualeāt ue stris meisq; uiribus sera penitētia nosceretis. Belligeratum tamen ē et eo uentum: ut cu3 aliquali offensoru3 gloria: q; q; sudore plurimo pau lulū sit omnino uincendi repressa libido: et ut æquis legibus iri possit ī pacem. Vadamus ergo eamq; capessemus ultro et quietem laboribus

demus. librata enim sunt belli premia. Nam nos doctrinaꝫ ego refero
aliquantulum consolationis in prædam & sic satis loci paci relictum ẽ
Credo sic uelitis quoniaꝫ cæpisse uos poenitet: & iõ eiꝰ fruamur bonis
Quod ut me ex animo dicere noscatis: qui primus lacessitus sum: pri/
mus seruare amicitiæ leges incipiam: & ut uos etiam faciatis: quæ ami
cus caritatiue pauca dicturus sum: æquo animo atq; tranquillo pcipite
Ecce honorabiles uiri: quibus potui demonstratiõibus elucidaui quid
sit poesis: quã uos ipsi nullam faciebatis qui poetæ sint: quod poetarũ
officium qui mores etiaꝫ fabulones scelestos homines: suasores carmi
num: & mille malis infectos clamabatis. Quid inde musæ sint designa/
ui: quas meretricĩas dicebatis: & forte arbitrabamini lupanares. Quos
si tanti sunt: si adeo uenerabiles non solum non damnare debetis: sed
eos colere laudibus extollere: amare & eoꝶ ut meliores efficiamini stu
dere uolumina. A quo ne uos retrahat: aut ætas ãnosior: aut famosio/
res audisse facultates: cõemini ex uobis ipis id posse qđ de se ñ errubu
it annosus prĩceps: & uirtutuꝫ omnium singulare decus. Robertꝰ rex
Hierusalem & Siciliæ rex inclytus: qui clarus olim philosophus & me
dicinæ præceptor egregius: atq; inter cæteros eiꝰ tpis isignis theologꝰ
cum in sexagesimũ sextum usq; ætatis suæ annum paruipendisset Virgi
lium: illumq; cum reliquis more uestro fabulosum diceret homineꝫ &
nullius fore præcii ornatu subtracto carminum q̃ cito franciscum pe/
trarcham arcanos poematum referentem sensus audiuit obstupefactꝰ
seipsum redarguit: & ut ego dicẽte meis auribus audiui: asseruit se nũ
q̃ ante arbitratum: adeo egregios atq; sublimes sensus: & sub tã ridi/
culo cortice uti poetarum sũt fictiões latere potuisse: ut aduertebat pꝰ
demonstrationem solertis uiri absconditos esse suumq; mira cõpũctio
ne damnabat ingenium: & infortunium: quod tam sero poeticum artifi
ciũ cognouisset: nec erubuit aut senio & spe breuis in futurũ uitæ deti
neri potuit: quin sepositis studiis splendentium facultatum ut plenuꝫ e
uirgilio sensum sumeret cœperit operaꝫ dare. Sane festina mors nouũ
interrupit studium: quod si perseuerare potuisset: quis dubitet quin in
maximum poetarum decus: & Italorum commodum studio tali uacan
tium euasisset. Quid ergo quod regi sapientissimo sanctum uisum est:
uos ne arripere indignum ducetis: uix credam nõ eniꝫ nos tygres: aut
immanes belluas reor: quorum ingenium uti illarum sceuitia in meliꝰ
flecti non possit. Attamen si præter hanc piam credulitatem meam in
pectoribus uestris ĩpetuosas adhuc ĩmeritos pseuerat hostilis ardor in
uestrũ saltem decus: quotiens uos linguæ pruritus ĩ uerba irritat: q̃so
p sacrũ philosophie pectꝰ: cuiꝰ forsan aliquãdo mamillas suxistis: ne ĩ
totum poeticum nomen adeo uos dedatis præcipites quinĩmo si satis
sani estis distinctione semper ubi opportuna sit utamini: ipsa quidem

in concordiam discordantia reducit: & abstersis ignorātiæ nebulis in tellectū clarificat: & recta quo uult ducit ingeniū. Et hæc facitote ne inhonestis uenerabiles īplicetis poetas: ex quibus multos fuisse genti/ liū ostensū est. Sit satis uobis in illecebres comicos irruere: in hos e uomere iras: in hos bona cæterorum pace omne uestrum uersetur in cendiū. Præterea & hebraicis parcite: nō enim absq; diuine maiesta/ tis indigne lacessiri possunt: & præmōstratū ē Hieronymo attestante quosdā ex eis sub poetico stilo sancto dictāte spiritu: sua cecinisse ua ticinia: æquo insuper mō & christiani ab iniuriis īmunes seruādi sunt plures enī ex nostris poetæ fuere & adhuc sunt: qui sub tegminib' fi ctionū suarū christianæ religionis deuotos sacrosq; sensus cōmēdaue re: & ut aliquid ex multis ostensū sit: noster Dantes dato sermōe ma terno: sed artificioso scriberet in libro: quē comœdiā nuncupauit: de functorū triplicē statū: iuxta sacræ theologiæ doctrinam designauit egregie. Et illustris atq; nouissimus poeta Franciscus petrarcha in suis bucolicis: sub uelamine pastoralis eloquii ueri dei: & inclyte trinitatis laudes irasq; eius incalcantes ignauia Petri nauiculam mira descriptio ne notauit. Stant uolumina: & intelligere uolentibus sensus apparent: hos ultra uigent prudentii: atq; sedulii carmina: sacrā sub tegmēto ex promerentia ueritatē. Et Arator nō solū christian' homo: sꝫ romanæ ecclesiæ sacerdos & cardo: heroico carmine apostolorū gesta more cā tando poetico designauit. Iuuencus insuper hispanus homo: sed æque christianus sub uelamento hominis bouis leonis & aquilæ: christi filii dei uiui redemptoris nostri actus oēs etiā fingendo composuit. Et ne plures in mediū deducā: si ut nostris saltē parcatis: nulla uos humani tas trahit: nolite seueriores esse matræ nostra ecclesia: q̄ laudabili con sideratione prospectans nō dedignatur: cū multis & potissime cū Ori gene se habere benigne. fuere enim huic homini tam grandes in cōpo nendo uires ut nunq̄ circa id exhaustū uideatur fuisse ingenium: nec in scribendo fatigata manus: ex quo in millia uolumina uariarum mate rierum excessisse credatur. Ex quibus omnibus more sollertis uirginis quæ inter spineta flores illæsis colligit digitis: & spinarū aculeos sinit seperatim uilescere: omissis minus bene creditis laudanda sumpsit & ī ter suos thesauros seruari uoluit. Videte igitur & examinate: & æqua lance poetarum dicta librate: & quæ minus sancte scripta sunt sinite: quæ aūt benedicta sunt nō damnate: quasi existimetis eruestigio clamo re in poetas sublato: Augustinos aut Hieronymos ab ignaro populo arbitrari. hi enim quibus æqua fuit cum sanctitate prudentia nunq̄ in poeticam seu poeticæ artificium fecere. Verum in errores gentilitatis recitatos: ab eis quos semp etiā circūstantibus catholicæ ueritatis ho stibus atq; recalcitrātibus uoce intrepida dāmauere: semp aduertētes

eorum scripta tanta uerborum arte composita: tanto lepore suauia: tã
to sententiarum sale condita: tanto ornatu etiam delinita: ut ab eis ex
peti fore necesse uideatur quicquid quis uelit latino eloquio apposuisse
decoris: & ne longiori sermone uos traham (ut ait Cicero pro Archia)
hæc studia adolescẽtiã agunt: senectutẽ oblectãt: secundas res ornant
aduersis profugium ac solacium prebent. Delectant domi: non ĩpedi/
unt foris: pernotant nobiscum: peregrinantur rusticantur: qui si ĩpi ne
qꝫ attingere neqꝫ sensu nostro gustare possemus: tum ea mirari debere
mus etiam cum in aliis uideremus & cætera. Cum igitur non spernen/
da neqꝫ abicienda: sed colenda sit pœsis: & inde pœtæ si sapitis satis
dictum est. Si autem obstinati perseueretis in rabiem: esto uobis cõpa
tiar: cum aspernandi satis: nihil ad sufficientiam scribi posset.

Genealogiæ deorum gentilium liber. xiiii. desinit.
Sequitur. xv. & ultimus liber: in quo auctor purgat seipsum
obiectis in se. Prohæmium

f Vndaui serenissime rex: quibus potui armamẽtis hinc inde
nauiculã: ne æstu procellosi maris: aut uentoꝝ aduerso ĩpe
tu pelleretur ĩ littus & illisa ruptis compagibus solueret̃. Et
ne crepitantibus desuper nubibus: in imbrem solutis infestum: aut co/
ruscum fulminantibus ignem dillueretur aut uerteretur in cinerẽ: teg
mẽta superaddidi quæ opportuna ratus sũ: necnon & ploresis atqꝫ ru
dẽtibus illam illigaui scopulis: ne abundis se retrahentibus una cũ illis
traheretur in pelagus. Aduersus uero dei iram nil mortalium obstacu/
la iuuãt: & ob id suis in manibꝰ linquendã censui: ipse absqꝫ eiꝰ suffra/
gio: nil profecto stare potest: illam seruet misericordia sua. Nunc autẽ
superest: ut iniecta ĩ fatigatum nautam tela excutiam: ac si possim qua
litercunqꝫ amoueam. Quis enim dubitet quin petatur a multis. Sane
ut forte minus æquo animo uisus sum: quandoqꝫ tulisse quæ in pœsim
& pœtas immissa fuere sic summa cnm patientia: quæ in nautam euola
uerunt: quocũqꝫ iussu missa perferam: nec huiꝰ patiẽtiæ rõ longe abest
Indigne quippe meo iudicio pulchra pœsis: & elegantes hac in faculta
te uiri lacessiti fuere. nescio utrum superborum an ignorantium potius
maledictis dixerim. Nauta autem non sit: nam si pro uiribus conatus
sit arte nautica: per maris uertiginosos anfractus: & confragosa sco/
pulis freta cymbam in tutum deducere: ne iuste redargui possit. scio ta
men quia multarum rerum ignarus sit: & ideo ex multis eo minus ad
uertente commissis: forsan merito redargui potest. Agam igitur quod
potero iuuante deo: ne omnino temerarie uideatur egisse quod fecerit:
ĩpe me erripiat de faucibus malignantiũ: qui ex caminio ignis ardẽtis

eripuit illæsos israelitas pueros sperantes in se:& in finē laboris extre mi me deducat in sui sanctissimi nominis gloriam & honorē.

Minus opportuna preciosa fore nōnunq̄. C.i

c Ircūspiciēt scio colloseū hunc:undiq̄ iam dicti seu alii intentis oculis carptores egregii:eoq̄ conspecto ariolor dicturi sint pia forsan intentione.Durū.n.hōi est hoīum mētes cognoscere: tā gran de opus mīme opportunū esse:& iō in precio nō futurū: hi quidē hiis paucis uerbis fere opus omne concutient cū a quadā nō satis expressa ueritate uideatur obiectio:non solū colorari sed etiā approbari.Quis enī nō dicat intuitu primo:nō dicā nō opportunas: sed etiā sup̄flu as fore poetarū fabulas:ex quibus hoc opus omne consistit. Verū ali ter ego sentiendū reor:fateor eīm fabulis hoc opus cōsistere: sic si cō cessero illud minus opportunū:multa ēt nō opportuna:& hæc inter o pus hoc preciosissima fore monstrabo:& inde hoc opus quoniā utile tā reipu. q̄ priuate sit:ostendā inter opportuna etiam numerandū.In precio igitur & maximo esse multa minime opportuna & artificio ho/ minū adinuenta:& naturæ opa facta monstrantur. Exquirim⁹.n.lapi cidas:cōmentarios:dolatores & architectos:insignes uolētes domos constituere:quas rudis uillicus ex luto & pallustribus calamis oppor/ tunas erigeret.Tēpla capitolia palacia regum populorū atq̄ principū maximis sumptib⁹ constructa pictura superflua decoramus:aureis ce latisq̄ uasis utimur:cum opportunitati possint deseruire fictilia. Sic co ronis purpureis uestibus & armillis aureis delectamur:cū laniciū sim/ plex cui⁹cūq̄ pecoris sufficiat opportūitati.et sic artes & ornamēta q̄ minīe opportūa sunt ī preciū deuenere.Sed quia hæc ambitiōe hoīū quis posset preciosa dicere:uideamus nunquid naturā rerum discretis simam etiā circa sup̄flua ambitiosa uelimus dicere.Et quæso ad qd ca pitis capilitiū opportunū sit:nemo dicet:illud tam̄ multi firma adeo preciosū fore:ut si absq̄ eo Venus incedat suis etiam comitata grati is Marti placere nō possit.Eūq̄ tanti estimatum a Cæsare dictatore: ut ad contegendum caluitiū perpetuam lauream a senatorib⁹ impetra rit.Ad quid hominū barba:qua si quis ætate prouectus careat: non absq̄ rubore hominibus īmiscetur aliis. Ad qd cornua ceruo: Ad qd pictæ uolucribus pennæ concesse sunt:ob ornamentū nō ob aliud re sponderi potest.Et sic ne per plura discuram:quod alias non erat in p̄ cio ornamenti causa efficitur preciosum. Et sic ornamenti causa quid efficitur preciosum:hoc profecto opus erit in precio. Quid enim pul chrius in collocutionibus hominum: q̄ nonnunq̄ īmiscuisse fabellas sententiis: Quid decentiusq̄ fructuosos fabellarum sensus eidē appli cuisse colloquiis:& hoc opus unūquodq̄ præstabit abūde.hæc insup

ponderosis & accuratis orationib' :plurimũ afferre decoris satis appa ret: cum passim mixta scriptis Ciceronis Hieronymi: & aliorum pru/ dentium uirorũ ille legamus: poterat ergo sufficere ostendisse hoc op' preciosum ornamenti causa: sed huic superadditur utilitas quæ ex hoc consequitur tam publica q̃ꝫ priuata: ex qua preciũ maius efficitur. Exi stimabant.n.nonnulli poetas peritos homines simplices tantum cõpo suisse fabellas: & per consequens non solũ non utiles sed illos arbitra/ bantur damnosos: & discurrentes legendo nullum ex fabulis emolumẽ tum sumebant. hoc autem opus dum fictionibus uelamentum amouet & eruditos fuisse uiros poetas ostendit: & legentibus facit fabulas cuꝫ delectatione fructuosas: & si qui falsa opinione perisse uidebantur poe tæ reipub. insignes: & quasi rediuini reddimur & priuatim: q̃ incognita abiciebatur utilitas per hoc patefacta colliturt: & ad altiores sensus & ingenia legentium excitantur. Præterea spero sic uolente deo: uti hacte nus fuere consurgent: qui ad poeticam mentes erigent: quibus nõ mo/ dicum dum ueteruꝫ monimenta perlegerint: cõmodi per hoc op' p̄sta bit. Ex quo fiet saltẽ tabulis preciosuꝫ. Sed quid multa dicã? Si cessẽt quæ dicta sunt: omnia dummodo princeps optime cuius iussu laboreꝫ sumpsi: tuo per hoc opus desiderio satisfactum sit: illud p̄ciosissimum duco. Esto laudabile sit placuisse pluribus: sic si tuæ celsitudini minime gratũ sit: etiam si placiturũ atqꝫ acceptabile cæteris ueniat parui apud me momẽti fiet. Tuũ igitur est istud p̄ciosũ facere aut si libet abicere.

Perseuerare sæpe diutius: quæ minus duratura uidentur. C.ii.

e Adem forte pietate loquentur & alii dicentqꝫ postq̃ꝫ rimosũ op' uiderint: nec bene compactum: nec diu mansurum ruinam præ/ monstrantibus fatiscentibns rimis. Ego his præmonitoribus libẽs ago gratias excutiũt.n.ab oculis meis sũnũ meqꝫ solertẽ faciũt ut opportu nitati p̄stẽ subsidiũ. Verũ quoniã ante cœptuꝫ opus sit euasuꝝ illud ratus sũ si satis memor es rex inclyte. Istud idem circa principiũ testa tur. his quibus potui rationibus ostendens: cur strambum mutilũ cica tricibus plurimũ existiarẽ illud futuꝝ: & ut satis apparet (& isti aiunt) mea me nõ fefellit p̄meditatio. Et ideo circa defectuꝫ hũc: iure excusã dus uẽio. Sane q̄b' adminiculis potui illud ĩ robur deduxi: nec postq̃ꝫ deductum est inexcogitatas aut nouas contraxit rimas: ueteres autem & p̄uisse quod ariolãtur isti arbitror adeo repente non facient. Nam si more mortalium per coniecturas de futuris p̄uidere uelimus: in lõgũ perseuerabit hoc opus. Vidimus eniꝫ sæpe in saxo firmatas arces ĩ rui nam ire citius q̃ꝫ ĩ palustri luto piscatoria situata domus: hi autẽ qui si bi nõ satis firma ædificia norant uigilantes inspiciũt sæpe: & sic si exi gat opportunitas restaurant fundamenta: resarciunt parietes: tecta ti/ gnis: & solaria uariis adiumentis suffarciũt: & sic quæ ilico casura uide

bantur: nõnũq̃ recta deducuntur in sæculũ. Secus qui fortia se possi-
dere existimant: nã du; secura quiete tenentur: & ecce lapis unus gran
di pondere pressus attritus crepitat: & omne secũ attrahit ædificium ĩ
ruinã. Sũt & alii casus pallacia ambit inuidia: & odia excidium parant
parua domus paucis & possessori cognita: quamdiu deo gratum est
perseuerat. Quis arbitrari potuisset Ilionẽ recentẽ adhuc priami ciuita
tem: tot refertam uiribus diuinis splendidã regni totius Asiæ arcẽ to
ti minantẽ græcia; lapsura; citius paupis aglai sofidii gurgustiolo. Sic
& robustos uidimus iuuenes uiuaci atq̃ præclara ualitudĩe decoros p
ua interueniente febricula seu accidente alio in repentinã fere præcipi-
tari morte; ubi nõnunq̃ inualidi senes in longiore; etiam q̃ uelint e-
uasere uitam. S; quid refert per exẽpla discurrere: quorũ abundantissi
ma uita mortalis est: dicant isti quod uolũt & ego quod cupio arbitror
hoc tamen scio certissimũ: Nisi dominus custodierit ciuitatem frustra
uigilat qui custodit eam. Ipsius est seruare atq̃ conterere: ipsius solius
est q̃tum mundana oĩa in longu; duratura sint seu q̃ cito casura scire
prudentũ in eo spes oĩs est ipse uideat. Ego quidẽ quia rimosum opus
meum cognoui: eidem humilitate; imperaui: sciens quia deus humili-
bus dat gratiam. Sed quid ego de longitudine æui huius uerba facio:
cum mihi permaximũ sit: si adeo rimosu; adeo mutilum adeo cauerno
su;: uti illud composuisse potui: ad tuas usq̃ manus mi rex puenire q̃-
at: ut non dicam uigilantiã: sed obedientiam meã cognoscas. Satis mi
hi hoc opus erit: si tandem ulterius perseueret diuinæ bonitati & for-
tunæ regiæ imputandum existimo.

Nequisse membra huius aptius collocari. Ca. iii.

V peruenĩet quidam Ariolor: & inspectis quæ alii ĩspexere dicẽt
optabilius fore prudenti hanc concidere mole; q̃ consistere diu
cum casus defectus eius sublaturus sit: quos perseueratio demõstrabit
& hunc potissime quod latũ pectus ex craneo ex pectore tibiæ forma
tæ sit: & pedes in uerticem reuoluti. O sententia Socratis fœlices me
dici: quoru; terra tegunt errores. Cum scriptorũ sæpissime etiam be
nedicta: quoniam in propatulo sint caninis lacerant dentibus at saltim
infestentur latratibus: quod sũmo exquisitum atq̃ compositu; labore
ẽ: & illustrium uirorũ autoritate ubi possibile fuit formatu; prætereũ
tium uerbis fere deiectum est. Sed quid: patienda sunt oĩa: ut conculcẽ
tur humilitate proteruia. His tamen sic aientibus quid responsurus sim
nil habeo præter quod noueri; de principio genealogiæ huius multos
multimode opinatos: quod nec circa primi huius uoluminis libri initi
tium omissum est: atq̃ ostensum: quoniam uetustissimum sumpserim:
ut de cæteris aliqualis haberetur mentio: & huic uetustissimo capiti p
ut comperisse potui successiue pect⁹ & reliqua mẽbra applicui. Si aliæ

ueriores sint aut potiorem ostendentes ordinem : quod non nego fore possibile. Et si multum uigilauerim plura & alia reuoluendo uolumina non uidisse fateor : nec noui quo ordine membra tam ingentis corporis possent aptius collocari : & pducant ipsi in medium quod nouerunt ut eis uisis : si iure quæ scripsi dānanda sunt : suis fides adhibeatur inte- gra. Nā dixisse me tantū ex craneo cōfecisse pectus & nil aliud ostēdisse : ē poti⁹ iiquæ detrahere : q̃ laudabiliter redarguere aut utiliter emē dare.

Non appositum est quod minime cōpertum est. C. iiii.

p Ræter compositionis indecentiam pauloante redargutam : m̄lta esse omissa : quæ apponi debuissent : hi forsan superaddent uel alii hoc ego si uelim negare nō possum : cum meminerim saltem despectan tibus ad superficiem fabulosam ob librorum defectum. Circa hui⁹ ope ris principium scripsisse multos ex prole deorum defuturos homines. Et si tamen libri reperiri dicantur : quis mortalium tam audax erit ut prorumpens dicat uidisse se omnes atq; legisse : ego autem non uideri; etiam quos alii uidisse potuere absq; frontis rubore confiteor multos omissos fore : & nonnullos forsan ob labiis memoriæ culpam. non enī sufficit uisus : & idcirco indulgeant quæso memores : & quod ignorātia siue obliuione factum est : nolint æquiperare maliciæ. Adest & res alia ī quā forsan possūt obloqui uiri sublimes : scilicet circa explicatōes sen suū fabularū exhibitas. Absit ut hi ego uelim obsistere : possibile quidē reor : cum nunq̃ de me ausus sim tam magna præsumere : quoniā me minus ad hæc ualere rat⁹ sim : & quis ex īperfecto homine pfectum ex quiret opus : Solius est dei perfectum opus componere : quoniā & ipse perfectus est. Si quid tamen temerarius egi circa hoc tuo iussu rex op- time impulsus egi. Et ob id si circa hanc partem minus bene egerī : im ponatur onus celsitudini tuæ. Ast ego hos prudentiores deprecor p ue nerabile ac sanctum philosophiæ nomē : quod colant existimo : uti qua dam sapientiorum auctoritate. Dentes in minus bene commissum insi gunt : ita pia humanitate etiam medeantur : non enim insuetu; est ut ne dum eruditos homines uidere quod indoctus non uiderat : si aliquādo indoctos uidisse quod minime uiderant eruditi. homo enim sum ego : & hominem peccasse nec nouum est nec mirabile (ait enim Flaccus) quandoq; bonus dormitat homerus. Centū præterea Argo fuere ocu li bini & bini uicissim dormientes : uigilantibus reliquis : & tamen quin somnum aliquando ire permitteret omnes cauisse non potuit : si ergo mihi cum tantum duo sint : & hi quandoq; a sopore tacito uinciāt̄ : mi rabile non est. Exprimant igitur quæso quod a me prætermissum ē & fabularum enucleationes suppleant : aut si minus debite quid expositū sit immutent : & in melius quod minus decenti opinione firmatum est

reformantes emendẽt.Ego quidẽ & ſi non plene uerũ tamẽ atq ſanc
te ſcribere ratus ſũ:quod ſi minime factũ ẽ:nõ adeo obſtinate perti
nax ſũ:qn meũ humiliter fatear crimen:& grato aĩo emendationẽ ſu
ſcipiã:tanq̃ hõ qui & ſi iam totis pedibus in ſeniũ tendã doceri non
uereor:imo cupio & pſcrutor.hoc.n.ſi fecerint perfectius incedet op⁹
& ego doctior factus:magis eorũ liberalitate laudandus efficiar.

Nullas fabulas aut hyſtorias:niſi ex con
mentariis ueterum ſumptas ineſſe. .C.v.

Nſurgent hos præter & alii & quaſi q̃ruli clamabunt: quoniã in
auditas fabulas & hyſtorias:ut text⁹ grauiores & ĩplicatiores fa
cerẽ miſcuerĩ.fateor nõ nouas fabulas aut hyſtorias ĩmiſcuiſſe ueteri
bus:ſed forſan a multis ex latinis:his inauditas ſæculis:Ex quib⁹ nul
las niſi ex cõmentariis ueterũ ſumptas appoſui.Nec ut grauiores aut ĩ
plicatiores textus excuderẽ:ſ ſic opportunitate exigente factũ eſt diſ
colorũ quippe & male ſecũ conuenientiũ cõqueſtio talis ẽ:nĩl.n.æquo
aĩo pati poſſunt:ſi textus faciles ſcripſeris & laxa quadã claritate pa/
tentes pedeſtrẽ dicunt ſtilũ & puerile pedagogũ:redolentẽ & faſtidiẽ
tes abiciunt.ſi paulũ acriorẽ dictaueris primo ingreſſu fatigati:cũ nõ
obuius ſenſus e ueſtigio tẽdit ingenio: ſcribentẽ accuſant: ſcabroſũq
dicunt etiam ſi facili ſit artificio delinitus: & indignantes negligunt:
ego quippe nulla ꝓpter leſiõe circũuolutũ ſcripſiſſe mereor:ne uideo
etiam ſi ex cõpoſito feciſſe:quod intertextæ fabulæ q̃tũcũq ab eis
inaudite poſſint difficultatis aut obſcuritatis afferre. Reor tamen hos
aſtu quodã tacito fabulas uelle & hyſtorias ſibi ĩcognitas dãnare tãq̃
nõ ueras ſub prætextu textus ĩpliciti.Iã dictũ ẽ ex cõmentariis ueteꝝ
ſumpte ſũt oẽs:ut referentiũ autoꝝ nõia teſtent̃ appoſita:quas ſi for/
ſan nõ uiderint:quaſi nil ueꝝ eſſe poſſit niſi qđ legerit reprobãdas exi
ſtimare nõ debẽt.Certiſſimũ ego habeo eos multa uidiſſe:q̃ mihi poe
nitus incognita ſunt:ſic & ego legiſſe potui:q̃ nundũ ad eorũ deuene
re noticiã:nemo ſolus præter deũ cognitionẽ oĩu rerũ habere potuit
uſq̃.Eo igit̃ aĩo a me cõperta legãt:quo uolent alios legiſſe ſua:& for
ſan ſi aliquantũ acer uideatur cõtextus:cogãt in uires ingeniũ:& ſen/
tientes aduertent perlucidum eſſe:quod arbitrabantur obſcurum.

Inſignes uiros eſſe quos ex
nouis inducit in teſtes. Ca.vi.

Orum puto qui hæc etiam erit querela:quod in teſtes ſcriptarũ
mandotos ueteres & nouos incognitos auctores:quibus utrũ ꝑ/
ſtanda fides ſit incertũ eſt:habet æquidẽ querimonia hæc aliqd graui
tatis.Nam q̃tuncumq noui fuerint:qui nunc ex auctoribus ueteres

sunt: uidetur quod per multa sæcula perseueratum est a lõgitudine tẽ/
poris approbatum sit: & inde plurimum auctoritatis sumpsisse: quod
utrum de omnibus nouis: quãtũcũq; bene sint meriti arbitrari debeat
apud multos uidetur in pendulo. Ego autem huius sentẽtiæ sum: nũq̃
in æuum duraturos hos quos nouitas approbata non sit: cum ab eorũ
nouitate necesse sit exordium approbationis sumẽdum: & sic ego eos
quos nouos inuoco: cum uiuos nouerim: aut noscã meritis eorũ agen
tibus egregios esse uiros atq; ꝓbãdos ausus sũ ĩ testimonium euocare.
hoc.n. mihi constat ex omnibus eos fere per omne uitæ tempus studiis
uacasse sacris: eos inter insignes: scĩa & moribus semper uersatos ho/
mĩes: eos uita laudabiles: nec ulla turpi nota signatos: eoꝝ scripta aut
dicta a prudentioribus etiã esse approbata. Credo his agẽtibus equipa
randa sit eorum nouitas uetustati. Verum ne quis arbitretur me minus
graues produxisse uiros eosq; uelim mea auctoritate probabiles facere
Libet de nouissimis aliqua sigillatim scribere: ut & aliorum iudicio: si
satis bene dixerim appositum sit. Induxi sæpe generosum atq; uenera/
bilem senem Andalo de nigro ianuensem olim in montibus astrorum
doctorem meum Cuius quanta fuerit circũspectio: quanta morum gra
uitas: quãta syderuꝫ noticia: nostri tu rex optime tibi est (ut aiebat ip̃e
cum adhuc esses ratione conformitatis studiorum familiarissimus fuit
& ut ipse uidisse potuisti: non solum regulis ueterum: ut plurimuꝫ faci
mus astrorum motus agnouit: sed cum uniuersum fere peragrasset or
bem: sub quocũq; climate sub quocũq; orizunte experiẽtia discursuũ
certior factus uisu didicit: quod nos discimus auditu: et ob id & si in
oĩbus illi fidem præstandã crediderĩ: Circa ea tamẽ quæ ad astra spe/
ctare uidentur nõ aliter q̃ cicerõi circa oratoriã: aut maroni circa poe
ticam exhibendam censeo: huius insuper plura stant opuscula astrorũ
cæliq; motus ostendentia: quæ quantum sibi circa talia præminentiæ
fuerit ostendunt: uti senem hunc: sic & dantem aligeri florẽtinum poe
tam conspicuum: tanq̃ præcipuum aliquando inuoco uirũ: meretur q
dem. Fuit enim inter ciues suos egregia nobilitate uerendus: & quãtũ
cũq; tenues essẽt illi substãtiæ: & a cura familiari: et postremo a lõgo
exilio angeretur: semper tamen physicis atq; theologicis doctrinis ĩbu
tus uacauit studiis: et adhuc Iulia fatetur Parisius: ĩ eadẽ sæpissime ad
uersus quoscũq; circa quãcũq; facultatẽ uolẽtes respõsiõibus aut po/
sitionibus suis obicere disputans intrauit gymnasium. Fuit et hic circa
poeticam eruditissimus: nec quicq̃ illi lauream abstulit præter exiliuꝫ
Sic enim formauerat animo nunq̃ nisi in patria illaꝫ sumere quod mi
nime illi permissum est. Sed quid plura: Qualis fuerit ĩclytum eius te/
statur opus: quod sub titulo comediæ Rhitmis florẽtino idiomate mi
rabili artificio scripsit: in quo profecto se non mithicum sed catholicũ

atq; diuinum potius ostendit esse theologu3 : & cum fere iam toto no/
tus sit orbi nescio utrum ad celsitudine3 tuam sui nominis fama perue
nerit. Memini insuper : esto raro : Franciscū de barbarino traxisse in te
stem hōie3 quide3 honestate morū & spectabili uita laudabilē. Qui &
si sacros canones longe magis q̄ poetica3 nouerit : nōnulla tamē opus
cula Rhitmis uulgari idiomate splendidis ingenii sui nobilitate3 testā
tia edidit : quæ stāt & apud italos in precio sunt. Hic integerrīe fidei fu
it & reuerentia dignus : quem cū inter uenerabiles nō dedignetur florē
tia ciues optimum semper & in omnibus fide dignum habui testem : &
inter quoscūq; egregios uiros numerandu3. Traho præterea aliquan/
do Barlaam Basilii cæsariensis monacum : calabrum hominē olim cor
pore pusillem prægrandem tamen scientia : & græcis adeo eruditum :
ut imperatorum & principu3 græcorū atq; doctorū homiuū priuilegia
haberet testantia : ne du3 his temporibus apud græcos esse. Sed nec a
multis sæculis citra fuisse uirum tam insigni tāq; grandi scientia prædi
tum : non ergo huic & potissime in rebus ad græcos spectantibus ego
credam : Non enim opus suum aliquod uidi : esto composuerit nonnul
lam audiuerim : habui tamen ex suis scripta quædam in nullum reduc
ta librum : nec aliquo insignita titulo : quæ & si illum non satis in latinis
litteris instructum ostenderent eum tamen multa uidisse atq; perspica
cissime sensisse monstrabāt. æquo modo & Paulū perusinū grauissimū
uirum cæteris īmisceo : Qui & ætate prouectus : & multarum reru3 no
ticia doct⁹ fuit : diu magr̄ & custos bibliothecæ Roberti Iherusalē : &
Siciliæ regis inclyti. Et si usq; curiosissimus fuit homo in perquirendis
iussu etiam principis peregrinis undecūq; libris hystoriis & poeticis o
peribus iste fuit. Et ob id singulari amicitia Barlaæ iunctus : quæ a lati
nis habere non poterat : eo medio in numera exhausit a græcis. Hic in
gentem scripsit librum : quem collectionum titulauerat : in quo inter
cætera quæ multa erant & ad uaria spectantia quicquid de diis gentili
um non solum apud latinos sed etiam apud græcos inueniri potest ad/
iutorio Barlaæ arbitror collegisse. Nec dixisse uerebor ego iuuenculus
adhuc longe anteq̄ tu in hoc opus animum meu3 traheres ex illo mul
ta auidus potius q̄ intelligeres sumpsi : & potissime ea quæ sub nomīe
Theodontii apposita sunt : Quem librum maximo huius operis in/
cōmodo Biellæ impudicæ coniugis crimine eo defuncto cum pluribus
aliis ex libris eiusdem deperditum comperii. Puto igitur eo tempore :
quo mihi primo cognitus est : neminē illi in talibus æquiperandu3 fuis
se. Post hos & Leontium pylatum thessalonicensem uirum : & ut ipse
asserit : prædicti Barlaæ auditorem persæpe deduco : Qui quidē aspec
tu horridus homo est : turpi facie barba prolixa : & capilicio nigro : &
meditatione occupatus assidua : moribus incultus : nec satis urban⁹ hō

uerum uti experientia notum fecit litterarum græcarū doctissimus : & quodammodo græcarum hystoriaꝝ atqꝫ fabularū arciuū inexhaustum esto latinarum non satis adhuc instructus sit : huius ego nullū uidi opꝰ sane quicquid ex eo recito ab eo uiua uoce referente pcepi. Nam eum legentem homerum : & mecum singulari amicitia conuersanteꝫ fere tribus annis audiui : nec infinitis ab eo recitatis uergēte etiā alia cura animum : acrior suffecisset memoria ni cedulis cōmendassem . Similiter & paulum geometriaꝫ conciuem meum : quem tibi rex inclyte fama notissimum scio ad hæc assumendum aliquando ratus sum : eo quod nouiriꝫ nulli usqꝫ alteri tempestate hac : adeo sinum arismetricam geometriam & astrologiam aperuisse omnem uti huic aperuere : in tantum ut nil arbiter apud illas illi fuisse incognitum : & quod mirabile dictu etiam & uisu longe magis quicquid de syderibus aut cælo loquitur . Confestim propriis manibus instrumentis in hoc cōfectis oculata fide demōstrat spectare uolentibus nec est hic tantum patriæ aut italus notus. Longe quidem studiorum suorum Parisius fama clarior est : qꝫ apud suos sit : sic & apud Brittanos Hispanosqꝫ & aphros quos penes hæc in pcio studia sunt. Siquidem fœlix homo erat iste : si animo erat ardētior aut liberaliori sæculo natus. Quid tandem : & Franciscum patrarchaꝫ Florentinum uenerandissimū præceptorem : patrē & dominū meū : nuper Romæ ex senatusconsulto : approbante Roberto Hierusalē & Siciliæ rege inclyto ab ipsis senatoribus laurea insignitum inter ueteres uiros illustres numerandum : potius qꝫ inter modernos induco. Quem nō dicam : itali omnes quorum singulare ac perēne decus est : si & gallia oīs atqꝫ germania & remotissimus orbis āgulus Anglia græciqꝫ plures nouere poetam præcipuum nec dubito quin usqꝫ Cyprū & ad aures usqꝫ tuæ sublimitatis nomen eius inclyta fama detulerit. Huius. n. iaꝫ multa patēt opa & metrica & psaica mēoratu dignissima. Certū ē cælesti eiꝰ ingenio testimonium hinc inde ferentia. Stat enim exitum cupiens ad huc sunt cum claui clausa : diuina Aphrica heroico carmīe scripta : primi Aphricani narrans magnalia : Stat Bucolicum carmen iā ubiqꝫ sua celebritate cognitū. Stat & liber epistolaꝝ ad amicos metrico scriptaꝝ stilo. Stāt pterea īgētia duo epistolaꝝ psaicarū uolumina tanta sniaꝝ tanta rerum gestarum copia : tanto ornatu artificio splendentium ut in nullo Ciceronianis postponendas eas censeat lector æquus. Stāt ī medicum inuectiue : Stat solitariæ uitæ liber. Et qui paucis post diebꝰ ī lucem nouissimus uenturus est de remediis ad utramqꝫ fortunam. Sunt præterea in officina plures quos cito eo uiuente fabrefactos legemus in publico. Quis ergo hunc in testem renuat : Quis dictis eius fidem præstare deneget : O nisi pauloāte tenui calamo scripsisse : quot & quas eius possem superaddere laudes : quibus dictorum ab eo fides amplior

deueniret. Sed ad p̄sens dicta sufficiant: hæc igitur quæ de nouis dice
rē habui: uerū ne de incognitis antiquis ab his uideatur omissū pauca
dicēda supersu nt. Dicent igitur hii me inauditos a se īducere auctores
quasi quia eorum nomina non audiuerint: non illis integra præstanda
sit fides: insipientis equideꝫ est credere: nil præter quod uiderit fide di
gnum quasi lectis fidem legendo iiunxerit ipse. Fateor me auctoꝝ plu
rimum: quorum forsan nomina nonnullis modernorum peregrina sūt
dicta: & fabulas recitasse: eo quod ut iam dictum est antiquitate uideā
tur approbata: & hos omnes: aut uidi aut legi aut a recentioribus alle/
gatos comperii: quos si hi queruli nō uiderūt aut eoꝝ nō audiuere no
mina: non auctorum sed desidie eorum crimen est: & ideo sibi imputa
re nō de me conqueri debent: non enī pn̄t uolumina e Bibliothecis ī
manus euolare torpentium: nec qui uiderūt debēt noīa uisoꝝ hostiatī
deferre legant perscrutentur & inuenient quod non norunt: & peregri
nis efficiētur domestici: & comperiēt eos sic auctoritate ualere: uti ar
bitrantur ualeant quos legerūt. hæc igitur habeo quæ ꝺ auctorib⁹: tā
nouis q̄ ueteribus a me productis dicenda reor: quoruꝫ si me ad indu
cendum non prouocarent merita: ad id opportunitas cogeret. Hab ēt
enim⁹ ciuiles & canonicæ leges præter textus multiplices hominum ne
quitia semper auctos apparatus suos a multis hactenns doctorib⁹ edi/
tos: habent philosophorum uolumina diligentissime cōmēta cōposita
habent: & medicinales libri plurimornm scripta omne dubium enodā
tia: sic & sacræ litteræ multos habent interpretes: habēt necnon & fa
cultates & artes reliquæ glosatores proprios habuere. Ad quos si op/
portunum sit uolens habet ubi recurrat: & quos uelit ex multis eligat
Sola poesis quoniam ꝑpaucoruꝫ semper domestica fuit: nec aliquid af
ferre lucri auaris uisa sit: non solum per sæcula multa neglecta atq; de
iecta. Sed etiā uariis lacerata persecutionibus his caret subsidiis: quaꝫ
ob causam saltim huc illuc ad quēcūq; possumus absq; taꝫ celebri sele
ctione recurramus necesse est: & si non multum a quocūq; saltem qd'
modicum possumus excerpamus quod a me factum persæpe intelligē
ti satis apparet: cum nonnunq̄ non tantum ad nouos auctores diuer/
terim sed ad glosulas etiam autoris carentes nomine recursum habue/
rim. Et idcirco queruli sic opportunitate uolente non solum inauditis
ueteribus sed & nouis etiam auctoribus acquiescant.

Carmina nōnullis agētibus causis huic īmixta sūt operi. Ca. vii.

Feu hos seu alios dicturos non dubito: quoniā ostentatiōis gratia
græca carmina operi meo īmiscuerim. Quod satis aduerto nō ex
caritatis femite emissum quinimmo uredine liuoris impii impellente
exadusti cordis intrinseco hæc emittatur obiectio. īpie factū ē ast ego
profecto non commouebor opitulante deo. Sed more solito humili

gradu in responsum ibo. Dico igitur si nesciunt carpentes immeritum insipidū est ex riuulis querere quod possis ex fonte percipere. Erāt homeri libri mihi & adhuc sunt: ex quibus multa operi nostro accommoda sumpta sunt. Et ex his satis percipi potest plurima a priscis assūpta a quibus tanq̄ a riuulis nō est dubiū sumere potuisse: & sūpsi sæpissime uerum uisum est aliquando satius ex fonte sumere q̄ ex riuo: nec semel tantum contigit: non in riuo repperi quod abundantissimū erat ī fōte. Et sic aliqñ ī hoc: hīc delectatio: ide necessitas īpulere: delectāt ī super scriptores nōnū q̄ aliqua scriptis īserere q̄ habeāt aliquo modo lectorē sistere: ac in oblectationē seu quietem deducere: ne pseueratione nimia iuniformitate lectiōis tract⁹ ī tediū a lectura desistat: quod ī mixta carmina aliquando forsan fecisse poterunt. Insuper quod in propria forma positum est: habet uires testimonii pleniores: si forsan obiurgator insistat: si sic ergo qui scripto a me carmini fidem non præbeat: adinuenta Iliade uel Odyssea poterit uidisse: nunquid uera aut falsa descripserim: & si uera plenior erit testimonii certitudo: nec insup ego solus sum: qui miscuerim græca latinis: uetus consuetudo ē: uoluāt si libet uolumina Ciceronis: uideant scripta macrobii: ītueant̄ Apulei libros: & (ne plures afferā) Maximi ausonii opuscula legāt: hos sæpissime uersus græcos latinis litteris inserentes inuenient. Horum ego uestigia in hoc secutus sum: reor dicent ilico: si dudum laudabile fuit hodie friuolum esse laborem. Nam cum nemo sit qui græcas litteras norit: ē cōsuetudo uetus abolita. Ast ego ī hoc latinitati cōpatior: quæ si omnino græca abiecit studia: ut etiam non noscamus caracteres litterarum nam & si sibi suis sufficiat lr̄is: & in eas omni occiduus uersus sit orbis societate græcis lucidiores proculdubio apparerent: nec præterea oīa secum a græcia ueteres traxere latini multa supersunt: & pfecto nobis īcognita quibus possemus scientes effici meliores. Sꝫ de hoc alias hi demum non prospectant: ad quem hoc opus ego dirigam: cui laborem ī pendam uidissent quippe quoniam eruditissimo regi & cui tam græcaꝝ q̄ latinaꝝ litteraꝝ si uera fert fama notitia ē. & quē penes cōtinue docti homines græci sint quib⁹ græca carmīa ut his ignaris n̄ uidebūt̄ supflua Sꝫ quid multa? geramus paululum obiurgatoribus moreꝫ: ostentationis causa græca carmina scripsi: quid inde? quæso mordēd⁹ sum? cui enim iniuriam facio si iure utar meo? Si nesciunt meum est hoc decus mea est gloria: scilicet inter etruscos græcis uti carminibus. Nōne ego fui qui Leontiū pylatum a uenetiis occiduam babylonem q̄renteꝫ a longa peregrinatione meis flexi consiliis: in patria tenui. Qui illum in propriam domum suscepi: & diu hospitem habui: & maximo labore meo curaui ut inter doctores florentini studii susciperet̄: ei ex publico mercede apposita. Fui equideꝫ ipse insuper: qui primus meis sumptib⁹

Homeri libros & alios quosdam græcos in hetruriam reuocaui ex qua
multis ante sæculis abierant non redituri. Nec in hetruriam tantū sꝫ
in patriam deduxi. Ipse ego fui qui primus ex latinis a Leontio pylato
in priuato Iliadem audiui. Ipse insuper fui qui ut legerentur publicæ li
bri Homeri operatus sum: & esto non satis plene perceperim: percepi
tamen quantum potui: nec dubiū si permansisset homo ille uagus diu
tius pœnes nos quin plenius percepissē. Sed quantulūcūq ex multis
didicerim nōnullos tamen præceptoris demonstratione crebra ītegre
intellexi eosq prout opportunū uisum est huic operi miscui. Quid hoc
mali est? fabulas græcorum scripsisse: quarum hic liber plenissimus ē
a nomine ostentationis causa factum dicitur paucos inseruisse uersicu/
los: græcis litteris scriptos lacessitur. Potuit Mariꝰ arpinas superatis
aphris cymbris & theutonicis more liberi patris cantolo in poculū uti
Sic &. C. Duelius qui pœnos primꝰ nauali certamine superauit: a coe
na domū repetens semper lumine funalis cærei usus: & hæc quantum
cūq præter romanæ urbis morem essent: æquo animo tulere romani
Mihi autem irascuntur nōnulli si præter nostro æuo solitū latinis græ
ca carmina misceo: & ex labore meo paucul ū gloriæ fumo. Rebar eq
dem latinitati aliquid decoris afferre: ubi ī me liuoris nebulā excitasse
uideo. Doleo quippe: sꝫ qd arbitror doctos. Nā ista dicturos de reliqs
& si curandū sit: tollerari tamen patientia potest. Postremo tamē præ
cor oēs ut placido ferant animo: memores Valerio teste: quia nulla ē
tam humilis uita quæ dulcedine gloriæ non tangatur.

Gentiles poetas mithicos esse theologos C. viii.

Vidam forte religiosi homines sancto mouente zelo legētes pce
dentia: dicent iniuriam sacro sanctæ religioni xpianæ illatā dum
poetas gentiles diximꝰ esse theologos: quos solos diuinis litteris īstru
ctos hoc insigne faciamus christiani decoros. Equidem hos ego uene/
randos hoīes puto: eisq si quando hæc aliqui dicentes erunt ex nunc
gratias ago salutis enim meæ sollicitos sentio. Verum dum minus cir
cunspiciūt quæ loquantur: ostendunt liquido se paucos uidisse libros.
Nam si multos studuissent liber cælestis hierusalem inter cæteros fa/
mosissimus ptransisse non debuisset inuisus: in eo enīꝫ legisse potuissēt
Augustinū libro sexto referentē Varronis doctissimi hoīs opinionem
qua ipse Varro arbitratur triplicēꝫ esse theologiā. Mithicam. s. Physi
cam atq ciuilem. Mithica autem dicitur fabulosa a mithicon græce:
quod latine fabula sonat: & hæc comediis: de quibus supra & theatris
accōmoda est: quæ ob turpia in scenis actitata ab illustribus poetis e/
tiam improbatur. Physica aūt quæ ut interpretatione uocabuli pcipit

Theologia.

naturalis ē necnō & moralis:qm̄ mūdo utilis uideat̄ laudabile ē. Ciui
lis uero seu politica:q̄ & sacrificola dici pōt:ad urbē spectare dr̄ q̄ ob
sacroꝝ ueteꝝ abominabilē turpitudinē a ueri dei cultu atq; rectitudīe
fidei reprobāda est:Ex his.n.physica poetis egregiis attribuit̄: eo qđ
sub fictiōibus suis naturalia cōtegāt:atq; moralia:& uirorū illustriū
gesta:& nōnunq̄ q̄ ad suos deos spectare uidēt̄:& potissime dū sacra
carmina prīo ī deorū laudes cōposuere:atq; eorū magnalia sub corti
ce texere poetico:ut ī supiorib⁹ dcm̄ ē:ex quo a prisca gētilitate theo
logi nūcupati sūt:eosq; prīos fuisse theologizātes testat̄ Aristotiles &
q̄q̄ a nō uero deo nomē tali sortiti sit uēiētib⁹ ueris theologis pdidis
se nequere:uī suā seruāte uocabulo:qđ a quocūq; deo exortū est:qđ
reor aduertentes.theologi h odierni scilicet nomē ex causa īditū aufer
re non posse:ne de mithica uel alia possit intelligi theologia se nō theo
logos tantum sed sacræ theologiæ asserunt professores:nec hoc est ali
qua instantia improbandum:quasi christiano nomē iniuriosum nonne
nos omnes homines dicimus quoscunq; mortales scimus constare ex
anima rationali & corpore.Dato alii gentiles sint & israelite alii: & alii
agareni:& alii christiani:& nonnulli adeo peruersorum morum:ut po
tius īmanes belue q̄ homines habēdi sint.Et tn̄ nullā sic omnes uocā
tes christo redemptori nostro iniuriam facimus:quem ultra deum ue-
rum hominem fuisse cognoscimus.Equo modo si qs poetas dicat theo
logos nulli facit iniuriam.Si sacros quis illos diceret:quis adeo demēs
est quin uideat quoniam mentiretur:Esto nonnunq̄ ut in precedenti-
bus patet:circa honesta eorum theologia uersetur:q̄ sæpissime potius
physiologia:aut ethologia q̄ theologia dicēda ē. Dū eorū fabulæ natu
ralia contegunt aut mores.Et hæc etiam circa catholicam ueritatē uer
sari potest:dummō uelit fabularū conditio. Quod fecisse nouimus nō
nullos poetas orthodoxos a fictionibus quorum sacra documenta te-
guntur:nec si his audisse difficile uti & poetæ quandoq; sacri possunt
appellari theologi.Nonne dantes noster qcquid consistit in sacræ theo
logiæ sinu⁹ sub poetico uelamēto cōtexitur:Quapropter & sacer theo
logus appellādus ē.Sic & qui sacri sūt theologi opportunitate exigēte
deueniūt physici.Quod si alias nō cōtingat saltē dū sensū exprimū ex
fabula lignorū sibi regē cōstituētium se physicos esse demonstrat.

Non indecens eē quosdam christianos tractare gentilia. C.ix.

d Icent alii æquo superioribus forsan animo:īdecens esse christiāo
homini gentiliū superstitōes & nepharia sacra seu genealogias de
scribere aut perquirere:cum habeant nonnunq̄ talia mentes legentiū
in erroneas opiniones deducere:& persæpe opinantis periculo detiner̄
non inficiar.hoc quidem sanctissime dictum est: & arbitror nonnullos
a studio talium amouendos:& sic etiam aliquibus absq; aliqua suspitōe

sinistra pmitti posse. Nā si oēs a talibus abstinere necessariū uisuꝫ fuis/
set: nō dubito qn sacra sancta mater ecclesia decreto ppetuo uetuisset
Fuit. n. utilissimuꝫ oliꝫ uix dū apud gentiles nouis germinibus pullulā
te ecclesia aduersus eosdeꝫ: eoq; adhuc saperēt tā ab origine q; ab ipi
us gentilitatis pseuerantia sacris insistere acriter atq; curare: ne legen/
tes talia tanq; unco uetustatis tracti more canis uerterent̄ in uomituꝫ
Hodie grā Iesu xpi in robur firmissimū uentū est: & execrabile cūctis
gentiliū nomen una cū errorib⁹ ī suis exterminiū tenebrasq; ppetuas
pulsū ē: & uictrix ecclesia castra possidet hostiū. Quā ob cāꝫ fere abs
q; periculo talia exquiruntur: atq; tractant̄. Nō tñ nego qn benefac
tuꝫ sit: si puer abstineat cui memoria tenax: & tenellū adhuc īgeniūꝫ:
nec duꝫ satis plenæ xpiana religio cognita. Sic neofidus hō quē mūdū
bene firmata: credulitas laxatis habenis facile ī lubricū exorbitare per
mitteret. Et si forsan aliq duriores ī tā obscenuꝫ crimē se labi pmitte/
rēt: ēt si nil aliud studuero uix possuꝫ credere hoc ī me cōtingere pos/
se. nā ab utero mr̄is meæ ad fontē nostræ regeneratiōis delat⁹ lotusq;
qđ p me cathecuīo pmisere: q me sustulerunt ab illo: ut pōt hūana
fragilitas ī hodiernū usq; seruari. Certissimū semp hñs: qđ iter iustoꝝ
hoīum cōgregationē psallit̄. Vnū. s. in triplici personaruꝫ distinctione
deū esse: & hunc ueruꝫ & æternū atq; omniuꝫ æque opificem reruꝫ ea
rumq; perpetua ratione gubernatorem seruatoreꝫ atq; rectoreꝫ omnia
intra se continentem: & a nulla contentuꝫ. Et quod mirabili & alias in
audito eiusdeꝫ diuinitatis artificio factum est uerbum. s. eius æternum
obumbratione sacri spiritus ad abolendam humani generis labem ob ī
obedientiam primoruꝫ parentuꝫ contractam ingenue uirginis utero p̄
nunciante cælesti nuncio carnem factum: & uirginis illibata uirginita
te in tempore passibilem atq; mortalem hominem natum. Qui adhuc ī
fans in gremio matris a sabeis regibus oblatis muneribus adoratus est
& ætate crescente inter sacræ legis doctores duꝫ solueret nexus ambi
guos: non deus sed admirande indolis puer ab eis creditus est: nundū
eniꝫ ueritatis splendor æternus caliginem absterserat a mentibus eorū
dem: ut eum. s. deū illis repromissum cognoscerent: quem mortali sep
tum carne uiderent. Insuper certū habeo eum qui ætherea arce relicta
& ex deo serui assumpta forma: & qui inter hoīes uti homo uersatus ē
iam trigesimuꝫ agentem ætatis annum ab hispido atq; syluicula uate:
& ab utero matris sacro pleno spiritu ad apperiendū æterne salutis ia/
nuam: lotum in iordanis alueo: dum cæluꝫ intonuit desup & acre mur
mur super incūbentis nubis in uocē solutum deitatis aientis: Hic ē fi/
lius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui ipsum audite. Præterea
credo & ratum habeo eū aquis apud chana galileæ in uinum uersis: ut
sacro pectori absconditam diuinitatē ostenderet: sumpto iā sacro con

sortio iudeã urbesq; phoenicũ Samariã & Galileã ambisse: & cælesti dogmate in tẽplo & sinagogis docuisse pplos: lepras mũdasse elĩgues uocales fecisse: lumẽ cecis seu natura seu casu perditũ restaurasse: aĩas ab orco in cadauera reuocasse: febrib': uentis: & undis ĩperasse: & in multis aliis signa sue diuinitatis mõstrasse. Post hæc hora ei' aduenıẽte eũ sacerdotũ hebreoꝵ inuidia ꝑcurante lotis a se amicoꝵ pedib': & in genti illo celebrato cõuiuio ĩ quo suis manib' uerbisq; cõfectũ ẽ: cõio nis nostræ sacꝵ illud ĩeffabile: quo corp' eius in cibũ: & sãguinẽ ei' in potũ tã pñtibus q̃ futuris exhibuit: uno socioꝵ nequã uẽdẽte orone in solitudine pacta a nefaria turba exqrẽte cũ fustib' & lãternis captũ & in pñtia deductũ prĩcipiũ: & ibidẽ nefarie accusatum: & sua patiẽte humilitate false quibusdã testãtib' insimulatũ: & ĩ hinc ĩ ꝑtorio ꝑsidis lusũ: uirgis cesũ: corona spinea insignitũ: sputis & colaphis deturpatũ & postremo latronũ more dãnatũ: cruciq; affixũ sublimi: & ĩ eadẽ ace to & felle potatũ. Cuius cum iã humanitate uicta suppliciis in finẽ suũ iuisset. Seu & melius reor ut Thome de aquino placet: cum uoluntarie collectis uirib' spiritum emisisset: tremuit orbis omnis: & meridianuꝫ fere solis iubar per tres horas iuit ĩ tenebras: luna ex opposito offusca ta. Esto aliter ad polycarpum (scribit Dionysius ariopagita) qđ ego mi ror. Inde eius a ceco milite ꝑforatum lancea pectus: sãguinẽ aqua mix tum emisit: ex quo sacra omnia nr̃æ salutis credo sumpsisse exordium nec minus certum habeo eum a cruce depositum atq; sepultum: ac iñ uirtutæ suæ deitatis uti prisci cecienrãt uates p' diẽ tertiaꝫ: seu Ionas ex utero cæti: sic ex uẽtre terræ surrexisse superata morte: & rediuiuũ domos inferas uisitasse: & confractis uectibus ferreis reuulsisq; posti/ bus antiqui carceris subacto plutone in libertatẽ prædam omnem ue/ terem eduxisse: post hæc suis apparuisse sæpius: & e medio eorum eis cernentibus nulla corporea impeditum mole cum uero corpore olim mortali propriis uiribus in cælos ad eum qui miserat euolasse. & iñ cæ lestem illum ignem ex se patreq; optimo pariter prodeuntem uiuificã tem omnia: & uera cuncta docentem in comilitones egregios immisisse Quo illustrati bellum aduersus orbis principem iniuere illico perq; suum sanguinem & uulnera multa fato ubiq; ueritas semine & obtenta uictoria ducem suum triumphantes in patriam secuti sunt. Sic institu tam ab eodem dei unigenito piam iustorum congregationem: & sacrũ illud regenerationis lauacrum: quo mala facinora abolentur mortalib' cum cæteris eiusdem conuentionis faustis probandisq; sacris: qb' deo obsequentes efficimur: atq; lapsi nostra imbecillitate resurgimus: eiq; uolentes consiliamur: nec ob id humanum sanguinem effundentes: ut efferati plures iam fecere gẽtiliuꝫ: aut hyrcos uel tauros more ueteri in molantes nec a me fuit unq̃ ueritas hæc amota: qui testimonio patrũ

credere diē extremā uenturā; in qua resoluētur oīa pitura: magnoq; dei opere ex cineribus ꝓpriis: oēs q ante fueramus mortales cu; nr̄is corporibus resurgemus æterni: & in p̄finitū uenietes locū in quo xp̄s ipse iudex p̄torii in maiestate ꝓpria residebit: & apparētib' cūctis suæ passionis īsignib': audiem' finalē meritoꝶ nr̄oꝶ snīa;. Sic & ī futurā similiter uitā ī qua nō meo merito s; miseratiōe diuina spero uidere de um redēptorē meū ī carne mea & cū beatis lætari ī terra uiuentium. Hæc igitur ne plura dixeri; sincera fides: hæc æterna ueritas adeo pec tori meo infixa ē: ut nedū euelli ab aliquo gētilitatis īpulsu: s; nec cō/ cuti mō aliquo: aut labefactari q̄at. Nā & si peccator hō si;nō tn̄ gr̄a Iesu xp̄i Cherea terētianus adolescēs su;: q dū a tegulis ī gremiū Da nis cadentē Iouē in tabula pictū intueret̄ ēt inoptatū a se facinus aīa/ tus est. Abiit cū annis iunioribus leuitas illa si fuisset aliquādo circa iā dicta quod minime memor su;. præterea aduertens quia cōtinuis dcci pulis & explicatis ubiq; retibus: antiquus hostis tanq̄ leo rugiens ut ī ueniat quē deuoret ambiat: in mortaliū semitas: eosq; in precipitiū co netur īpellere uti Mithridates senex ille rex ponti: qui magnanimo au su sumptuq; magnifico: quadraginta annis cōtinuis aduersus romanu; populū bellum ingens & memorabile traxit a iuuentute sua aduers' le thale uenenum formacis pectus armauit: Sic & ego mecū euangelica ueritate sacro Pauli dogmate: & Augustini aliorūq; plurium uenerādo rum patrium iussionibus consiliis atq; suasionibus armaui: ex quo ar ma gentilitia paruipendo. Si enim xp̄ianus hō gentilium tractaui stul/ titias iussu tuo rex inclyte: & in detestationem erroneæ credulitatis eo rum hoc feci: & si parua quādoq; maioribus æquare fas est: feci quod etia; sūma cu; laude nōnulli sanctissimi fecere uiri: ut Augustin': Hie ronymus: & cū nōnullis etiam aliis neofidus hō Lactantius. Mihi qui de; a teneris ānis notissimū est: psalmista monstrante: quia omnes dii gentium demones: & hinc eorum semper inepta displicuere facinora. fateor tamen religione eorum seposita: quorūdam poetarum mores & scripta placuisse: & ob id nō solu; eos laudasse: sed pro uiribus ab ob/ iectionibus accusantiu; defendisse: ut apparet in præcedētibus liqdo. Et hoc iō feci: ut ab ignaris nō ueniant lacerandi: qui si Christū nouis sent: coluissentq; inter sublimiores xp̄iani nominis haberētur. Sed ad superiora prospectans inquiet aliquis bene operatus es: præmunuisse enim se aduersus hostes semper laudabile fuit. Sane picē tractantes co inquinantur a pice. Iam plurimi dum se fortissimos existimarēt impul si ab hoste ēt debili cecidere. Et si cæteri desunt: quorum grandis nu/ merus est. Salomon tamē adest testis certissimus imbecillitatis huma ne: huic scientia omnis concessa est: diuitie omnes & imperium grāde summa cum iustitia populos subditos tenuit: deo templum ædificauit

mirabile: multa bona cõposuit: & tãdẽ iã ætate maturus: tot honorũ largitore postposito: cõscẽso offensiõis montẽ maloth ægyptiorũ ydolũ flexis genibus adorauit. Quid ergo tu ne eris fortior salomone: aut circũspectiõe plenior. fallimur de nobis nimiũ cõfidẽtes: hæc qdẽ negari nõ possũt: uera nõ sũt. Attñ aliud belli genus mihi cũ errorib' gẽtilitiis est: q̃ salomonis fuerit. cũ ægyptiaca coniuge: q̃ astu fœmineo aduertens: qm̃ ĩ felicis uiri aĩaꝫ formositate sua laqueasset: & deos suos extollere auida nũc cõplexo uenereo: nũc mellitis sauiis: nũc blãdiciis: muliebrib': nũc petulca lasciuiis: nũc p̃cib': nũc lachrymis: quas obsequiosissimas mulieres hñt fœmĩæ: nũc indignatõe cõposita absq͂ intermissiõe: nõ diebus oĩbus tãtũ: sꝫ noctib' amantis uiri animũ ĩpugnabat. O q̃ grauia & ĩtolerabilia sũt dilectarum mulierũ: & potissime nocturna certamina: hic tandẽ dũ timeret mulieris quã sũme diligebat gr̃aꝫ amittere terga dedit: & uiribus armate fœminæ inermis succubuit. Mihi aũt nõ tale aduersus deorum gẽtiliũ nugas bellũ ẽ: mille iã ueris rõnibus a me cognitis ĩprobatas. Et iõ cũ eis exaustis uirib': atieq͂ pulsis leuis ẽ pugna: scio tñ nimiũ de se cõfidisse quandoq͂ sit uitium uerum ego de me non confido. Sed de gratia Iesu christi cuius precioso sanguine redemptus sum: spero quidem eum non passurum: ut qui tam diu recto tramite eius uestigia iuuenis secutus sum senex exorbitẽ & si in lapsum ueniam manum sua pietate debili porriget: & fessũꝫ placida quiete fouebit. Sed ut in finem ueniam: satis ex premissis colligi potest: uti non omnes decet tractare gentilia sic nec omnibus indecens esse.

Vt plurimum studia sequimur: inquæ prona uidentur ingenia. C. x.

S I fateãtur nõnulli uera esse quæ dicta sũt: nõ tamẽ quietur' reor quinĩmo arbitror dicent longe melius fuisse: studiis sanctioribus triuisse tempus q̃ talia didicisse: quod si quis neget: non erit æquidem satis sanus. Nosco quoniam in promptu erant leges cæsarũ & pontificum canones & medicina: quarum plurima sanctissima arbitrantur studia: eo q̃ eis persæpe auro auidi mortales ditẽtur. erat & phylosophia cuius optima demonstratione rerum causæ & a falsis disgregari uera noscunt̃ generosis quibuscunq͂ ĩgeniis appetẽda. Erãt & sacra uolumina: a quibus & paruipendere peritura docemur: & dei magnalia declarantur. atq͂ quo tramite cæleste regnum petamus ostẽditur: quod studiuꝫ ꝑfecto cæteris p̃ponẽduꝫ ẽ. Ex his qd' cũ q͂ sumpsisse forte sanctius egisse me dicerent obiectores. Sane: si quod debemus agerem' om̃s legum minister rostra frustra conscenderet. Attamen non adeo facile est: ut existimant aliqui: uelle omnia quæ debemus: & longe acri' cõsequi si uelimus. Nam: ut Cytharista uariis ex fidibus aliis lentius: aliis uero protentius tractis: his grauem acutum: illis tĩnitum reddentibus

docta manu:plectroqꝫ ex tã diſcordantib⁹ tonis reddit ſuauiſſimã ar
moniã:Sic & natura parẽs:cui ĩexauſtæ uires & perfectũ ĩgeniũ ẽ ꝓ/
ducit hæc peritura diuerſis officiis apta:ut ex hac officiorũ ĩcõueniẽ
tia reſultet humani generis. Circa quod plurimũ intẽta ẽ: cõſeruatio
atqꝫ ubi in longã conſeruationeꝫ iri non poſſet:noua productio aduer
tens:quoniã ſi uniformes producerentur oẽs:ut de reliquis ſinaꝫ: ho
mines nulla poſſent produci nec ẽt per tẽpuſculuꝫ ratione conſiſtere:
ergo hinc fit:ut diſcreto naturæ ordine hic ex mortalibus naſcatur fa
ber:ille nauta:mercator alius:& quidam ſacerdotio apti:aut regimini
& nõnulli legũlatores:præſide:poetæ:philoſophi:ſeu ſublimes theo/
logi:ex quorũ uariis ſtudiis:tam ingentis multitudinis hoĩuꝫ cõſerua
tio reſultet neceſſe ẽ.Nã ſi oẽs quoniã ad unũquẽqꝫ ſpectat: ſi poſſet
ad ſublimiora ſtudia cõſcendere:in theologiã uigilãtes iremus:& agri
cultor abſit.Ex quibus quæſo fructibus tã nobile ſequentes ſtudiũ nu
triremur.Si cemẽtarius:ſi lignarius deſit:quibus in tabernaculis ab ĩ
bribus:a uentis:a frigoribus:ac a ſolis æſtu:& aliis ĩcõmodis aſſidue
ſupeminentibus tutabimur.Si nõ lanifex:nõ credo:unde ueſtes & cal
ciamenta ſũmemus:Quid enumerẽ multa:ut ĩcõmodũ hũani corpis
ĩter ſe dr̃a qualitate & officia mẽbra a natura rerũ appoſita ſunt:ut ex
hac diuerſitate cõſiſtat:uti melodiã ex diuerſitate tonorũ:ſic & hũa/
nuꝫ gen⁹ ꝑſeueret:neceſſe fuit ad ſtudia inter ſe differẽtia gigneremur
Et ſi ab ipa natura quæ ſic cælos:ſic aſtroꝝ orbes & curſus uaria etiã
agitatione diſpoſuit agẽre deo:ut nullo labore ſuo ad officia ꝓductos
uaria nos uidemus.qs q̃ſo fœliciter audebit ab eo ad quod natus ẽ in
aliud tranſitũ attẽtare.Nõ quidẽ adeo ignarus ſum:qn noueriꝫ liberi
arbitrii quo omne ualemus potẽtia poſſumus naturæ ſuperare uires:
quod ægiſſe nõnullos legimus:opus profecto ĩter raro contingẽtia nu
meranduꝫ:tã grandi & fere ĩuincibili neceſſitate trahimur:in quod na
ſcimur. Et ſi ad diuerſa gignimur:naſcimur:alimurqꝫ ſi ea plane per/
agamus :in quæ trahimur æquidem ſatis eſt:ne dum in aliud tranſitũ
feciſſe uelimus:quod dum iam dudum fruſtra tentarent aliqui:id ꝑ/
didere quod erant:nec potuerũt effici quod querebant.Verũ ad quoſ
cũqꝫ actus natura ꝓduxerit alios:me quidem experientia teſte ad poe
ticas meditationes diſpoſituꝫ ex utero matris eduxit: & meo iudicio ĩ
hoc natus ſũ .Satis eĩm memini appoſuiſſe patreꝫ meũ a pueritia mea
conatus oẽs:ut negociator efficerer:meqꝫ adoleſcentiam nũduꝫ intrã
tem ariſmetrica inſtructum maximo mercatori dedit diſcipuluꝫ:quem
penes ſex annis nil aliud ægi:q̃ꝫ nõ recuperabile tempus inuacuum te
rere.hinc quoniaꝫ uiſum eſt aliquibus oſtendentibus indiciis me aptio
rem fore litterarum ſtudiis:iuſſit genitor idem ut pontificum ſanctiõ/
nes diues exinde futurus:auditurus intrarẽ:& ſub p̄ceptore clariſſĩo

fere tantundem temporis incassum etiam laboraui: fastidiebat hæc ani mus: adeo ut in neutrũ hoꝝ officioꝝ aut pceptoris doctrĩa aut genitoris auctoritate qua nouis mãdatis ãgebar cõtinue: aut amicoꝝ pcibus seu obiurgatõib᷒ ĩclinari posset. ĩ tãtũ illũ ad poeticũ trahebat affectio Nec ex nouo sũpto cõsilio ĩ pœsim anim᷒ totis tẽdebat pedib᷒: qnimmo a uetustissima dispõne ibat ĩpulsus. nã satis memor sũ: nondum ad septimũ ætatis annũ deuenerã: nec dũ fictiões uiderã: nũdũ doctores aliquos audiuerã: uix prima litterarum elementa cognoueram: & ecce ipsa impellente natura fingendi desideriuꝫ affuit: & si nullius essent momenti: tamen aliquas fictiunculas edidi: non enim suppetebant tenellæ ætati officio tanto uires ingenii. Attamen iaꝫ fere maturus ætate & mei iuris factus nemine impellente: nemine docente: immo obsistente patre: & studium tale damnante: quod modicum noui pœticæ sua sponte sumpsit ingenium: eamqꝫ summa auiditate secutus sum: & præcipua cum delectatione auctorum eiusdem libros uidi legiqꝫ: & uti potui intelligere conatus sum. Et mirabile dictu cum nondum nouissem quib᷒ seu quot pedibus carmen incederet: me etiam pro uiribus renitente: ꝙ nondum sum pœta fere a notis omnibus uocatus fui. Nec dubito dum ætas in hoc aptior erat: si æquo genitor tulisset aĩo: quin ĩter celebres pœtas unus euasissem. Verum dum in lucrosas artes primo: inde ĩ lucrosam facultatem ingenium flectere conatur meum: factũ est: ut nec negociator sim nec euaderem canonista: & perderem pœtaꝫ esse cõspicuum. Cætera facultatum studia: & si placerent quoniam nõ sic impellerent minime sim secutus: uidi tamen sacra uolumina: a quibus quoniam annosa est ætas: & tenuitas ingenii disuasere destiti turpissimum ratus senem: ut ita loquar elementarium noua inchoare studia: & cũctis indecentissimum esse id attentasse: quod minime arbitreris perficere posse. Et ideo cum existimem dei beneplacito me in hac uocatiõe uocatũ: ĩ eadẽ cõsistere mẽs est. Et quod egerim hactenus his monstrãtib᷒ studiis laudare querãt alii quod uidetur. Qui ergo patiuntur cerdonem fabula: satisqꝫ uacare. Lanistã pecori sculptorem statius: me ẽt q̃so uacasse poetis æquo animo patiantur.

Damnose cõpatimur regibus & diis gẽtilium. C. xi.

e Runt qui adurato iam calcibus tramite exorbitent: & ex trãsuerso prosiliunt clamittẽtqꝫ quoniam temerarius homo suꝫ: eo ꝙ p̃sumam ueterum regum terebrare busta: & quietos iã longa pace cineres in nouum odium suscitare: aut eoruꝫ recentioribus nebulis ueteres offuscare splendores: necnon & deorum semisopita scelera audiẽtibus cunctis in minus opportunam uigiliam excitare: & sub titulo honorabilis. s. genealogiæ deorum eorundẽ recitare latrocinia: & incestus longa est querela hæc: & plurimum mẽbrorum implicita & ea mõstrante

aduerto:quoniam senserint isti quid scripserīꝫ:& potissime dū querun
tur ꝙ deorū gentiliū facinora recitarīꝫ. Verū gentiliū animum redolet
ista conquestio:& si sic sapiūt mēte ut uerba sonant querula. Viget ad
huc in nōnullis error ille infamis:quē quæso auferat deus & resoluat ī
nihilū. Obiectis aūt respōdisse facillimū ē. agit eniꝫ temerarie q in ni/
miuꝫ terminos excedit audacie. Sic memini in libro ethicorū Aristote
lem arbitrari:hoc ego excessisse nō reor. Audere quidem ꝙ a boni ne
cessitate cōcessuꝫ ē:nō est temerarie agere. Nemini prohibitū legi seu
honesta sint:seu etiā minus honesta reguꝫ gesta describere. Erat tamē
regibus satius sic ægisse ut nil de eis referri possꝫ præter honestū. Ego
aūt de his nō ordinato nec in hoc disposito stilo scripsi. Sed sūmoten?
& ꝑfūctorie uti nōnūꝗ ordo assumpta operis exigebat recitaui si qua
inserui. Sed esto fecerīꝫ nō nouū aut īusitatū facinus feci: stant tā anti
qua ꝗ magna illustriuꝫ scriptorū uolumina:in quibus & stilo celebri:
& ordine integro regum recitantur acta. Aqbus si quid huc opi appo/
situꝫ est nouissimus sumpsi. Si ergo querela faciēda ē de illis āpliorib?
& antiqs querantur hystoriographis:quorū scripta celeberima cuꝫ fa
ma iaꝫ diu uniuerso patuere orbi:ex his si quod odiū generari pōt ī ci
neres iaꝫ quietos exordiuꝫ sumptū est. Sed quæso quæ pietas hæc:ex
quo caritatis fomite oritur:quæ huius pietatis cā: Credo generosi cuꝫ
uideri cupiāt tales in hoc ꝙ honores regios curent:ostendātqꝫ qa tur
bentur audientes dedecora. O ꝗ ꝑuo tales existimant nobilitatē mer
cari:quæ egregiis moribus iustitia:sanctitate:atqꝫ scientia adipiscitur
Scirēt isti si nobiles essent:quia nō solū superuacaneū sit sed dānosuꝫ
nō solū gentilibus sed male meritis:quibuscūqꝫ cōpati. Et iō si sapiunt
seruent hanc pietatē in melius. Turpia aūt deorū gentilium dedecora
nec dormiunt nec sopita sunt: qnimo a sacra xpi doctrina in perpetu
um nō surrectura sepulta:& ingenti damnationis mole contecta & op
pressa sunt. huius ego molis onus & si nō satis:ꝑ uiribus tamen tanꝗ
xpianus hō augere conatus suꝫ:laudes inde dignas consequi: non re
dargutiones expectās. Verū hos ego paruifacio morsus:cuꝫ nullo pos
sint dentis acumine quēꝗ ledere. hi ergo si xpiani sunt taceant & peni
teant eos si deoruꝫ gentilium obiectioni eis ulla fuit cōpassio:cum īter
alia crimen hoc minime deceat christianum.

Breuiloquus siue longiloquus ob crimē lacerandū nō ē. Cxii.

Reuiloquuꝫ forte me dicent:alii eo ꝙ aliquādo magis perfūcto
rie ꝗ lōga serie recitando fabulas atqꝫ hystorias aut illas enucle
ando pertranseam. Et sic non dubito quin sint qui dicant me ꝗ oppor
tunum sit sæpissime longiorem. Primis ut sic esse fateor necesse est fu e
re enim huius facinoris rationes plurime. Quædam autem ideo pau
cis sub uerbis relata sunt:quia non erat unde possem ampliora de/

scriberet: ni ex meo uoluisse fabulas aut hystorias ptelare uel figere qđ oĩno fugiendũ ẽ sano hõi. Quædã uero ẽt ad plenũ scripsisse: paucis ĩ digebat litterulis: ex qb⁹ si satis intẽtio sũmit̃ uitiosũ fuisset ĩ lõgi⁹ p tẽdisse. Sunt tñ & multa q̃ proculdubio lõgiorẽ uerboꝝ copiã toleras sẽt. Sꝫ q̃so si cũcta sinam⁹ q̃ dici potuissẽt: aut forsan exq̃sissꝫ materia sed ea tãtũ q̃ mihi scribẽti occurrebãt circa lõgissimas hystorias: aut fabulas. Circa oẽs singulares tã deoꝝ q̃ꝫ hoĩuꝫ act⁹: circa multiplices fictionũ sẽsus. Circa testimoniũ fabularũ aut hystoriaꝝ ueterũ aucto/ritates circa opĩones pluriũ relatiões & huiusmõi scripsisse: qñ me si/nẽ huic operi fecisse existimant tales Equidẽ uix unũ suffecisset sæculũ & tã grande ẽt euasisset uolumẽ: ut solo ĩtuitu primo lectores terruissꝫ quoscũqꝫ: & ob id satis ratus sũ: ea q̃ dicta sũt: sic sũmoten⁹ tetigisse nõ. n. puero aut inerti uulgo scribim⁹: quinĩmo ut alias dcm̃ ẽ doctis simo regi: & profectis hõib⁹: si aliquando ex manibus tuis serenissime princeps ad alios uenturum opus hoc est. Præterea ut exerceantur in/genia: non adeo plene scribenda sunt omnia. Nam quæ labore aliquo quæsita sunt: placere magis consueuerunt: & cum maiori diligentia ob seruari q̃ꝫ quæ sponte sua in intellectum legentis accedunt. Est & po/steris linquendus dicendi seu scribendi locus: ne inuidisse uideamur fu turorum ingeniis: & arrogantia quadam: ad quam omnes aspiramus uideamur præoccupasse sequẽtium gloriam. Miti ergo animo ferendũ est quod honestis agẽtibus causis: aut breuiter dictũ est: aut causa bre uitatis omissum: his autem qui me si qui erunt dicent longiorem debi/to quandoqꝫ fore: nõ aliud dicam nisi quia sic opportunũ esse ratus suꝫ aut qr me ut fit aliqñ intellectus delectatio ĩpellebat: q̃ prudentiorib⁹ nonnunq̃ꝫ liberalissimum præstitit calamuꝫ. Sed quid: uti breuia habẽt intelligentium exercere ingenia: sic & ampliora minus intelligẽtiũ pro uocare: & idcirco qui plura nouerunt sint memores quoniam & ipsi ali quando fuere rudes: & ob id absqꝫ indignatione patiũtur si ampliusculle iunioribus laboratum sit.

A ereo non ficto regis mandato hoc opus cõpositum. C. xiii.

a Derunt forte qui dicant ꝙ nõnunq̃ꝫ de aliis quibusdam etiam cla ris uiris dictum est. Me. s. ĩ gloriã mei nominis fingere: quod tuo iussu rex inclyte hoc opus elaborauerim. Cum minime uerum sit tarda his fides est seu uerius animus nequam: quod de se nouerunt urentes ĩ uidia in alios coniecturam faciunt. Certissimũ est ut Tullii uerbis utar trahimur omnes studio laudis: & optimus quisqꝫ maxime gloria du/citur. Et ob id cum gloriosum sit paruo homini maximo atqꝫ optimo regi obsequium præstare posse: non fiden cum difficultate comperiet dixisse: nonnullas ad extollendam humilitatem suaꝫ mendaciũ finxisse

huiusmõi:s; scriptores nũq̃ credã:s; de hoc alias. Ego aũt ut ad me
ueniã nõ inficiar me gloriæ auidũ:s; q̃tũcũq; cupiã ꝑfecto nõ adeo
effrenis su;.nõ adeo hoc accẽsus desiderio:nõ adeo hostis honesti ut
in tã turpi mẽdaciũ rubore nõ dicã frontis s; mẽtis abiecto meipsũ ꝑ
ripuisse;.In hoc me supbũ cõfiteor si supbia dicenda hæc ẽ:ĩ talib' ni
si deo cæli honorẽ seu titulũ irreqsitus ĩferrẽ.Et hoc ẽt nõ oĩb' reqrẽ
tibus exhiberẽ.Tu nosti rex optime:q̃m me renitẽte atq; tergiuersan
te Doninũ militis tui suasionibus ꝑcibusq; in uotũ tuũ deduct' su; ut
scil; hũc laborẽ subirẽ:necnõ labentib' ãnis factũ ẽ:ut Bechin' bel
lincion' familiaris tuus & cõciuis meus e cypro ueniẽs apud rauẽna;
urbẽ me cõueniret.Et postq̃ placidis uerbis clemẽtia; atq; grã; celsi
tudinis tuæ erga me ĩmeritũ mõstrauit:miris exortationib' ut aiebat
te sic ĩperante semisopitu; circa hoc opus ĩgeniũ meũ irritauit. æquo
mõ dilectissimus tibi Paulus geometra nõnunq̃ ostẽsis litteris sigillo
maiestatis tuæ signatis ĩ qbus ad me iussa ĩserebant̃ tua sollicitũ red/
didit.Nouit deus & tu scis:qa nec unq̃ ꝓminentiã tuã uidi nec tu me
uidisse potuisti:his mandatis credidi:& onus humeris meis ꝑgrande
subiui.Si te ignaro hæc acta sunt p iã dictos decept' sũ:& sic hos fate
or esse ueridicos:q asserũt nõ tuo iussu cõpositũ.Vel nõ crimie meo
nisi me in hoc peccasse quis diceret:quia nõ dixeri; me factur;:si tu
is litteris ad me directis suscipere.Sed hoc mihi superbum uisum est:
quod Doninũ insignẽ militem minus ueridicum arbitrarer. Doninus
aũt ut audiui eo fere anno in quo me primo conuenerat diem clausit.
& ob id non eius fidẽ inuocare possu;:uiuit Bechinus & Paulus geome
tra uiuit:hos ego & regia; fidem tuã ueritatis huius testes in terris ha
beo:te igitur cũ illis inuoco tuũ hunc si necessitas exigat laborem esse
opportunum ẽ:occupationi.s.huic obsistere:& nomen meũ a tam ille
cebri nota ueritatis affirmatione purgare.Sed ut te rex inclyte paulu/
lum omisso ad obiectores deueniam.eorumq; obiectioni aliquid pro
iure meo respondeam.Assero si pro rostris sedente præside agendum
litigiũ esset me uiuos habere testes:nec ex fece plebea sed illustres ho
mines:quia minime mihi opportunum erat:ut usq; cyprum pro tam ĩ
epto mẽdatio euolarẽ:si opus meu; insignire regio nomine cupiebam
ꝓpe erat ĩmo nec uerebor dicere rex:qui si credidisset obtinuisse:post
q̃ ceperã quod minime in animo erat:dum me conuenit doninus ui/
ua uoce rogasset:ut suo hoc opus ascriberem maiestati:esto minus in
telligens princeps esset:existimans non mihi suo nomine gloria; infer
re:quinimo meis litteris æternum suis titulis decus addere:nec miru;
suffragiis enim scriptorum stant insigna & nomina regum. Hinc Ale
xander ille macedo:qui prona militum manu ingenti animo orbe; to
tum aggredi ausus est.In persas uadens multos ex huiusmodi scripto/

res: q sua gesta describerēt secū traxit. Et in Sigeū uenies: quo bustū uidit Achillis tacuisse nō potuit qn ostēderet uerbis q̄ grādis sibi ui/ deret̄ gloria: quā cōsequebāt̄ a scriptorib' reges: eū fortunatū dicēs q illi Homerū cōtigisset habere pcōnē. Hic Pōpey' magn' qui equaꝫ fecit cū uirtute fortunā: theophanē mitilenū: quasi nomē suū perēne facturū in cōtiōe militū ciuitati donauit. hic Scipiōes Tit' fului' cato cēsorinus. Q. metell' pi'. G. mari' cicero: & alii plures illustres uiri: se scriptorib' faciles atq̄ liberales exhibuere: ut eos ī hoc traherēt ut de se scriberēt. Quid ergo meis litterulis regē īclytū mēdatio īseram quasi inuito gloriā largitur' sim: & meā offuscatur' ignominiosa labe. Si adeo auidus essē mēdaciis meā extollere gloriā. Stāt & alia opuscu la: ex quib' nullū ē ullo h'i titulo īsignitū pter Buccolicū carmē: qud' ut sibi intitularē petiit Donat' apenninigena paup sꝫ honest' hō: & pci puus amicus me': quid ñ oīb' noīa prepono regū. Præterea ē ne hoc sub sole nouū reges desiderare scripta q̄dā: & amicis iiūgere. Nō æqui dē diebus nostris memini Robertū Hierusalē & Sicilie splēdidū r̄gē a multis ornatum titulis postulasse ab insigni' uiro Francisco petrarcha ni altius tribuisse: ut sibi ascriberet Aphrice a se nouiter edite titulum quā quæso aucturus gloriā: frācisci an suā: suā profecto. Quid multa nō æquidē magnorū ducum nomina clares scriptores faciunt: īmo po tius ipsi reges scriptorum opere cognoscunt a posteris: īsuper si appro bandum sit opus q illi adiectum regis nomen post auctoritatis afferre aut bene merito auctori gloriæ superaddere. Et si improbandū sit quo iure poterit præscriptio illa fecisse probabile: aut notam auctori iiectā abstergere: decus igitur & gloria agenti approbatio uirorum illustrium affert non regii nominis ascriptio. Ego autem ut iterum dixerim adeo superbe obstinatus sum: ut nisi deo gloriæ cuius ascribenda sunt omīa unius carminis tantum decus etiam cæsari dictatori resurgēti: aut Sci pioni africano nisi rogatus aut si amicus esset ascriberē. Dicta sint hæc mi rex bona cum tua uenia quæso. Et postremo precor: si contingat te unq̄ aliquos talia obicientes audire tanq̄ ueritatis conscius imperia regia cum indignatione silētiū: & q tuo nomini te petente dicatuꝫ est īmo cōpositū te mandāte regia uirtute defende. Supererāt multa: sed quoniaꝫ mihi satis dixisse uidetur omittenda reliqua censui: & deo mu nerum largitori tibiq̄ operis fortunam cōmittere: quod postq̄ in tuas deuenerit manus: dum libuerit tuo fultum presidio: & te iubente ten dat impublicum.

Conclusio C. xiiii.

e Cce tandem clementissime rex diuina pietate præbente in fine lō gi operis uentum est: in quo ea qua potui sollertia iuxta ueterum traditiones deorum gentilium genus & eorum posteritates multis un/ diq̄ exquisitas uigiliis quo datum est ordine descripsi: & iuxta mādatū

tuæ serenitatis pro uiribus ingenii mei post fabulas fictionuꝫ sensus: seu ab antiquis sumptos: seu a tenui intellectu meo emunctos apposui Ostendi insuper quod officiosissimũ ratus suꝫ: nõnullis poetas aduersus opiniones taliuꝫ nõ dicaꝫ iustos oẽs: sed nec ridiculas aut simpliciter fabulosas esse: qnĩmo singulari scientia: ingenio: & moribus: ac ẽt insigni claritate conspicuos. Lignum præterea ĩ littore ancoris & proresiis ingeniose firmaui: magis semper de bonitate diuina confidens q̃ de robore uinculorũ. Sic & nauta quas magis nocuas credidi sagittas amoui: esto arbitrer superesse q̃ plurimas aduersus quas uix credaꝫ satis armasse potueriꝫ: nõ æquidẽ se q̃tũcũq; bellicosissimus miles sit a deo caute armare potuit quisq̃: qn locus hostili gladio linqueret. Ipse igitur deus protegat: qui solus nouit diuerticula malignantiũ: & uolẽs cõtriuisse potuit. Verũ quoniã hõ suꝫ: nouiq; nullũ adeo oculatũ qui nisi diuina protegatur manu sæpissime cadat in lubricuꝫ: arbtror satis possibile me nõnunq̃ aut omisisse dicenda: aut non dicenda scripsisse aut dicta non satis rationibus roborasse: aut minus plene in uotuꝫ tuuꝫ iuisse: seu aliis modis peccasse plurimis de quibus doleo. Et quoniã no sco ꝙ ignauiæ meæ mea ĩputanda sunt crimina: supplex ueniã posco: teq; humiliter per insigne tui capitis decus exoro ut tui ingenii celsitudine defectus suppleas: supfluitates excidas: dicta minus acurate exornes & oĩa ꝓ iudicio tuæ sincere mẽtis piter corrigas & emẽdes. Si forsan maiorib⁹ occupatis ut sæpissĩe reges estis: huic labori nõ posses tẽpus ĩpendere. Tũc oẽs honestos sacros pios atq; catholicos uiros: & potissime celebẽ uirũ Franciscuꝫ petrarchã insigneꝫ p̃ceptoreꝫ meum. Ad manus quorũ opus hoc aliquando deueniet p Christi p̃ciosissimũ sanguinẽ: dep̃cor ut errores quoscũq; si quos forsan minus uidens dictis ĩmiscui sua pietate atq; benignitate surripiant: aut illos in sacrã ueritatẽ conuertant: eorũ. n. existimationi: & emẽdationi opus hoc esse suppositũ uolo. Præterea rex inclyte si quid boni inest: si qd bene dictum: si quid uotis tuis consonũ: gaudeo & exulto: & ex ĩde labori meo cõgratulor. Verũ scientiæ meæ ĩputes nolo: nec lauros aut honores alios ob id postulo: deo qppe a quo omne donũ optimũ & omne donũ pfectuꝫ est attribuas quæso: eiq; honores ĩpendito & gratias agito. cũ ĩpe more meo semp post exactos quoscũq; labores honestos: cõsueuerim qua possuꝫ mẽtis deuotione dauiticũ illud dicere. Nõ nobis domine nõ nobis: sed nomini tuo da gloriam.

Genealogiæ deorũ gentiliuꝫ ẜm Ioanneꝫ boccaciuꝫ de certaldo: ad illustrem principem Vgoneꝫ Hierusaleꝫ & Cypri regem liber qntusdecimus & ultimus explicit.

DEO GRATIAS.

q Via istud opus genealogiæ deorum gentiliũ ẽ adeo ꝑlixum: ut Rubricæ ad unum ut supra patet in principio locum reductæ etiam per se uolumen uideantur efficere. Ideo uolenti alicuius hystoriam seu fabulam inuenire etiam in rubricis ẽ ualde difficile: nisi quasi omnes legantur. Iccirco ut quæsitor possit quod quærit reperire facilius super ipa tabula rubricarum per alphabetum ẽ infrascripta alia tabula ordinata: quæ sicut ipsæ rubricæ sunt toti⁹ operis repertorium: ita æque erit ista repertorium rubricarum: quanq̃ etiam possꝫ ad totum opus referri: per quam tabulam p alphabetum compositam: littera a qua incipit nomẽ eius: cuius hystoria q̃ri contigerit perscrutata: in quo libro nomen & hystoria sic poterit faciliter r̃periri: quo tam faciliter repto se ad rubricaꝝ tabulam referendo cito inuenieť qď quæritur. Quod qdem opus assumpsi ad instantiam insignis uiri Colucii pieri Cancellarii florentini. Ego dominicus ď aretio grammaticæ atq; rhetoricæ doctor atq; professor deo dante sic incipiã: ut infra sequiť.

Bas filius lyncei ex hoc hypermestra li.ii.c.c.xx.
Abraã existẽte picero cœpere proceres dici dei li.i.in ꝓhẽio
Absirt⁹ seu egiale⁹ laniať a medea sorore: dũ fugiebat ipsa cũ Iasone. li.quarto.c.xii. Idem dicitur.c.xiii
Abilam & calpẽ ꝓmontoria hispaniæ uocat columnas hercuľ li.x.in ꝓhemio. Idẽ poniť li.xiii.c.i.
Abilam a calpe diuisit hercules & ĩtromisit mare li.vii.c.xiii
Abaster unus equoꝝ plutonis lib. octauo.c.vi.
Cca laurẽtia uxor faustuli pastoris quæ dicebať lupa: Romulũ nutriuit & Remum libro.ix. c.xl.&.xli.
Accidalia uenus ẽ li.iii.c.xxi
Acidas cura dicitur li.iii.c.xxii.
Accidalius fons est sacer ueneri in orcomeno ciuitate ubi se lauãt gratiæ li.v.c.xxxiiii
Eurimedon pamphyliæ fluuius ē a sade oppido missus iuxta arpedon montē fluit: insignis Cimonis atheniensium ducis nauali uictoria: & phœnicū atq; persaꝝ clade.

Eurotas fluuius Laconū sub ipsis lacedæmoniæ muris currens: huius ripæ lauris abundant: & ideo Apollini sacꝝ dicūt.

Euxinus fluuius ꝓpontidis: quē ab euxino mari in qđ effluit: denominatū qdam uolunt.

Exaimis fluuius ē argiuoꝝ: quē aiūt terris ĩmergi: & iteꝝ post exactū aliqualē cursum ĩ publicū reuerti.

Exemontus Mesiæ fluuius ē.

Exrhodus æque est Mesiæ fluuius.

f Abaris: hic & farfarus diciť: fluuius sabinoꝝ ē: & corrupte faber nūcupať a plurib⁹.

Fæcelin⁹ siciliæ fluuius ē pelloro iūctus. & Dianæ tēplo cōterminus.

Fanes sannitū ē fluuius: q & syris diciť: beneuento uicin⁹.

Farfar⁹ syriæ fluuius ĩ radicib⁹ libani mōtis emittiť. & p anthiochiā fluens ĩ syriaco misceť mari apđ symeonis portū.

Farnicas fluuius ē haud lōge a iulionopolitis.
Fasis colchorꝝ fluuius ē ingens: maxima deferens diu nauigia: quæ in monoschis ortum aliqui dicūt. Alii in morcorꝝ montibus: & quidam a garamante monte effusum: cuius in marginibus oppida fuere plura & celeberrima. Sed inter alia Tindariceum & phasim ea in parte apď ipsos & Ciaos permaximi fluuii miscentur eidem. Post habuit surium apud qđ & surius fluuius īfluit. Recipit præterea Glaucum & absar/cum & cobum e caucaso descendente. Tandem post longissimū cursū ultra hostia tanais in pontum effluit clarus quidem: & aliis præter iā dicta insignibus fluuiis est. Penes eum Phrixi templū fuit: & lucus ob aureum uelus ueteri fabula celebratus. Medeam fugientē cum Iasone tulit: & exilio sulmonensis Ouidii memorandus est. Aiunt insuper in eo uirgam oriri: quam leucosiphilon uocant: tantæ uirtutis: ut asserūt ꝙ si thalamis hominum apponatur: matrimonia habet pudica atque inuiolata seruare.
Fatissus olim dacorꝝ fluuius.
Fœnix thessaliæ fluuius ē.
Ferior fluuius Ienuæ oppido propinquus.
Firrites fluuius propinquus caistro flumini pegaseū īpellit stagnū.
Festerus mysiæ fluuius ē.
Fesus fluuius ē bosphori: quē alio noīe rebas uocant.
Finus hiberniæ fluuius ē: p cheneleoniā effluens regionē.
Fison fluuius q & ganges in paradiso delitiarum oriri quidam uiri celebres asserunt: & exinde irrumpere eo: ubi aiunt oriri gāgem: qui talia perscrutati sunt: de quo (ubi de gange) plenius differetur. Dicunt autem phison dici: ꝙ inundationem significet: excipitur autē ab oceano orientali.
Fitaras fluuius ē apđ seres: de quibus iam supra dictū ē: ubi de cambri flumine.
Flautasis fluuius in finibus dacorꝝ ē.
Flegeton inferorꝝ fluuius poetis familiarissimus ē: ignē qdē significat seu ardorē.
Floxus fluuius ē hispaniæ ꝓmontorio celtico uicin⁹.
Focias fluuius ē thessaliæ: & ī epidaurꝝ effluit.
Forion armeniæ maioris fluuius ī tygrim mergit.
Forin⁹ fluuius aquilegiæ ꝓpīquus ē.
Fricini⁹ nauigabilis fluuius apđ persas.
Frygius fluuius ē minoris asiæ: q & phrygiæ ꝓuinciæ nomē dedit: & eā a Caria diuidit: ē qdē magnesiæ: q̄ ad sypilū ē iūctus īsignis. L. Scipionis asiatici romanorꝝ consulis uictoria: & clade Anthiochi asiæ & syriæ regis penes eū susceptæ.

Futh fluuiꝰ ē mauritaniæ: & a quo adiacēs regio futhensis appellata ē.

g Abellus cisalpinæ galliæ fluuius ī padū cadit.

Gadus fluuius ex mōte tauro effluens ī mare suscipit̃ cycladū.

Gæsus Ioniæ fluuiꝰ ē: prieni ciuitati ꝓpinquus.

Gagatis fluuius ē liciæ: a quo & locus: cui ꝓximus fuit: d̃noīatꝰ ē.

Galesus calabriæ nō amplius.v.m.passuum a tarento semotus.

Galbiā fluuius ē Cariæ: haud lōge ab allicarnaso: infamis ob malam habitantiū ualitudinē.

Gallꝰ lycaoniæ fluuiꝰ: a quo denoīati sunt sacerdotes Cybelles. Hic qdē ī sangaꝝ terminat̃. Potantes ī furorē cōuertit.

Ganges fluuius indiæ prægrandis atqꝫ famosus. De eius uero origine ambigit̃ apd̃ priscos. Nā alii ex incertis fontibus: uti nilū eū nasci uolunt. Alii ex scythicis montibus uasto cū fragore loci erumpere: atqꝫ sese ꝑ scopulos & aspreta locoꝝ præcipitem dare: donec ī planū deuenerit: & ibi quasi susceptū ab hospite ī lacu quodam conquiescere: & ex eo tandem lenem mansuetumqꝫ procedere: qui in orientem tendēs a.xviiii.maximis atqꝫ nauigabilibus fluminibus augetur: & ultimo secundum quosdam ut nilus septem hostiis oceanum ingreditur. Alii dixere nouem: & tria quidam tantum esse uoluerunt. Dicitur autem ganges a Gangaro uetustissimo indiæ rege: ut placet aliquibus. Aliis uero placet hunc illū esse fluuium: quem uocant sacræ litteræ phison: d̃ quo paulo ante pauca dicta sunt. Qui quocūqꝫ uocetur noīe: aut quotcūqꝫ exundet alueis in mare: adeo grandis est: ut ubi minus occupet latitudinis.viii.m.passuum pateat: ubi plurimum centum: altitudinis nusquā minus.xx.passibus reperitur: aduersus quē Cyrus persaꝝ rex quasi cœpti oblitus bellū inauditū sumpsisse fertur. Nam quom unuꝫ ex regiis equis candore atqꝫ forma præcipuum: quem fiducia tractus transuadare persuaserat: a uortiginibus undaꝝ circunagi atqꝫ absorbi una cū insidente cerneret: aiunt iratū iurasse se illū adeo extenuaturꝝ: ut qui equū atqꝫ equitē optimū absorbisset: mulieribus uix genua tingentibus uadosum faceret. Nec uerbis opus defuit. Nā totis ī hoc expositis copiis in.ccccclx.alueos flumen detraxit anno integro operi dato: nō obsistēte ꝙ nil more augeri dicat̃ certo anni tēpore: & adiacētes fœcundare agros.

Gardo fluuius ē ī prouincia narbonensi: neumaso ciuitati ꝓpinquus. Hūc aiunt sæpissime æstiuo tēpore absorberi apd̃ eū locū: quē campianacū uocāt: & sub castello primati ampliorē renasci.

Gargarus fluuius ē ī insula: quā hydrophragi habitant: barbā usque ad genua nutrientes: & pisces crudos ēt comedentes: ultra quē dicūt formicas eē catuloꝝ magnitudinē excedentes.

Garunna fluuius est pyreneis delapsus montibus: gallos ab aquitanis

disterminans:uadosus quidē in hymbribus:aut solutis niuibus intu/
mescat:& ĩ eo insula ē aneros noīe:quā quidā pendere:& extolli aqs
crescentibus:deprimiq; eis deficientibus credūt:& cū oceano occidē
tali misceat̃:ĩ exitu sui amplior & turgidior fact⁹ more æstuantis ma
ris huc illuc nauigantes impellit.
Gelia siciliæ fluuius ē:a quo & oppidū illi appositū d̄nominatū ē in/
ter Camerinū & Agrigentū.
Genesus epyrrhi fluuius ē:quē a dyrrachio thessaliā eūtes inueniūt.
Genusus palestinæ ꝓuinciæ fluuius ē.
Geon fluuius ē meridionalis:quem aiunt ĩ paradiso delitiaꝝ oriri:&
uniuersam æthyopiam irrigare.Hic idē cū nilo ē:& ideo quæ multa
d̄ eo dicenda ueniunt:ubi de nilo scribit̃:apponent̃.
Gercus scythaꝝ fluuius ĩ lacu busesagoræ suscipit̃:q a meotidis pa/
lude saxoso tantū discludit̃ dorso.
Gerros fluuius ē bassitidaꝝ & nomadū:& iunctus hyppacari fluuio:
Carcinem urbē præterfluit.
Gessus fluuius ē apud Iones ea ĩ regione:quæ troglea appellat̃:ioniis
omnibus sacra.
Getilos fluuius ē mauritaniæ portui tisadro propinquus.Hunc Oete/
bes quidam uocant.
Gis uel ger fluuius ē æthyopiæ garamantū inter deserta & harenosa
effluens loca.
Glanes fluuius ē tardus atq; piger:adeo ut potius palus uideat̃ q̄ flu
men:infamis plurimū aduersa ualitudine incolaꝝ.Fert̃ aūt tardus:ut
dictū:sub Clusio uetustissima tusciæ ciuitate:& amplo occupato spa
tio scœnæ iuliæ campos a perusinis diuidit.
Glanicus fluuius ē apd̄ minturnas liris nominatus:illas cursu diuidēs
puto hodie uocari uulgo garigliano.
Glaucus fluuius ē ioniæ:pedalio promontorio propinquus.
Glauais colchoꝝ fluuius ē:& ĩ phasim mergit̃:habens eius ĩ exitu in
phasim insulam absq; noīe.
Glospes fluuius ē haud lōge ab olga oppido:& bithyniæ ꝓpinquus.
Gna mauritaniæ fluuius ē:Ampelusiæ ꝓmontorio uicinus.
Gozā fluui⁹ ē mœdoꝝ:quē penes Salmanasar babyloniæ rex Israe/
litas captiuos habitare iussit.
Grateis fluuius ĩ extremo Italiæ:siciliæ ꝓpinquus:& scilleo oppido:
quē fabulæ scillæ ĩmanis monstri finxere matrē.
Granius persaꝝ ē fluuius p susianū fluens:& paruas deferens naues
cuius dextrū latus incolunt Dixi montani bitumen ꝓficientes.
Griliosolus fluuius ē i affrodisia regione:coriphæ oppido ꝓpinquus.
Granicus phrygiæ fluui⁹ ē:in propontidē cadens:cui zizicon ciuitas

proxima: clarus qdem prima Alexādri macedonis uictoria ī persas.
Guatra britanniæ fluuius ē ī cambria regione: quā uulg⁹ ab eo deno minat gualliam.
Guandalus guandalorum est fluui⁹.
Guatalus fluui⁹ Penthimbastrinæ: q̄ dacis ē contermina: q in oceanum mergit.
I Aboot fluuius ē: penes quē Iacob noctu cum angelo luctat⁹ ē: fluens inter philadelphiam: & garasan: ꝑcedensq; suscipitur a iordane.
Iacrus fluuius ē indiæ propinquus: in meuum fluuium effluens. Nam Pompeii Magni edicto exploratum est membratos septem diebus ex india perueniri ad iacrum flumen.
Iader fluuius est apud Salonas: qui in adriaticum se miscens forte iadræ oppido nomen dedit.
Ianaus fluuius est in armixia regione.
Iardanus fluuius est cretæ insulæ: ciuitatem phias circundans: cuius & in ripis Cidones habitant.
Iarothus fluuius est indiæ inter opaca nemorum ex arboribus inusitatis effluens: & siluestrium pauonum abundans.
Iberus famosissimus hispaniæ fluuius est: & a quo ipsa hispania iberia appellata est. Hic secūdum quosdam apud uacanos oritur: secundum alios apud cantabros: & quom nauium ferax sit: Tulam opulentissimā eius regionis ciuitatem ex inferiori parte radit: demum sub tortosa ciuitate balearicum ingreditur mare.
Iberus fluuius est: & per moscorum tractus in cyrum flumen effluit apud scythas seu hircanos.
Idaspes insignis fluuius magnitudine: & ꝙ harenas habeat: atq; gemmas ferat: per parthiam sese ferens euadit ī indiam: & amplo atq; ꝓfundo gurgite means crebras facit insulas: & ingentia trahit saxa sub undis. Postremo quattuor susceptis fluminib⁹ miscet indo in regione inio: apd̄ arcē soboꝝ: q ex exercitu olim Herculis fuisse testant pelles uestimētoꝝ loco: & clauas ꝓ armis gestantes. Ab Idaspe uero antiqssimo mœdoꝝ rege (ut placet aliquibus) nominatus.
Idros fluuius est ciliciæ Tarso ciuitati propinquus: ideo hydros dict⁹ quia in forma hydri tortuosus sit.
Iectuus fluuius est: in quo opotimi capiuntur pisces: & inter alios un⁹ qui lupus uocatur: qui gustui carnium saporem præbet.
Iera fluui⁹ est asiæ: disterminans galliam atq; bithyniam.
Ieros fluuius ē colchorum.
Iene fluuius ē (ut arbitror) hispaniæ: oceanoq; se mergens cantabrico ubi uelabri habitant: & luceni in oppositum hiberniæ insulæ.
Ietris fluui⁹ est Mesiæ: quem ietrum quidam uocant.

Ignaboo britanniæ fluuius ē:& mergit̄ oceano.
Ilas fluuius ē bithyniæ præterfluens urbē trusiadē:quā & lacus ilas alluit:apd̄ quem Ilas Herculis puer a nymphis dicit̄ raptus.
Ilerda hispaniæ fluuius:a quo ilerdum oppidū dictum.
Ilisson fluuius ē:cui oliua propinqua.lx.stadiis est:quam si quis tetigerit:damnū maximum consequet̄.
Illisus fluuius ē in insula ilubro:quam arbitror ægri maris.
Imala sabinoꝵ est fluuius prope casperiē ciuitatē:q & imelle dicit̄.
Imaridis fluuius ē indiæ:penes quem aiūt hoīes ingentis staturæ habitare:& quia uiuis utunt̄ piscibus:iecyphani uocāt̄ ab indis.
Imera memorabilis siciliæ fluuius.Hic fere circa medium īsulæ fusus in duos diuidit̄ alueos:quoꝵ alter in tyrrhenum mare dcurrit:& dulces atqꝫ optimi saporis aquas trahit:alter ī libycum tēdit:sed amar⁹ plurimū.Alii cōtrarium dicūt:ꝙ qui in meridiem pergit dulcis sit:& amar⁹ uergēs aquilonē.Ab hoc imera oppidū siciliæ denoīatū ē.
Iminus siciliæ fluuius est:oppido camerinæ propinquus.
Inachus argiuoꝵ fluuius ē:ab inacho rege denoīatus.
Indus fluuius ē indiæ ꝑmaximus in Cibathaꝵ iugis ad septentrioneꝫ.
Alii eum ex caroparnaso dicūt effluere:æquantem magnitudine gāgē Hic pluribus ac maximis susceptis fluminibus quasdam facit insulas: inter quas est amplissima præcianes:& alia minor tātum:quæ pacale nominat̄:demū in duobus diuisus alueis inter se lōge distantibus ab oceano recipit̄ ab eo īdico una cū ꝓuincia nūcupato.
Inor mauritaniæ fluuius ē ꝑ deserta effluēs:esto uestigia uineaꝵ atqꝫ palmaꝵ reliquias aliqñ circa eū inuēta sūt.
Instigia sarmataꝵ ē fluuius.
Insurgis germaniæ fluuius ē apd̄ bastrinas dacis cōterminos.
Inuacius fluuius apd̄ aprutinos haud lōge a truēto flumīe.
Iomanes meridian⁹ ē fluuius ꝑ balibotros decurrēs īter oppida mecora atqꝫ catisobora:malleæ mōti propinquus.
Iordan⁹ fluuius est diuidēs Iudæam & arabiam.Verum de origine ei⁹ ambigit̄ apud ueteres.Nam sunt qui dicāt ex libano mōte duos exori ri fōtes inter se distantes:quoꝵ alter dicitur Ior:& alter dan.Qui dan fere ab ortu suo subterraneum agēs gurgitem usqꝫ ad planitieꝫ meldā absconsus incedit:ibi erumpens:obliquansqꝫ se in galileam gentium ab urbe cedar iuxta spineti balnea sub montibus gelboe riuo ac Ior fonti altero excurrenti iungitur:& fluuium faciunt:hiqꝫ ex se nomen componunt Iordanis. Alii uero dicunt ex Ior Iordanem fieri:sed eo ꝙ transeat secus dan olim ciuitatem:in qua rex Ieroboā uitulum erexit aureum:quæ latine riuus sonat:seu fluui⁹:dictus est iordan:quasi fluuius Ior.Quidam uero dicunt apd̄ paneadā templū Cæsari dicauit

Herodes: speluncam in montē esse aquis immobilibus plenā: & ex ea iordanem effluere. Nōnulli asserunt hoc iordanis nō esse principium: qnimmo fontē esse. cxx. stadiis ultra cæsaream: cui a rotunditate phia la nomen est: & ex eo aquas sub spelunca peneadis accedere. Quod qdē a Philippo tetrarcha compertū dicunt proiectis ī phiala paleis: & per subterraneos meatus apud paneadem redditis. Sed undecūq; oria tur effluens aquarum primo facit congeriem: quas aquas uocitant ma ron insignes uictoria Iosue: & Iabis regis Asor clade. Ab his prosiliēs lacū facit ingentem: quē alii mare galileæ: alii tyberiadis lacū uocāt. Inde autem auctior factus pluribus susceptis fluminibus euadēs inter sochoth & salin sub hermō & Cale oppida atq; bethesinuth accedit ī cōfinia Ierico: ubi suis aquis a Ioanne baptista lauari dignat' ē Xp̄s: homo deus æque mundi creator atq; redemptor: ut ex hoc intelligere mus regenerationis lauacrum: & eius imitantes uestigia ab originali crimine lauaremur: nec multum & in lacum assaltidis: seu mortuum mare colligitur.

Ipachares fluuius est uno hostio: quanq; ex diuersis fontibus cū gero in Carcinæ sinu in scythia mari se miscens.

Ippanis scythiæ fluuius ē: ex ganoi palude inter auenhetas procedēs: quam incolæ eius uocitant matrē scytharum: fluuiorum princeps: q diu qualis nascitur effluit: tandem aqud calipidas: quos circuit: misceť illi fons modicus: qui exampheus diciť: qui eum adeo reddit amarū: ut mirabile uideatur: quom eo usq; fuerit dulcissimus. Et sic amarus secūdū quosdam ferť ī pontū: secūdū alios ab sesagore lacu haud lō ge a Meotide suscipiť. Is qdem insignis est Alexandri macedonis ter mino. Moratus ē enī iter eius: ut aræ ab eodē Alexandro eius ī ripis positæ testanť. Præterea nascūť ab eodem animalia quædā paulo mu scis maiora quattuor pedes & pennas habentia: ut satis quadrupedes uideanť: & aues: quoq; uita die una tantū terminať: ī mane infantes: meridie iuuenes: sero aūt senes sint: & ob seniū satis expertū dicunt: dficiunt: quæ īcolæ himeridiones uocant.

Iparis fluui' est: quē & iectarim uocant: ex quo camerinis aqua indu cta est.

Ipatos syriæ fluui' ē: cui & ipatos oppidū & seleucia atq; berithos ci uitates propinquæ.

Iperis fluui' ē persaq; nauigabilis: & medio in sinu psico fundiť.

Ipsa hispaniæ fluuius apđ urbem uecon currit: quē Herculi fuisse gra tū ferunt.

Ipsos fluuius ē colchoq; grandis: & ī phasim fluuiū se cōdens.

Iris fluuius minoris armeniæ lycū suscipiens.

Isanus dyrrhachii fluuius ē.

Isara galileæ fluuius est: in rhodanum fluens apud quintianũ.
Isaurus flauuius ẽ galliæ cisalpinæ: haud longe a Cesena in adriaticũ mare ꝓrumpens.
Isepis indiæ fluuius nauigabilis ẽ: in indũ cadẽs.
Ismeneus boetiæ fluuius ẽ: ꝓpinquus olim thebis.
Ispasus fluuius ẽ indiæ: adeo sub solstitio positus æstiuali: ut exeunte sole ĩ fine geminoꝝ & principio cancri: ꝑpendiculares ĩ se solis radios recipiat: ultra hũc amplissimæ sunt solitudines.
Ister fluuius ẽ: q & Danubius dictus: qui hoc nomine a fontibus ue/niens: ꝗcito tangit illyricũ: ister relicto danubii nomine appellatur: de cuius ortu progressu & exitu in pontũ supra satis dictum est: ubi đ danubio. Hic replicandũ non censeo. Sunt tamen qui credant ex danu bio ramũ progredi: qui uocatur ister: & ab eo Istria đnominetur: & ꝑ eum Iasonẽ in adriaticũ penetrasse nauigio a colchis uenientem: quod ego ridiculũ puto.
Iunculus apud basternas est fluuius: haud longe a dacis.
Iustula fluuius ĩ cõfinio est sarmataꝝ in oceano effluens.
L Adon fluuius est Archadiæ: nõ quidẽ ab initio terris datus: sed terræ motu quodam e paludibus panetæ emissus. Hunc aliq fin/gunt patrẽ fuisse Daphnis: quam reliqui dicũt penei: forsan & hic lau ris abundat in ripis.
Læros hispaniæ fluuius ẽ lambracæ ciuitati ꝓpinquus.
Laphias fluuius ẽ in minori asia: haud longe a iuliopolitis.
Lamber fluuius ẽ cisalpinæ galliæ: ex upili lacu ĩ padũ fluens.
Lamissus thessaliæ fluuius.
Langueus fluuius ẽ scytharum apud Carastasios & anthiadas: ex mon tibus catheis cadens: opharumq; suscipiens flumen apud catadas & opharitas.
Lar fluuius est galliæ.
Lanos fluuius ẽ apud seres.
Lanus fluuius ẽ ultra danubiũ: a quo lani populi dicti sunt.
Larissus fluuius ẽ græciæ: elium agrum dirimens a dymeo.
Lauesina mauritaniæ fluuius ẽ.
Lauth fluuius ẽ mauritaniæ ultra abilam montem nauigabilis: & tumi dæ oppido propinquus.
Laxatus: laxares: laxartes credo idem sit fluuius apud scythas: quem (si sic est) scythæ scythim uocant. Is quidem Semiramidi Cyro & Ale xandro terminus fuit: finemq; dedit impetuoso itineri: & per deserta scythiæ & surdianoꝝ regionibꝰ uastus fonte suo sese penes dacos fle/ctens ĩ septentrionẽ uersus inter mardos & pessicados penetrãs ĩ scy thicum ad extremũ effluit oceanũ.

Ledus fluuius est galliæ: haud longe a stagnis uolcarum: & castello le tara & rhodano fluuio.
Lentulus sub arctoo fluui⁹ est in superiori capite riphæorum mõtiũ: & medius inter alanũ fluuium atq; tanaim ĩ meotidẽ fundit̃.
Leta fluui⁹ circa Augustam ciuitatem effluens.
Lethes fluui⁹ est figmento poetarum apd̃ inferos fluens: & animab⁹ defunctorum potus præteritarum habet obliuionẽ inducere. Sane (ut aliquibus placet) omissis figmentis hic; fluuius in africa ẽ apd̃ extremũ syrtium cornu nõ longe ab cronice ciuitate. Veꝝ incolæ prisci fictiõe ducti prædicta arbitrant̃ eum ab inferis ĩ terras erumpeř.
Lethecus fluuius ẽ insulæ cretæ: sic dictus (ut placet aliquib⁹) eo q̄ pe nes eũ dicat̃ hermionã Martis & Veneris filiã Cadmi uiri oblitã.
Liber fluuius ẽ syriæ inferioris: haud longe a ciuitate Iopen.
Libeus fluuius minoris asiæ est: inter galatiam & bithyniã fluens.
Libius fluuius ẽ mauritaniæ: cui quondam fotos uel futh nomen erat ab adiacente prouincia. Verum ab uno filiorum Mersan: qui Libius uocatus est: postea sic dictus.
Licastris Coæ fluuius est: a quo & lica ciuitas nominata.
Liceos fluuius est in ora subiecta libano apud phœnices: haud longe ab oppido cui leonthos nomen est.
Licesius thraciæ fluuius est: cuius aquas (ut ferunt) si quis potauerit: ebrius efficitur.
Lycus asiæ fluuius est: q quidẽ ab origine sua lycus non dicitur: quin immo marsus fabulosis græcoꝝ carminib⁹ ĩclytus. Hic aũt e summo uertice mõtis Cilenæ urbis fundit̃: & in subiectã decidẽs petrã uasto cũ strepitu undaꝝ ᵭcidit: & suas tantũ undas euoluens cãpos liquid⁹ rigat appositos: & qa eius placidus est color: mariq; persimilis: fictiõi poeticæ locus adinuentus est. Ibidem. s. amore eius tractas consedisse nymphas: qui q̃ᵭiu intra mœnia ciuitatis labit̃: marsus ẽ: exiens ue/ro & maior factus lycus denoĩat⁹ ab ĩcolis: cui laodocia celeberrima ciuitas apposita ẽ: & ĩ heraclea & neopharia cæsarea: tãdẽ secundum quosdã in euphratẽ decurrit: secũdũ uero alios disterminata armenia minori ruit ĩ irim. Possibile tñ ut duo sint. Si un⁹ ẽ: seu un⁹ e duob⁹: memorabilis ẽ uictoria Anthiochi regis: & Itaclis parthoꝝ ducis cla de: nec min⁹ secũda Alexandri macedonis ĩ pſas gloria: & Darii r̃gis ignominiosa fuga: cũ apd̃ uicũ ĩter macedonas persasq; pugnatũ ẽ.
Lycus fluuius ẽ cypri Insulæ se fundens in mare syriacum.
Liger fluuius est: æquitanos a celtis diuidens: seu Bithuriges ab eduis a quo æquitana ᵭnominata est: eo q̄ suis obliquis aquis fere oẽꝫ ĩ cir cuitu cingat: & postremo ĩ oceanũ britannicũ euoluat̃.
Limira fluuius est post tauri promontoriũ: nostra contingens maria:

apud limiram defluens oppidum.
Limote' siciliæ fluuius.
Lynce' seu linchesti' fluuiu' mira insignitus uirtute. Nam si quis mi
nus moderate ex eius undis potauerit: nō aliter titubabit: q̃ si uinum
immoderate potasset.
Lineus fluuius ē in creta insula præter cortinam urbem effluens: per
quē aiunt europā a tauro Ioue fuisse portatā
Liparis ciliciæ fluuius mirabili proprietate noīatus. Asserunt enī na
tantes in eo: aut se lauantes non aliter ungi ab ipsa aqua: q̃ si oleo la/
uarentur ue l adipe
Liquentia fluuius est galliæ cisalpinæ: seu Venetiarum: ī padū seu in
adriaticum mare cadens.
Lirceus fluuius est œtholiæ.
garigliano Liris fluuius est minturnā coloniam cursu diuidens: q & glanicus ap/
pellat' ē: cuius ī ripa fuisse dicit̃ tēplū nymphæ maricæ minturnēsis.
Lisis fluuius ē asiæ: mandropo ciuitati propinquus.
Linternus cāpaniæ fluuius ē: haud longe a uulturno fluuio & oppido
Lithis fluuius ē asiæ: qui terras subit: & demū reddit̃ terris.
Lithos fluuius est phœnicum: haud longe a seleucia hipatho & beri/
tho ciuitatibus.
Litra fluuius est mauritaniæ atri coloris ex intimis exutisq̃ solitudini
bus torrente sole ꝓpinquo & plusq̃ ignito effluens.
Lixus mauritaniæ fluuius: a quo lixa ciuitas denoīata ē eiusdē regiōis
Lucta fluuius ē ruxultanoꝝ apud oceanum degentium.
Lunia fluuius hispaniæ: haud longe a gallitia & durio flumine.
Lurda fluui' est: ex tauro monte cadens.
Luno fluuius est mauritaniæ: propinquus gnacoloniæ atq̃ ꝓmonto/
rio apelusiæ.
Lupia fluuius ē cadens in rhenum.
Lusius archadiæ fluuius: quē penes diu ostēsum est sepulchrū Aescu
lapii assipi & Arsionæ filii: q primus alui purgationē: atq̃ dentis euul
sionem adinuenisse dicit̃.
m Acra fluuius ē in initio apænini fluens inter liguꝝ montes: &
demū penes lunā ciuitatē defluit in tyrrhenū.
Mageston fluuius ē asiæ: merrando seu lyco flumine susceptus iuxta
melicopolim.
Magrada cātabroꝝ fluuius est una cum suesa Trinobellontem cingēs
& decium.
Malua fluuius ē africæ diuidēs mauritaniā scythicensem a tingitana.
Madrageus scythaꝝ fluuius apud sagos populos.
Mandrus fluuius ē indiæ inter aremandros atq̃ Ianeos.

Maran fluuius est: penculis & liphorte oppidis propinquus.
Margus fluui⁹ est seleuciam currens: quæ prius Alexandria dicebatur ab Alexandro contra Parthiam condita: sed a Barbaris dirupta: & ab Antiocho Seleuci filio restaurata. Hūc aliqui apud dalmatas eē dicunt
Marsia fluuius est. Hic oritur haud lōge a fōtibus menādri: & currēs Apamiam diuidit: & inde tiborō in radice montis signiæ sitam circuit Deinde menandro mixtus icareum mare petit: in quo una fonduntur ambo & littore micaleo: & hoc secundum quosdam: qui uolunt hunc illum esse marsiam de quo fabula uetus extat: qui cum Apolline tibiis certauit: superatusq; atq; pelle nudatus in fluuiū sui nominis cōuers⁹ est. Alii uero dicunt marsiam fluuium in uertice montis supra Celenem ciuitatem irrigare: & exiens lycum uocari: eumq; lycum in irim mergi: seu binomius sit menāder: seu hic marsias: seu marsus ali⁹ sit a marsia: quod non credo: diuersitatis causam nec intelligo nec aduerto.
Mathis Dyrrhachii fluuius non longe a lysso.
Matrona fluuius est gallos a belgis diuidens.
Mazithis fluuius est ex caucaso monte cadens citra flumen syderi: ꝑpinquus hircano mari.
Meander fluuius in monte alotrine lacu oritur: & adeo dscendens sinuosis circunagitur flexib⁹: ut nōnunq̄ in fontem uideat̄ uelle reuerti: & Apameam primo irrigat regionem: inde moxeum regis olim midiæ: post hæc hyrgaleticos campos: & & ultimo cariam: omes fertilissimo limo fœcundans. Postremo apud urbem hippum haud longe a mileto ciuitate in icareum effluit mare. Alii sibi attribunnt eam originem quam supra marsiæ dscripsimus. Is quidem multos suscipit fluuios: eiusq; sunt margines cōspicui plurimū ciuitatum. Suscipit quidē marsiam: obriuiam atq; orbam: & alios. Insignitur magnesia ciuitate: Comene: Nihiliuia: Priēne & aliis. Aiunt insuper in eo nasci lapidē: quem per antiphrasim Euphronam uocant: quem si quis pectori alicuius alliget: in insaniam eum uertat adeo uehementem: ut aliquē ex ꝑpinquis occidat.
Brenta
Meduacus Venetorum fluuius
Melas boetiæ fluuius ē: mineruæ sacer: eo ꝙ oliuetis abundet. Hunc tñ aliqui uolunt athenaꝝ esse fluuium: cum ille sit moelus in sichinaꝝ finibus. Hic tamen melas eodem fonte cum cephiso exundans potos greges si albi sint: nigros facit: quom cephisus agat contrarium: & ex hoc nomē traxit. Nam melā græce nigrū sonat latine.
Melas fluuius ē chersonensi: a quo sinus: ī quē effluit melas: dicit̄.
Melas seu methas thessaliæ fluuius ī epydanum fluens.
Melena fluuius lysimachiæ ciuitati ꝑpinquus: quem puto idem cum

mela: quem in chersoneso diximus: & sic eundem arbitror cū melena in radicibus oetæ montis fluente: & si sic est: paruus est fluui⁹.
Mella galliæ fluuius ē: ea abundans herba: quæ ab eo uocitat̃ amella.
Melas fluuius ē pamphyliæ nauigabilis: apud quem bethires busiriq; incolunt: eum ciliciæ ueterem terminum dicunt.
Meles fluuius est in asia smyrnam circundans haud ꝓcul nascens ab ea: quem inter asiatica flumina præcipuum aiunt.
Melpes fluui⁹ buxentio oppido uicinus.
Menotaurus fluuius apud cautadas & opharitas gentes.]
Menuba hispaniæ fluuius apud caurasitas.
Menus germaniæ fluuius est: in quo sylurum aiunt piscem equos innantes deorsum trahere.
Merula fluuius propinquus albouintimilio oppido.
Mestus thraciæ fluuius: cui proximi habitāt bersi bossiq;: pagei montis radices ambiens.
Metaurus fluuius est umbriæ descendens in adriaticum sinum: haud longe a phanestri colonia uersus Senogalliam: clarus quippe uictoria Salinatoris Liuii: & Claudii Neronis consulibus: & clade atque cæde Hasdrubalis pœni ex hispania uenientis.
Meus fluuius est indorum sogdianorum.
Milā fluuius est siciliæ inter syracusas & leontinum fluens.
Milla fluuius est hispaniæ apud celticos: cui cognomen obliuionis attribuunt.
Mincius Venetiarum fluuius est: ex benaco lacu prodiens: qui exundans usq; mantuā labitur. Ibi aūt in circuitu ciuitatis altero lacu facto quom ex eo progredit̃: Mincii nomē assumit: & breui cursu in paduz mergit̃: & quom de se tenuis sit: adeo hymbribus augetur: ut asserāt nullum esse tam modici cursus: qui tantum usq; suscipiat incrementi. Equidem memorabilis Maronis Virgilii diuino carmine decantatus: & eius origine. Nam in ando uila eius in marginibus sita natum aiunt: haud plus. ii. m. pas. a mantua: uocant tamē hodie pietola: & gloriatur tanti uatis incolatu: ad cuius seruandam memoriā paruulo cumulo ei⁹ contiguo Virgilii montis imposuere nomen: asserentes ibidem agros fuisse suos.
Miniius fluuius est iuxta arinam in mare fluens.
Minio fluuius est Italiæ: haud longe a roma: & ceretæ ꝓpinquus.
Minius fluuius est hispaniæ a colore pigmenti: quo plurimum abūdat denominatus. Hic prope pyrenum nascit̃: & ab obuca ueniēs Leunos Seubros: Bractos & Augustā oppidum super gallicia irrigat: & mergitur oceano.
Mirsia fluuius est ultra aquilegiam in finibus Italiæ.

Misius fluuius ē plageæ:& sadacis paruis pelasgoꝝ coloniis:& olym/po monti propinquus.
Moadus hiberniæ fluuius:p concaniciam regionē currens.
Modarn' fluuius & hic ī hibernia ē:p chenelonia regionē currens.
Mœnis fluuius ē cadens in rhenum.
Morgus cisalpinæ galliæ fluuius in padū tendens.
Mosella fluuius est belgicæ:cuius in ripis treueris sedet ciuitas:& in rhenum influit.
Mosa fluuius est:ex uegeso monte funditur:qui ī finib' ligonum est: & recepta quadā parte rheni:quæ uocat' uasus:insulā facit batauroꝝ & idem mergitur oceano.
Muluca fluuius est numidiæ:olim dirimens Iugurtæ Bochiq; regna numidiam.s.a mauritania.
Musecros fluui' ē camari insulæ meridionalis.
Munda fluuius est hispaniæ:a quo oppidum denominatum est.Apud quem inter Iulium Cæsarem & Cn.Pompeiū magni filium clade Cnei ingens certamen commissum est.
Mutien fluuius ē apud cautadas & opharitas gentes.
n Abar fluuius ē inter Iocosium & rutisiam ciuitatē currens.
Nabarus fluuius nauium capax est:haud longe ab Alexandria a Leonato iussu Alexandri macedonis condita.
Nais fluuius ex tauro monte nascitur:& in pontum mergitur.
Nannasa fluui' ē apđ cātabros:auarigines:& orgenomes disterminās
Nar seu naria fluuuius est secundum quosdam sabinoꝝ:de fiscello de/fluens monte:&(ut quidam dicunt)ex naribus cuiusdam tauri hænei: & ideo nar dictus ē.Alii dicunt eum umbrioꝝ fluuium:uicini sunt sa bini & umbri:Difficile forsan terminos distinguere ueteres:Sulphu/reis præterea miscet' aquis:& ideo plurimum a ueterib' cognominat' sulphure':& sub Narina ciuitate ab eo đnominata fluens in tyberim labitur.
Nar fluuius ē alter a superiori:qui a Danubio uidetur deriuari:& de scendere inter phileos & liburnos.
Narane fluui' ē dalmatiæ:ab epidauro colonia ñ distās āpli'.c.m.p.
Natabur fluuius ē apud garamantes capsado oppido propinquus.
Natisus fluuius est Venetiarum Aquilegiæ ciuitati uicin'.
Nauia fluuius est apud cantabros inter Albiones & barthos.
Nauportus fluuius est oriens inter Emoniam & alpes.
Nebis hispaniæ fluuius apđ celtas.
Neetus Italiæ fluuius ē:haud lōge a crotone oppido effluens.
Nele' fluui' ē ī euia:ex cui' aqua si potēt albæ oues:nigræ efficiūt': quom nigræ efficiāt' albæ:si ex cherio eiusdē ꝓuinciæ fluie potent.

Neoris fluuius est albaniæ tasiæ regionis.
Nesestenes fluuius ē sub caucaso mōte: sigotoni occurrens flumini.
Neston thraciæ fluui' ē a Strimona fluens secus Abderem ciuitatē: ubi quōdam Diomedes equis hospites suos dabat ī cibū.
Niagoras phœnicū fluuius est ī ora libano mōti subiecta.
Nidam fluuius ē indiæ.
Niennia fluuius ē æquitaniæ.
Niger fluui' est in ter carilas æthyopes & getuliam ciuitatem omneꝫ atqꝫ æthyopiam ab africa diuidit: eum autem patrem nili putāt: eo ꝙ eodem tempore augeatur atqꝫ decrescat: quom eadem animalia gignat & nutriat: & calamum & papirum: & ideo statim de eo paulo post ubi de nilo.
Nilus totius orbis permaximus fluuius arbitraᵗ. Huic secūdū quosdam latine nomē est melo. Alii dicunt hunc esse quem theologi Geon nūcupant: & ex paradiso delitiarum effluere. Incolæ nilum uocant pp limum: quem trahit: & eo ægyptia arua fœcundat: cuius tam grandis est copia: ut etiam sint qui arbitrentur ab hoc pharon insulam a cō tinenti longo tractu distantem: eo aucto iamdiu fuisse coniunctam. Sꝫ nominis quæstio minor ē. Hic ut ab aliquo termino eius ad ægyptios progressus sumamus initium e nigro flumine: de quo supra: quem accolæ nili patrem dicunt nondum nilus uocatus rapido ueniens cursu Africam omnem ab æthyopia separat: & plurimas atqꝫ prægrandes insulas faciens uenit ad eam clarissimam Meroem a dextris eius nominatus Astusapes: quod idem sonat quod latens. A leua uero uocatur Astobores: ex quo intelligitur e tenebris ueniens: quam postq̄ relinquit aliquandiu: nōgiris ab aliquibus appellatur: ab ægyptiis uero homo. A quibusdam Tricon. Et partim asper: partimqꝫ nauigia deferēs in amplissimum effunditur lacum. Ex quo rapido sese proripiens impetu alteram insulam: quam Talensium uocitant: amplectitur: & uariis incitatus irritamentis montium coarctatur rupibus: ex quo torrentior factus ad eum æthyop um locum deueniens: qui Cattaduppa uocatur tam uiolenter inter obuios scopulos suo impellitur impetu: ut uasto aquarum se frangentium rumore incolarum aures in surditatem usqꝫ lædat. Existimatur & adhuc atrox: spumansqꝫ amplo gurgite ad elephantilem usqꝫ ciuitatem Aegyptiam euoluitur. Hinc lenis uiolentia posita placidus ac nauigabilis efficitur. Et primo circa Cercasorum oppidum incipit esse triplex. Cuius pars una ad deletam: & meliam declinans iterum separatur: & sic diuisus atqꝫ uagus: aliis etiam alueis uarie separatis in septem postremo totus diuisus partibus omnem Aegyptum irrigat annuo incremento: & demum ægyptio mari per septem ingentia miscetur hostia. Quorum primum quod in Syriam

uersum est Pelusion appellatur. Secundum Tananticon seu Patameti/
cō uocitatur. Tertium autem mendisiacum uel mendesion. Quartum
Factamicien uel Cataptistum nominant. Quintum autem Sceueniti/
cum. Sextum uoluptionem clamitant, uel uolbitium. Septimum ulti/
mum canopon: a Menelai gubernatore nauis ibidem tumulato deno/
minatum. Sed postquam de eius progressu aliqua dicta sunt: quid de
origine eius opinati sunt ueteres aduertendum est: & ueritate sacraruꝫ
litterarum præposita: in quibus legitur eum ex paradiso delitiarum ꝓ
cedere sub nomine geon: de quo supra. Sunt qui uulgatiori adhærent
opinioni: qua creditur huius omnino ignorari principium: ī cuius cre
dulitatis confirmationem dicunt quosdam a Nerone Cæsare missos
ad huius fluminis caput inuestigandum rettulisse post lōgum a se per/
actum iter æthyopiæ regis auxilio atqꝫ consilio ad ulteriores đuenisse
reges: quorum opera se eo usqꝫ fuisse perductos: ut immensas reperi
rent paludes: quarum exitum nemo: nec incolæ nouerant: aut sperare
poterant. Erant enim aquæ adeo herbis implicitæ: ut nec expeditus
homo: nedum nauigium penetrare posse uideretur: nisi quod paruum
esset: & unius tantum capax: infra quam non absqꝫ graui difficultate
progressos se referebant: petras uidisse duas: ex quibus uis ingens flu
minis emanabat. Vtrum hoc eēt initiū: an ex patentibꝰ terris accessio
aliunde foret: non satis certum firmantes: quom ad ulteriora procede
re nequiuissent. Alii uero sunt aliter sentientes: sed iudicio meo ma/
gis cōiecturis q̄ꝫ experientia certa se aduenisse Nili fontem testari ui
dentur: aientes in mōte inferioris mauritaniæ haud procul ab oceano
lacum esse stagnantem: quem uocant incolæ nulidum: in quo pisces
alabetæ: coratini: siluri: ac etiam crocodilli reperiūtur: & squalentibꝰ
niuibus lacum excrescere: ex quo quia hæc eadem piscium genera Ni
lus alit: lacum hunc nili cōiecturantur initium sumentes ex progressu
aquarum lacus aliquale etiam argumētum: dicētes ex hoc lacu primo
perfusum nilum per harenosa & squalentia loca: quasi dedignet excur
rere hiatu terræ comperto sese condere: & aliquot dierum itinere inui
sum se ferri. Mox apud masillos mauritaniæ cæsariensis populos ī am
pliorem lacum prosilientem fundi: cuius rei argumentum: ꝙ idem sit
qui se merserat: nihil aliud restat: præter ꝙ eadem animalia is secūdꝰ
quæ prior gignat: & nutriat. Demū iterum ab harenis receptus abscō
ditur: nec apparet ante q̄ꝫ excursis uiginti dierum itineribus per đser
ta atqꝫ inaccessa loca: ubi primum quasi habitantes homines senserit:
erumpit in terras iterum: & ex eo fonte prosilit: quem nigrum uocaue
re: exinde palam ꝓcedens ad exitum usqꝫ, ꝓut supra demonstratū est.
Nōnulli putāt eū ex fōte quodā ꝓdire: q apđ hesperos æthyopas ē:

ab incolis aliter pyrum seu prium appellatus. Et huius nullū aliud ex/
tat argumentū: nisi q quom alia flumina: quæ ea ī regiōe oriunt: oīa
in oceanū tendant: & is solus ex fonte iam dicto procedens Mœdiam
capiens regionem tendit in orientem: Nutriatq; & gignat esto minora
ea animantia: quæ nutrit & nilus. Afferunt tamen quonā exeat: sed cō
iecturis eundem esse percipere uolunt. Et alii nō in occiduum nasci ni
lum: sed in littore rubri maris emergere: loco ubi dicitur mossilone:
& in occasum profluere usq; in insulam: quam meroē desuper nomina
uimus. Demum in septentrionem flecti pluribus auctus incrementis:
& ægypti æquora subintrare. Ego quidem quod a primis dictum est:
nulla scilicet ratione compertum ex quibus erumpat fontib' arbitror
quom Cæsarem dictatorem talium indagatorem egregium originis hu
ius legamus incertum. Sed de accidentib' pauca superextant. Scripse
re igitur ueteres hunc esse siluarum altorem permaximum: & beluarū
immanium productorem: & crocodilorum & hippotamorum: & alio/
rum similium. Præterea calami atq; papiri: & agrorum fœcundatorē
inclytū suis annuis incrementis: q̄ fieri contingit utplurimum tenente
sole leonis finem: & ad medium usq; uirginis augeri: demum dclinare
& in ripas reuocare aquas incipere: donec sol uirginis in finem: uel li
bræ principium uenerit: & tunc totum infra ueterem alueum cōtineri
Cui' excrementi causas multiplices ostēdere antiqtas conata ē: quas
qa minus huic operi cōueniunt: apposuisse superfluū ratus sum. Hoc
tamen omisisse nolim. Habent locis accolæ passim per oppida erectas
columnas: in quibus incrementorum uarietates signis notatæ sunt: p
quæ optime futuri temporis abundantiam atq; penuriam frumentorū
uaticinantur secundum maius & minus increm entum. Afferunt insu
per aliqui fluminis huius aquas talis esse uirtutis: ut non solum fœcun
das faciat mulieres: sed quæ diu uidebantur sterilitati damnatæ ad cō
ceptum harum beneficio relaxentur: efficianturq; fœcundæ. Et hæc
de nilo dixisse satis sit.

Niphates (ut quidam dicunt) fluuius ē mœdorū: alii uero parthorū: &
nōnulli armeniorū: cū sint q illū afferunt eē scytharū. Cadit. n. e mōte
niphate: cursui cuius possunt adeo prædictæ gentes esse dispositæ:
ut possint ad omnes aliqñ puenire: & sic omniū eē.

Nipheu' Italiæ fluui' ē: haud longe ab astura uolscorū.

Nini' fluui' est Museo propinquus.

Nognis colchorū est fluui' inter Emochianos atq; putelzos.

Nonimbar' fluui' est propinquus Seleuciæ: quæ calicadmo super/
eminet flumini.

Nouanius fluuius est trans apæninū conditionis inauditæ. Nā quom

in agro sit pitiniate æstiuis solstitiis omnibus pleno effluit alueo:bru
ma autem siccat.
Nourgiris fluuius ē æthyopum.Hic aliqua in parte nilus ē:ut paulo
ante aduerti pōt.
Nubis fluuius est nauigabilis:cui propinqui habitant alontigi:atque
cælistotigi.
Nundiana fluuius ē apud nouium.
Numicius seu numicus fluuius ē laurentis agri:ī quo uolunt quidam
Aeneam troianū cecidisse:& ex eius alueo sublatū corpus cōsecratū
fuisse:ex quo qdē flumine solo ueteres cōsueuere in sacris Vestæ liba
re.Sane hic fluuius(ut quidā uolūt)hodie nō est.Nū paulatim decre-
scens primo ī fontē redactus ē.Demū & fons ipse exaruit:& sic q plu
rimū Maronis carmine:& alioꝝ latinoꝝ poetaꝝ celebris factus ē:de
uenit ad nihilū.
Nuthul fluuius ē æthyopiæ:aiunt aliq sic nilū aliqua ī parte uocari.
O Axis siue oxus fluuius ē ex oaxo lacu oriens:p dserta scythiæ
ex regionibus surdianoꝝ alioꝝ suffragio grandis ab oriente ue
niens aliquandiu ī occasum impellit.Post hæc iuxta dacas flectit:& ī
septētrionē uersus iter ad Mardos & pesicasos illi aperit:& limo plu
rimo semper turbidus in scythicum oceanum in grandi multitudine
aurea deferens frusta(ut asserunt quidam)labit.Huius qdē ripas inco
lūt dribices:bactriani:& Exostastæ.
Oaxes(ut placet aliquibus)fluuius alter a superiori ē:& p insulā Cre
tæ fert:& ab eo ciuitas oaxia nuncupat.Veꝝ timeo ne decipiantur ta
les Virgilii carmine:ut dicit.Pars scythiam & rapidū cretæ ueniemus
oaxem:quom ibi cretæ nomē nō ponat ꝓ insula:sed pro limo:quem
semper secū trahit oaxes.
Obrinia fluuius ē tyboroni ciuitati sitæ in radicibus insigniæ montis
proximus:in menandꝝ flnuium cadens.
Ocazane fluuius ē conterminus albanis:& hybero atq; tyro flumini
bus uicinus.
Ocean⁹ fluui⁹ ē(ut qdā uolūt)in extremo occidēte.Ego qdē īspecta
Homeri littera & mō loquēdi:ñ credo fluuiū:sꝫ ipꝫ mare oceanū.
Octarius fluuius ē scythaꝝ:transiens p canticos & sapheos.
Ocus fluuius indiæ apud sogdianos.
Odesus fluuius ē macedoniæ apđ mēlesios haud longe a dionysiopoli
Odona fluuius ē indoꝝ:ī oceanū tēdens:cuius ī ripis aiunt oriri arun
dines tantæ magnitudinis:ut uix unā.xxx.possint hoīes ferre.
Oeagrius fluuius ē:quē aiunt Orphei uatis patrē.Ex eo qdē quom in
thracia sit:hebrum nasci dicūt.
Opharus fluuius ē apđ cātabros & opharitas ī langoū fluuiū fluens.

Ollius flluuius ē galliæ cisalpinæ ex sebino lacu manans in padum.
Otonus fluuius ē thessaliæ.
Opadrus fluuius ē ꝓpe bactros.
Ormigus fluuius ē poetis sacer: cygnis abundans: boetiæ ꝓximus.
Oratus fluuius ē persas ab elymade diuidens.
Orba fluuius ē haud lōge a tyborone oppido ī radicibus signiæ montis sito: in menandrꝝ fluuium emergens.
Orcon fluui⁹ ē thessaliæ ī peneū defluens amnē: quē penes quom purissimus sit: eū nō sinit suis aquis misceri: qnimmo desup fert nō aliter q̄ʒ si eēt oleū: nec ēt hoc modo diu patit̄: & eū ab se abdicat. Aiūt enī ex infernorꝝ dite genitas has esse aquas: & ideo flumini nomē īpositū coueniens undis.
Orcatia fluuius ē cōfinio persarꝝ tantū limi ɖferēs una cū brixa eiusdem regionis fluuio: ut cœno inaccessibilem faciant persidem ex parte illa.
Oretus siciliæ fluui⁹ ē apɖ panormū.
Origeus fluuius ē Carmoniæ: hircanis portuosus: & auro fertilis.
Ornadus fluuius ē (ut ego arbitror) armeniæ. Nā non multum distare uidet̄ a tygri.
Orodius fluuius ē post olympū montem: qui misius dicitur: olympenæ ciuitati propinquus.
Oron fluuius ē haud longe a memphi ciuitate ægyptiorꝝ.
Orontes fluuius ē syriæ ex libano profluens iuxta Eliopolim oppidū Alii uero dicūt ꝙ ex casio mōte ei supereminēte nascat̄. Anthiochiā epiphanē cognominatā prætefluit.
Ortorogœra fluui⁹ ē aquilonaris apɖ mōtanos paropanisadas: & hircanos scythas effluens ī oceanū suscipit̄: & īcipit ab eius hostio oceanus sericus.
Orsinus fluuius ē Menandro ꝓpinquus: una secū circuncurrens Anthiochiam Simecos Cranaosqꝫ oppida.
Oscorus scytharꝝ ē fluuius.
Osphag⁹ fluuius ē græciæ haud lōge ab apollonia uersus macedoniā.
Ossigitanus fluuius ē hispaniæ: & in bethim fluuium effluit.
Ostata seu osta britāniæ fluui⁹ ē: cui supeminet Clamargātia ciuitas.
Ostura fluuius ē hispaniæ: circa quē astures mōtibus siluisqꝫ circunsepti habitant a flumine nuncupati.
Otelecanticus fluuius ē īter misiam & troadē illas disterminans.

p Actol⁹ fluui⁹ ē Lydiæ aureis harenis smyrneos irrigans agros quæ qdem uetustate fabulæ īuenere locū: scilicet ī eo Midā regē: q a Baccho īpetrauerat: ut qcquid tāgeret aurꝝ fieret.

Pachisos fluuius ē siciliæ ciuilis sanguinis notatus infamia. Nam apđ eū Sextus Pompeius Pompeii magni filius occisus ē.
Padus fluuius ē galliæ cisalpinæ totius Italiæ maximus: qui quidē in cælsissimo Vesuli montis cacumine in finibus ligurum gabienorum ex pseudo funditur monte: seq; condens cuniculo in agro foro iuliensiū iterum uenit in lucem. Alii dicunt in infimis radicibus Vesuli oriatur: & inter Naburnos & Mantuanos arripiat primo cursum. Sed quali/tercunq; sit: e gremio Vesuli montis fusus primo tenuis incipit iter: demum fluminibus auctus: placido tamen incessu taurinorum augu/stam linquit a dextris: & Placentiam Romanorum coloniam atq; Par mam: Regium: Lepidum Mutinamq;: & uetustissimam cum aliis ꝑplu ribus Rauennam. A sinistris angustam prætoriam cuciam: Ticinum: Mediolanum: Laudum Pompeii: Veronam: Mantuam: Vicentiam: & paulo longius Patauium. Et susceptis triginta fluminibus tam ex al pibus sinistris q̄ e dextris ex apænnino cadentibus) ut scripsere qui/dam) septem hostiis adriatico miscetur sinu. Quæ distinxisse forsan erit accommodum. Is igitur turbulentus accedens utplurimum & inci pientibus squalere niuibus aprili & maio mensibus: uix sese infra al/ueum aggeribus hinc inde coactus relicto Veronensi agro bipartitur: & duo de se grandia facit flumina: quorum quod a dextris labitur in/uento a sinistris insigni oppido: quod olim phorū alieni uocauere ue teres: hodierni uero uocant Ferrariam: iterum in duos diuiditur flu uios. Qui a dextris est recto tramite Rauennā petit: & fere usq; Mu tinam: & inde aliquantisper usq; Imolam maximis factis paludibus: & aliquibus susceptis fluminibus haud longe a Rauenna ingreditur mare: hoc hostio portus magnitudinē faciens: adeo ut Claudius Cæ sar ex britannis triumphaturus adriaticū per illud intrauerit: non so lū ingenti nauigio sed prægrandi palatio spectantiū illud iudicio. Hoc prisci dixere Vatrenū: quom ante eridanū hostiū dictū sit: nnulli spi netiē uocauere a spina ciuitate inclyta: quam a Diomede conditam ex delphicis thesauris creditū est hostio propinqua: ex qua hodie nullū extat uestigiū: & nominis fama perdita est. Vatrenū autē dictum est: eo q̄ Vatrenus fluuius a foro Corneliensi ueniens: quem quidam ho die uocari santernum existimant: pado ibidē miscetur. Hoc tamē ho die primarum uocant incolæ: quasi primum & inter alia præcipuum. Ea uero pars quæ sub oppido ferrariensi diuisa diffunditur multas fa ciens insulas: quas polysenos uocant īdigenæ siluis plenas & accolis: postq̄ aliquandiu delapsa ē pro parte: stagnū intrat ingens: quod ēt in mare effunditur: secundum fluuius faciens hostiū: qđ olim capsiæ dictum est. Nostro autem æuo (ut nōnulli existimant) uulgo dicitur

mangiauacca. Reliquum aũt quod fluuii more effluit tertium facit ho
stium: quod uocauere ueteres & moderni Volanum seu uolane: ante
tamen colane dictum. Id uero flumen quod diuisum sub agro Vero/
nensi diximus in sinistram descendere: esto sinistrorsum maximas im/
pleat paludes: recto tamẽ cursu mari se miscens hostiũ facit quartũ:
cui philastena fuisse nomẽ aliqui arbitrantur: quom hodie uulgo uoce
tur Codigore idiomate incolaꝶ. Verum reliqua tria hostia: quibus car
bonaria fossiones & philisterna(ut placet aliis)uocata sunt: & sic quar
ti hostii uetus nomẽ perditum plena uidentur: quom a partibus ꝑ pa
ludes emissis ab eo: qđ ab agro ueronensi diuisum ueniebant: nasce/
rentur. Repletionis autem causa fossa ĩ transuersum ducta ad impetũ
fluminis moderandum uidetur: quam autem fossam assagi fecere tusci
quorum adria fuit colonia: & ex transuerso adrianorum paludum: q̃
septem maria uocabantur deduxere. Quam ob causam sunt qui uelint
apud brundullum effundi quicquid ex pado obturatis effudebatur ho/
stiis: quod ego nec credere nec firmarẽ audeo: quom & athesis & brin/
ta fllumina paludes augeant: & per medias sub Laureto uico athesis
in adriaticum pleno penetret alueo. His tamen omnibus remittit in
adriaticum multa ex ubertate gallorum nauigiis: & multa usque etiam
in taurinos ex adriatico sinu nauigiis peregrina suscipit maxĩo incola/
rum atq; negotiatorum commodo. Volunt quidam hunc tam impe/
tuoso cursu ex uno hostiorum effluere: ut impetum seruet: donec ad
Istrum ab opposito Istriæ littore æque impetuose ruentem deuenerit:
eiq; misceatur in mari: & sic per adriatici sinus ubiq; dulcis aquæ hau
stum nautis præbeat: quod ego ridiculum puto: quom nec Ister acce/
dat: nec procedat purus tam diu Padus. Hunc græci Eridanum uoca/
uere a Phoetontis solis filii casu: ut iam supra: ubi đ Eridano satis ple
ne dictum est. Padus autem quom Italos pudeat utplurimum suis re/
bus a græcis mutuasse nomina: dictus est: eo ꝙ circa fontem eius ar
bores abundent picem sudantes: quas galli padi uocant: & sic ab illis
oriens nomen adeptus est. Ligurum uero lingua nõ padus: sed bodui/
gus appellatus ẽ: quod sonat fundo carens. Cui rei argumentum est
oppidum penes eũ: & potissime ubi fluminis incipit altitudo uetusto
nomine boduigomadũ appellatũ.

Padusa fluuius est: quem aiunt padi brachium quoddam Rauennam
usq; perductũ: Massanicum alio nomine appellatum. Quem ego flu/
uium non existimo: sed fossam potius: qua a flumine nauigia traheren
tur ad urbem.

Paneius fluuius ẽ colchoꝶ: cui oppidũ imminet sui nominis: habens
post se bemocoꝶ multimodas gentes.

Pamisus seu panisus fluuius est achaiæ: in asmeo fluens sinu.
Panisis fluuius ē scytharū: haud lōge a stagno dueltono & bosphoro.
Pantanus fluui' portuosus ē: ꝓpinquus promontorio gargani mōtis.
Pantagia fluuius ē siciliæ pontagius ante dictus: uicinus megarensib' atq; syracusanis sic denoīatus: eo ꝙ fluens per omnem audiretur in/sulam: cui silētium dicūt a Cærere dum Proserpinam quæreret offen sa sono fuisse impositum.
Panus ponti fluuius est.
Paradisus fluui' est ciliciæ.
Parapanisus seu propanisus fluui' est scytharū glacie duratus plurima & in septentrionalem emergens oceanū: quem incolæ almatiū uocāt: quod latine congelatū sonat: seu secundū Cymbros Mormorusa: qđ mortuum mare sonat.
Parteius armeniæ fluuius ē: in tygrim effluens.
Parthenius fluuius ē paphlagonū: haud longe a Carambi ꝓmontorio paphlagonū & urbes Sesamū & crominū: ī pontū sese mergēs.
Parma fluuius ē galliæ cisalpinæ: parmam ciuitatē ab apænino ueniēs diuidens: & in padū cadens.
Patiris fluuius ē garamiti sinu: propinquus pontico & nauaro atq; cor tinæ oppidis.
Peneus fluuius est thessaliæ: plurimū poetarū carminibus celebratus: hūc qdam dicūt casu exortū: scilicet cū ossa mons thessaliæ ab olym po monte agente terræmotu separaret: primo terras erupisse: & palu des quibus laborabat thessalia exhausisse. Alii dicūt ꝙ a Pindo funda tur monte: sed iuxta Gomphos oriri: qui clarissimus effluens undis Orcon: seu secūdum alios himerton turpissimis sese undis misceri co nantem spernit: illasq; ad instar olei aliquandiu quasi natantes uehit: demū a se repellit. Et quom stygi & īferorum paludi aquas suministra re ueteres dixerint: arbitror has orconis undas alicubi in progressu tanquam leuiores hyatu reperto mergi: quom omnes asserentes inue niam: eum illas diu nō ferre. Is igit' per nemorosa conuallia defluens quingentis stadiis nauigia defert. Inter quæ famosissimus locus ē: quē tempe uocauere prisci. v. mil. pass. in longitudinem tendens: arboribus se in cælum attollentibus ab utraq; ripa: & iuga montium uisum ho minum excedentia umbram præbent placidā: & gramine uestitis mar ginibus inter sonoros calculos labens canoro auiū cocentu lætior ui detur incedere. Esto nōnū ꝙ exhalet fumos: & nubila cōdat: & ingen ti sono adiacentia cuncta cōcutiat. Tandem apertiori sub cælo fluens a magnesia macedoniam dirimit: & in termū effluit sinum. Insignis fa bula natæ Daphnis quam a Phœbo dilectam aiunt: & in laurū uersam eo ꝙ lauris eius abundent ripæ.

Peonius fluuius est thessaliæ.
Permesus fluuius est boetiæ: ex helicõe mõte dclinans: poetis grat⁹.
Persus indorum fluuius est nauigabilis: in cambirum suarorum fluuiũ cadens
Pingus mesiæ fluuius.
Piles tusciæ fluuius apud populoniã uetustũ oppidũ atq; deletum.
Pinarus fluuius est ciliciæ sub amano effluens monte.
Pira fluui⁹ ẽ ĩ finib⁹ histrorꝝ Callipidas asiaticasq; ab eis disterminãs
Piradas seu piratidas fluuius ẽ selimbriæ oppido atq; bithyniæ flumini uicinus. Arbitror hũc haud lõge a bizantio fluere.
Piramus fluuius ẽ ciliciæ: cui Mopsos oppidũ supra impositũ in Cilicum effluit mare apd Ammodem promontoriũ.
Pisaurus fluuius ẽ cisalpinæ galliæ: seu potius piceni: a quo ciuitas pisaurũ ei super imposita denoĩata est: ĩ adriaticũ fluit.
Pitormus Marsorꝝ fluuius est: cursu uolucri uectus per fucinum lacũ absq; mixtione aquarꝝ transit.
Pixurates fluuius ẽ orientalis sub radicibus montis Capõte supra Cimarã ciuitatẽ fluit: quẽ aiunt uocari postea Euphratem.
Plabes fluui⁹ Venetorꝝ est inter forꝝ Iulii & Taruisium ciuitatem.
Plemirus fluuius est apd orthygiam insulã: ĩ cõspectu siciliæ.
Poagrius fluuius ẽ in ora Locrorꝝ iuxta marattoniũ ĩ mare fert.
Polesimundus fluuius ẽ in taprobane insula orientali effluens e stagno cui Magiba nomẽ: & iuxta oppidũ eiusdẽ nominis currens tribus alueis oceano miscet.
Policarmus fluuius ẽ: ĩ quo(ut ferunt)gignit herba cõferens plurimũ ad cæcitatis ægritudinẽ remouendã.
Politimetũ flumẽ est apd Sogodianos in india per amplas solitudines ripis tenui coactus alueo uagans: & cõperta cauerna quasi cælũ horreat: fugit: & mergit: eiusq; cursum aquæ labentis sono uolentib⁹ notum facit. Præterea & inditio alio. Nã quom areat solum undiq; id qd cursui superpositũ est humore semp aliquo desudat.
Ponanus indorꝝ fluuius ẽ nauigabilis: pandorꝝ fluens in finibus.
Ponthus flunius est inter scythos mœdos per terrã thraciã nuncupatam: (ut aiunt)labit: ex quo sumuntur lapides miræ operationis. Igne qdem uti ligna cremantur: quos si percusseris extingunt facile: si aqua perfuderis in maius excitant incendium: tetrum habẽtes odorẽ assalto persimilem: adeoq; abominandũ: ut nulla sit auis aut serpentũ species: q̃ his ardentibus loco possit ꝓpinqua consistere.
Potamia fluuius misiæ: p mediã Martianopolim fluens ciuitatẽ: quã qde Traianus Cæsar amore sororis Martiæ cõstruxit & nomĩauit.
Potercus fluuius est in insula cretæ: inter gnoson & gortinam dfluens

ciuitates.
Prinas fluuius est indiæ: apud quem Actocaligæ in gangem fluit.
Proptasia fluuius est: haud longe a dorigene ciuitate indiæ.
r Acinus fluuius est aut persarum aut persis propinquus.
Ramnus fluuius indiæ est nauigabilis: in gangem defluens.
Rebas fluuius est: quem aliqui fessum dixerunt Bosphori faucibus proximus.
Reganus fluuius est turingorum: & i danubiū fert.
Rhenus fluui' est ex lepontiis: qui alpes incolūt: oritur existentibus Vemionensibus atq; sarmetis origini suæ propinquus. Hic paruo adhuc effusus cursu duos facit lacus: uenetum scilicet & acronū. Mox i unū ex eis redactus alueum per fines nantuantium heleuciorum: sequanorum: mediomatricum: tributiorum: atq; treuerorum uelox effertur: ac postq̄ propinquat oceano multis iam susceptis fluminibus i plures diffusus partes: multas facit insulas: quas olim barbaræ nationes incoluere: ex quibus & ii qui piscib' ouisq; auium nutriunt: fuere. Ex his tamen nobilior bachanorum insula fertur inter helenium ac fleuum, flu minis hostia sane late reddentibus ripis ingentem facit lacū. Fleuo dictus ubi campos inundauit: & eiusdem nominis insulam amplexus ē. In occiduum uero in amnem mosam se fundit: & post insulam fleuo dato multis alueis oceanum petat: suo tamen nomini tenuem seruat: per quem cū cæteris miscet oceano gloriæ Iulii Cæsaris dictatoris: a quo primo pōte superatus est testis perpetuus.
Rhenus fluuius galliæ cisalpinæ bononiā latinorum coloniam i agro tuscorum positam: matremq; inclytam studiorum radens.
Rexinis fluuius germaniæ est: i oceanū effluens.
Ridagius fluui' est hircaniæ grandis: zobetem suscipiens amplissimū fluuium.
Rindaces fluuius ē minoris asiæ: post olympum mōtē: quē Misium uocant incolæ: ultra quem fluuium Dasali & Mistella a colophoniis collocata. Circa autem ripas eius immanes nascunt angues: nō quidē magnitudine corporis sed proprietate uirtutis. Nam sole feruēte oēs in eius mergunt alueum: & frigefacti emergunt: & hiatu patulo ꝓspectantes in altum superuolantes aues etiā si altissimæ sint: & perniciter ferant: quasi unco tractæ e uestigio decidūt: & absorbent ab eis.
Rinotorus fluuius est ægypti: qui a sacris litteris torrens aliquando uocatur.
Risaste fluuius est in ponto: haud longe ab Anthio oppido: cui postea Apollonia dictum est.
Risus fluuius fuit olim troiæ ꝓpinquus: ex quo nūc (ut quidā ferunt) nullum extat uestigium: quom ante ex ida monte defluens per septem

uada ferretur in mare.
Rhodanus fluuius est galliæ: a rhodano oppido rhodiorum præter quod fluit denominatum. Hic uero ab alpibus oritur: haud longe a fontibus Danubii atque rheni: & citato descendens cursu: per lemanum lacum impetum seruans effertur: integerque exiens in occiduum gallias aliquandiu diri mens: tardumque Ararim deferens: labitur tandem in meridiem flexus suscep tis Isara atque Druentia nonminus se uelocibus inter uolcas & cauates apud heracleam oppidum uno hostio & paulo ulterius duobus aliis in tyrrhenum mare impetuosissimus diffundit. Ex his hostiis unum dicitur hi spaniense: aliud merapinum: tertium uero quod amplissimum est Massilioticum uocauere priores. Insignis quidem non solum magnificis euentibus: quos se penes iamdudum uidisse potuit. Sed a uinione sibi super imposita ciuita te babyloniæ noua: apud quam & summus pontifex sacrumque fratrum eius collegium humana atque diuina tractantes: & cernere & exorcismos audi re potest: potuitque iamdiu.
Rhodius fluuius est troianus ex ida defluens monte: ex quo nedum aquæ sed nec quorsum effluxerit etiam a perquirentibus inueniri potest.
Roda indiæ fluuius est.
Rhodæ fluuius est scytharum apud crobisgos effluens.
Rubicon fluuius est: ubi quondam Italiæ prouincia inter Ariminum & Rauennam a prouincia galliæ cisalpinæ a Romanis ducibus separatur: paruus quidem e uicinis montibus in adriaticum effluit: hodie uocatur ab incolis pisciatello: uix cognitus.
Rubriacus seu rubricatus fluuius est hispaniæ apud hylergotas seu littore bargionis: inter suber & colobim fluens.
Rutuba fluuius est secundum quosdam ex apænino in tyberim fluuium defluens. Alii uidentur eum dicere propinquum oppido Albouitimilio quod propinquum reor promontorio monico in finibus ligurum.

s Abaris calabriæ fluuius apud ciuitatem Turii: cuius aquæ (ut ferunt) nigredinem bobus atque pecudibus potæ afferunt: ubi Cataris ei propinquus affert albedinem: quod & incolæ testantur. Nam qui sabariam inco lunt: & crispos habent crines: & fusci coloris sunt. Qui uero Catarim candidiores sunt & coma porrecta.
Sabi fluuius est in ora carmeniæ: a quo colli uineas agrosque incipiunt.
Sabim fluuius est normorum.
Sabrus fluuius est inter histrum & nauportum.
Sabaris fluuius est britanniæ: a quo Sabro quondam in eodem demerso iussu Gontolcenæ cuiusdam britannicis imperantis denominatus.
Sagaram calabriæ fluuius est: uictoria Locrensium & Crotonensium clade memorabilis.
Sala fluuius est mauritaniæ: cui & Sala oppidum superimpositum est: a

Razalma

quo per Auctolorum gentes ī atlanticas solitudines deuenerūt.
Sala germaniæ fluui' Salabas diuidens a toringis.
Salia hispaniæ fluuius est.
Salsus hispaniæ fluuius est haud longe a Corduba.
Samarius hiberniæ fluuius est per chenelcunniliam effluens regionē.
Sandis Persarum fluuius est setis per Carmanianum defluens.
Sanga Cantabrorum est fluuius.
Sangarius fluuius est ex adoreo oriēs mōte: & p hircanos phrygesq; decurrens aureis harenis grādis quidem susceptus a gallo & tymbro seu timbrogio: & medius fere inter ponticum & cilicum mare haud lō ge a troia in propontidem labitur. hunc quidam Corialum uocauerūt cui superi ncidit egradium ciuitas olim regia Midæ: & castellum Bere cyntium: & ab eo incipiunt mariandri.
Sanguinus fluuius est ex apœnino inter sulmonē & uulturnū fluens: ad ultimum uulturno infunditur.
Sapis fluuius est galliæ cisalpinæ Cesennam ciuitatē subter labēs: & ī adriaticum sese fundens.
Sardana fluuius ē Mauritaniæ: Trinico atq; tigrani ciuitatib' uicin'
Sarmaticus fluuius est apud Sarmatas in oceanum fluens: & ab eo ma re Sarmaticum est.
Saron fluuius est ultra taurum montem: insignis heraclii imperatoris uictoria: & Cosdroæ regis Persarum clade.
Sarnus fluuius est campaniæ: ex apœnino in Capream īsulā tēdente pluribus in locis uasto saxei montis murmure funditur: adeo abunde ut nō āte exierit: q̃ amplissimas paludes fecerit īcol' nebulis: quib' sēper abundant īfestans nimium: ex quibus tandē in alueum coactus Pompeianum sub uesubio monte irrigat agrum: & pauco contentus cursu: nec alicuius alterius comitatus undis: satis tamen aquarum co piosus: haud longe a stabia tyrrhenum īgredit' mare: hic apud Sarnū oppidum: quod fontibus eius īminet ligneos fustes paleas frōdes: & quodcūq; in eum cadat lapideo paucis in diebus cortice tegit: & assi due agens materiam præbet incolis: ex qua domos conficiant. Ex hoc Neronis cæsaris iussu paulo altius a radice mōtis incohatus pilis for nicibusq; latere cocto factis superædificatus aquæ ductus ē: & ad mi senum usq; protractus est: habens (ut arbitror) xlv. mil. p. lōgitudinis Ibi uero eo quod baianus sinus ob sulphur potabilium aquarum pe- nuriam patiatur in piscinā uastissimæ magnitudinis fundebatur: & de- fectum totius oræ illius sua copia maximo incolarum commodo stau- rabat. hūc Sarnū aliq minus aduertētes arnū florētiæ fluuiū putauere
Sardabale Numidiæ fluuius est. & ultra coēm regiæ gētis mōumētū
Sars fluuius est: per agros fluens non lōge ab eius ortu & turē augusti

quam cognominant memorabilem pontum intrat.
Sarmonetus fluuius est ciliciæ: iuxta pidasum ciuitatem fluens.
Satur fluuius est Italiæ: quē penes. C. Meuius cōsul roman⁹ aricinos lauinos: ueliternos: & ancios uelscos acie fudit.
Saus: quem supra sabū dixim⁹: fluuius est pannoniæ: ī norico nascēs ex mōte alpione. Alii dicūt ex alpibus carmeis: In quibus forsan Alpion est p colapianos ac breucos cadēs: ī quo colaphis mergit̃ fluui⁹ iuxta oppidū sisciæ alueo gemino insulam faciens: quæ segestia appellat̃. Præterea & bacuncius descendit in saum apd oppidū sirmiū. Demum ipse saus apd taurinum miscetur Danubio. Alii dicūt ubi mirse uocat̃. Volunt quidā p hūc fluuium Iasonem a colchis remeantē argon traxisse nauem ī adriaticū transiturus.
Sauercunus fluuius ē hiberniæ: effluens p regionē corgagiā: blagmæ montis in radicibus natus.
Saunius fluuius est cantabroꝝ per auariginos & orgenemos fluens.
Sausus & hic cantabroꝝ est fluuius: sonoro cursu cadens a caria.
Saxū flumen ē mauritaniæ præter surrentinū ꝓmontoriū: ultra qđ æthyopes incolunt.
Scalde fluuius ē galliæ: apd belgas ī mosam fluens.
Scaldisi fluuius est ī armenia maiori: haud lōge ab athiso oppido.
Scirra fluuius est apud mauritaniam cæsariensem
Scophias fluuius ē minoris asiæ: bithyniam disterminans a galitia.
Scultenna fluuius est galliæ cisalpinæ seu æmiliæ: īter bononiam mutinamq; fluens tendit ī padum.
Scura etiam cisalpinæ galliæ fluuius est: æque in padum fluens.
Sebetus (ut quidam dicunt) cāpaniæ fluuius ē apd neapolim: quē ego uidisse nō memini: nisi is sit riuus potius: q e paludibus sub mōte ueseno inter radices eiusdem noīs atq; neapolim ī mar̃ effluit īnominat⁹ nec alterius nedū aquæ: sed nec uestigia usq; apparent.
Sebonitides fluuius est galliæ.
Sellin⁹ messaloꝝ ē fluuius: a quo selinis denominata ciuitas plurimo abūdat appio. Credo ubi messaloꝝ scripsi: dici uelit messanioꝝ: quom p quosdā claros uiros hūc esse fluuium manifestū sit.
Selliens fluuius est epyrrhi.
Sena fluuius ē in littore adriatico inter sapim & ausidū. Hūc ego arbitror apd senogalliam fluere: tamen nō assero.
Sequana fluuius est galliæ: a belgicis celtas separans: secatq; in partes parisium: & leuteciā perisseoꝝ insulam facit.
Seniris minoris asiæ fluuius est: īter bithyniam currens atq; galatiā.
Setheries fluuius est scythaꝝ: haud longe a ꝓmontorio crimora.
Sethis persaꝝ est fluuius: p carmanios fluens.

Panaro

Sena

Seurus in extremo uersus ciciliã brutiorum fluuius ẽ.
Sexus fluuius ẽ apđ menubam.
Sibor⁹ fluuius ẽ Italiæ: præstano sinui atq; oppido propinquus.
Siciliensis fluuius ẽ apđ sogomam.
Saisus fluui⁹ ẽ psaꝝ: arbitror ubi macedonũ port⁹ & Alexãdri aræ sũt
Sigania fluuius ẽ scythaꝝ apđ agniticam regionem.
Sicranas fluuius ẽ iudicio meo persaꝝ: quom ĩ promontorio quodam sit: ubi macedonũ portus & Alexandri aræ sunt.
Sidenus fluuius ẽ apđ sidonos: eoq; alluit oppidũ balemoniũ.
Sideus fluuius ẽ: mari hircano ꝓximus & maziti fluuio.
Sicoris fluuius hispaniæ ẽ: iuxta ilerdam inter surdonũ gẽtes effluens Ab hoc se denoĩatos aiunt sicani: quia inde siciliam seu ausoniã priores uenere sui.
Sigota seu sigoton fluui⁹ ẽ ĩdiæ: ex caucaso prorũpẽs: & ĩ gãgẽ fluẽs
Sigrada fluuius ẽ minoris asiæ: ex didymo fluens monte: & propinquus marso.
Silarus fluui⁹ lucaniæ: salerno ciuitati ꝓximus: quæ & ab eo creditur nũcupata.
Siler Venetoꝝ est fluuius: de montibus exiens taruisinis: & Taruisiũ ciuitatem alluit.
Silis fluuius ẽ prægrandis: adeo ut ab Alexandri macedonis exercitu creditus sit tanais. Hunc quom scythæ omnes silim uocent: bactriani soli laxatem nominant.
Silus persaꝝ fluuius est: ex susianis descendens montibus.
Simetos fluuius ẽ siciliæ: iuxta quem ex matris aluo Palisci Iouis filii excerpti sunt: & usq; ad tempus partus infossi: haud longe ab urbe catinensi in mare effluit.
Simiberus fluuius ẽ: p cataoniam cappadociamq; decurrens.
Sinope fluuius ẽ: symbero propinquus.
Simois fluuius ẽ: ex ida troiano defluens monte: sub ilione decurrens ꝓpe mare mixtus Xanto facta palude apđ sigeum ꝓmontorium ĩ mare cadit: nobilitatus quidẽ carmine poetaꝝ: & Aeneæ troiani natiuitate. Nã apđ eum aiunt illum Anchisi Venerẽ peperisse.
Singilis hispaniæ fluuius Astigitanam coloniam alluit: nauigabilis ab ea eo usq; quo beti miscet.
Sinneus fluui⁹ ẽ hiberniæ: ex lacu maximo Conantiam Momoniãq; regiones disterminante ꝓrumpens. Et quom inter cæteros insulæ obtineat principatũ: non uno contentus alueo in duas effunditur partes quarum una uersus austrum tendens chilesonensem alluit ciuitatem: & complectitur Limericum: distictisq; meatu duab⁹ momoniis Brẽdanicum ingreditur oceanum: reliqua uero in arctoum iter arripiens mœdiã & ulterioꝛs Vltoniæ ptes a Conãtia segregãs ĩ oceanũ D iiii

labitur boreum.
Sinnus syriæ fluuius ē: lyco flumini atq; oppido isso quod & Alexan-dria dicitur uicinus.
Sirapus lucaniæ fluuius ē.
Sirnus thraciæ fluuius ē: cadit in hebrum.
Siris fluuius est: faucibus bosphori propinquus.
Sirius fluuius ē minoris asiæ inter bithyniam & galaciã.
Sirus fluuius est Italiæ apd̄ brutios seu salentinos: in quo quicquid in ieceris cito saxeo uestit̄ cortice.
Sisius fluuius est germaniæ: in oceanum emergens.
Sitecus fluuius ē siciliæ: haud lõge a catina ciuitate.
Sitrogadus fluui⁹ in sinu persico: seu persis propinquus.
Siurus fluuius est hiberniæ: ex blagniæ mõtis radicib⁹ ꝓfluens: & p archiphiniã & tribraciã fundit̄: atq; apd̄ gãcefordiã a mari suscipit̄.
Slana & hic hiberniæ fluuius ex eodē mõte prorumpens: sʒ p guesse-fordiã cursum agens.
Slicheius & æque fluuius ē hiberniæ: per chenelcunilã exiēs regionē.
Soban fluuius est africæ: nili pars.
Sodinus fluuius apd̄ persas ē clarus.
Sorobin hispaniæ fluuius ē: in hebrum seu in supronem seu alteꝝ ex alueis eius mergit̄.
Spargetus græciæ fluuius: taumacis atq; ippate oppido ꝓpinquus.
Sperchius thessaliæ fluuius ē: cuius ĩ faucibus thermopilaꝝ angustiæ sunt. In pegasum exit sinũ: ex quo argonautæ colchidē petētes soluer̄ nauē: huic sperchio si rediisset: uouerat comas suas Achilles.
Spinon fluuius ē: haud longe a Roma.
Stenos fluuius ē thraciæ: cui maronia adiacet regio: & nemora zonæ quæ Orphei citharæ cantũ secuta sunt.
Straga persarum est fluui⁹: uehementia niuium adeo congelascens: ut m ore solidi saxi uiam præstet euntibus.
Straor fluuius ē: ex caucaso cadēs citra siderim fluuiũ ĩ hircanũ mar̄
Strimon thraciæ fluui⁹ ē: in hemo monte natus: macedoniã diuidens a thracia. Hic ĩ septem (ut aiunt) diffunditur lac⁹: atq; coarctat̄ ripis: uel cursũ dirigat. Cuius ĩ marginib⁹ dextro a latere thraces dēsaletæ & mœdilapdes habitãt: alueo aũt diggeres atq; bessi multo cogit̄ gelu
Subi fluui⁹ ē cessaconiæ regionis: ubi colonia theracon a scipionibus olim condita: ut a pœnis carthago.
Subulus fluuius ē occiduæ africæ: nauigabilis atq; egregius: defluens præter coloniã bonasam.
Suero fluui⁹ ē hispaniæ: ĩ eũ hiberi alue⁹: q supranēsis dicit̄: defluit.
Sura persaꝝ fluuius ē: cui ĩminet oppiduʒ susismenonis (ut aiunt) op⁹.

Suria fluuius persaꝝ est: & ab eo suria oppidū eidē iminens: ubi Phasi colchorum miscetur fluuio.
Surgis fluuius ē in neueis: cuius ī exitu oppidū ab eodē denominatū.
Suthul fluuius ē numidiæ: a meridie trahens originē.
t Absus seu tarsus fluuius ē epyrrhi īter apolloniā & dyrrachiū.
Tader fluuius ī tarraconēsi ꝓuincia carthaginensiū rigans agꝛꝝ.
Tagus hispaniæ fluuius ē: aureas (ut ferunt) habens harenas: & ob id insignis plurimū: quem a carthagine hispana: cui ꝓximus orit: denominatū quidam dicūt: qđ ego non credo. Huius ī marginibus segobricenses celtiberꝝ caput Capetani atq; toletani insident: nec a betula lōge fundit in oceanum prope Vlisippū mergit.
Taigeta secundū quosdam Laconiæ fluuius ē: in quo uetusto more lacones frigore aquæ filios durare consueuerant.
Talander seu talandrus fluuius ē Italiæ: inter heracleam & metapontum ciuitates brutioꝝ seu salentinorum.
Taliamentum fluuius ē Venetiarum: concordiæ coloniæ propinquus nec ab aquilegia longe distans.
Tamaris fluuius est scythaꝝ aqud arcos populos ponto uicin⁹: & (ut placet aliquibus) a tamiri scytharum denominatus.
Tamesis celeberrimus britannis est fluuius: ab intrinsecis insulæ ueniens: & ī oceanū cadens: nauigiis mediterraneis īcolis accomodus ē
Tamuda fluuius est mauritaniæ nauigabilis: cui & tamuda oppidum fuit supra impositum.
Tanager fluuius est lucaniæ.
Tanais borealis ē fluuius: īgenti cognitus fama. Nam quom a Tanao olim scythaꝝ rege denominatus sit: ex ripheis montibus sub arctoo ꝓrumpens præcipiti cursu tendit ī orientem: & postq̄ diu oberrauit: uelocitate sua pugnans ne frigoribus cogat in glaciem: in occiduum uertitur: multas sarmatum atq; scytharum irrigans nationes: nec diu ante in meridiem mergit: q̄ a palude suscipiat meotide: quam adeo late longeq; ampliat: ut prægrandis ab ignaris mons arbitret sinus: quā meotici aliserni: serei: citigni: psidiani: aliiq; incolunt populi. Inde tñ cursu suo europa ab asia separata in pontum Euxinum iuxta theodosiam urbem ingredit. Huius in ripis apđ robostoros terminū aiunt itineris Alexandri macedonis aris ab eodē īpositus fuisse signatū.
Tanā fluuius est africæ.
Tanarus fluuius est galliæ cisalpinæ: in padum tendens.
Tanatis fluuius est messiæ oppido pitanæ propinquus.
Tapsus fluuius est africæ iuxta rusicadem.
Taras fluuius est adriæ.
Tarus fluuius est galliæ cisalpinæ: ex apænino in paduꝫ fluens.

Tarbelicus fluuius (ut nõnulli dicunt) sanctonensium: ego autem cre/
do ꝙ asiæ minoris: haud lõge a marsia fluuio.
Taurominius fluuius est siciliæ inter syracusas & messanam: a quo op
pidũ tauromeniũ dictũ: quom aliter eusebonco ra appellet.
Taurus fluuius est minoris asiæ: ꝓpinquus pamphyliæ.
Telaulus fluuius est liburnoꝶ.
Telis fluuius est sordonum.
Tembrogius fluuius ẽ phrygiæ seu misiæ: ĩ sangaꝶ fluuiũ decidens.
Temedius fluuius ẽ Ioniæ: q a glauco suscipit̃ fluuio.
Teodorus fluuius ẽ hyberiæ: auri secũ plurimũ ferens.
Terbis fluuius ẽ arabiæ: p gurdiacos & alanos fluens cadit ĩ tygrim.
Tespontia fluuius butroto oppido ꝓpinquus ĩ ambrachio sinu.
Teresas fluuius siciliæ ẽ: nõ longe a biterme colonia.
Terias siciliæ fluuius: catinæ ꝓximus ciuitati.
Teriodes fluuius ẽ: nascens ĩ cãpis scythicis: & ĩ caspiũ cadẽs mare.
Term⁹ fluui⁹ ẽ umbriæ: alii dicũt ꝙ ꝺ mõte tauro nascit̃: forsã ali⁹ ẽ
Termodon fluuius ẽ apd calibes paphlagonib⁹ proxim⁹ haud lõge a
themiscuro oppido. Hui⁹ quidẽ ripæ ab amazonib⁹ diu habitatæ fue
re: & ideo mazonius ab aliquib⁹ uocatus ẽ. Nam & labit̃ præter radi/
ces amazonii montis. Alii dicũt thraciæ fluuium fuisse. Quidam in si/
nu smirneo: miror: Forsan alii sunt eodem noĩe nũcupati. Is quidem a
colchis diuidit amazonas.
Tersos fluuius ẽ colchoꝶ agniticæ regionis.
Tybris fluuius est Italiæ: cui perituraꝶ reꝶ sub Romanis ducib⁹ ul/
disse gloriam cõcessum est. Hic in apænino nascit̃ paulo altius ꝗ no/
ster Arnus: & descendens primo tusciam ab umbris disterminat. Hic
perusio inde assisio postergatis: etiam plurib⁹ auct⁹ fluminibus: Veio
iam õmisso Romam rerum dominam in partes diuidit duas: & apud
hostiam separatis hetruscis a ueteribus latinis tyrrheno miscet̃ mari
titulorum multitudine insignitus. Huius autem nominis: quom antea
uetustissimo uocabulo albula diceret̃: multiplices prisci reddidere cau
sas: quas eo ꝙ solus habuerit imperiũ: & pſæpe pretioso martyrum
sanguine coloratus sit: dixisse non pigebit: & quæ præter hoc habue/
rit noĩa superaddã. Opinio igit̃ uulgatior ẽ: hũc a tyberino rege alba
noꝶ casu in eodẽ sumerso ex albula tyberim nominatũ: eumqꝫ eius di
xere esse sepulchrum. Sunt qui dicant longe ante hoc illi nomen impo
situm: asserentes regem quendam fuisse tuscorum: cui tyberis nomen
erat: q quom pyratica infestaret mare: seu ui: seu aliter nõ dicũt. Hũc
aiunt eum in fluuium fuisse demersum: ex quo illi tybris nomẽ apposi
tum. Alii uolunt a tebri quodam uicino ueientũ regulo tebrim fluuiũ
primo appellatum. Nonnullis placet eum dictum a Tybri rege ab

originũ iuxta eum dimicando interempto. Qui forsan is fuit: quẽ alii aiunt a glauco seu a taditico minoris regis filio ibidem occiso. Quidã uero q̃ a cædibus regũ lõge aliam rationem conantur ostendere: cur tybris ex albula uocitatus sit: dicentes uetustissimis temporibus athenienses a syracusanis siculis superatos: ex quibus quom ingens multitudo captiua esset: omnis a syracusanis ad effodiendos montes & munimenta addere ciuitati exposita est: ac inde coacta ad fossam intrinsecus peragendam: quæ admisso flumine repleta munitiorẽ reddidit ciuitatem q̃ fossam: eo q̄ pæna & iniuria hostium superatorũ facta sit: ybrim uocauere diu. Demum quom ad Italiam transfretasset: & eam partem ubi postea Roma condita est: tenuisset: & usq̃ rutulos & Ardeam quare a poeta dictum ẽ fines usq̃ sicanos. Albulam fluuium ex parte una loco munimẽti habẽtes: ut fossam apd syracusas habuerãt fluuio nomẽ imposuerũt: qd ante syracusanæ fossæ dederãt: & eum addita ĩ principio. T. uocauere tybrim. Varie quidem: sed impossibil' nulla. Quæ potior lectori uidebit': illam probet. Fuerũt præterea etiã post cõditam Romã & alia quædam fluuio noĩa. Nam & ab aliquib' Rumon appellatus ẽ: quasi ripas ruminans & extendẽs: & ĩ sacris sorianus a põtificibus dicebat': & nõnulli in parte urbis illum uocauere Tarentum: ad quem Valesius rusticus a familiaribus pro salute filiorũ obtinenda missus ẽ: & ara ditis patris atq̃ Proserpinæ comperta obtinuit qd petebat. Sic aũt uocatus ẽ: eo q̄ ripas terat. Est præterea altiquandiu nauigabilis: & potui accomodat' tot': & d eo ista sufficiant.

Ticin' fluuius ẽ galliæ cisalpinæ: ex urbano lacu ꝓcedens: adeo limpidis effluit ũdis: ut etiam minimi calculi intuenti profundũ aluei non abscondãt'. Alluit etiam ticiniũ: quæ & papia olim nobilissima ciuitas & longobardorũ regũ regia. Trahit præterea (ut fert') aureas harenas: & pisces optimos nutrit: & potissime timolos. Pado postremo miscet' insignis clade Cn. Scipionis & Hannibalis pœni prima post superatas alpes uictoria.

Ticis fluuius ẽ ex pyrrheneo monte ad clodianum rhodam hispanorum oppidũ.

Ticius fluuius ẽ apd arsias liburnorũ gẽtes: nõ lõge ab aquilegia.

Ticius fluui' ẽ fusus a mõte prandaso: & pergamum clarissimum asiæ oppidũ præterfluit.

Ticra fluui' ẽ hispaniæ: ꝓpinquus emporiis ab hispanis græcis atq̃ romanis mixtim habitatis.

Tiphern' fluui' ẽ Italiæ: larino & ditorinæ oppidis ꝓpinquus: nec a gargano mõte remotus.

Tygris armeniæ maioris fluuius toto orbe cognitus. Nam a nostris unus ex quattuorũ paradisi delitiarum exeuntibus affirmat'. Is tamen

secundum alios ex pancoatra monte e fonte conspicuo hispaniæ loco qui deges appellat͂ primo terris euomit͂ : nec quidem totus aut uelox : quiimmo tarde effluens diligiro appellat͂. At quom mœdorum fines attigit repentinus factus : tygris nomen assumpsit : sic enim sagittã uo lucrem mœdi uocant : nec diu & cõperto aritissa lacu cursuq; seruato uiolentus & integer atq; discolor per illum effert͂ adeo inamicabilis la/ cui : ut ex eis quos gignit piscibus nullu; suscipiat : nec ex his quos ip/ se fert aliquem lacum intrare premittit : quẽ postq; perteriit facto tau ro monte obuio antro montis immergit͂ : & per latebras mersum ĩ ad uersam partem uluas & purgamenta plurima secũ trahens effunditur apud lacum : qui Zoranda seu zomada appellatur omnia demersa fe/ rens : factusq; iteꝝ fluuius lacum cui tepidis nomen ẽ : trãsiẽs ĩ cunicu los mergit͂ iterato : & postq;.xxv.mil.pa.occultus excurrit : tertio red ditur terris in regione sophen circa nympheũ : adeo propinquus arsa/ niæ fluuio ĩ regione arthenii : ut quom quacũq; ex causa ĩtumuerit ser/ uatis sibi quisq; undis suis cõfluant una : cuius rei testimonium lenior Arsaniæ cursus est : qui mox diuisus ĩ Euphratem iter dirigit relicto tygri Qui susceptis ex armenia claris fluminib⁹ : parthenios : agnices phoriones : arabas oreos : adiabenesq; disiungit : & (ut asserunt aliqui) Niniuem in partes diuidit : & Mesopothamiã faciens lustratis radici/ bus montium Coridriorum circa Apamiam : Seleuciam : atq; babylo/ niam.xxv.mil.pa.in alueos diuisus duos funditur : quoꝝ unus quẽ me/ ridiensem uocant Seleuciã atq; messenem alluit. Alter autẽ in septen/ trionẽ uersus cãpos caucasi irrigat : & ubi ĩ unũ rediere alueũ tygris di ctus est. Idaspem nobilissimum flumen recipit : atq; coaspẽ ex mœdia Inde inter seleuciã & caldiacos lacus descendit : quos una secum auget Euleus fluuius : eosq; dicunt aliqui Euphratis hostia. Verũ quom hos lx.mil passibus ampliauit : uasto effusus alueo dextra Carnicis oppidi persicum ĩ mare defert͂ : nec uno tamẽ hostio sed pluribus miscetur ei dem. Nam uni dicitur artoch : alteri fussiane : tertio septentrionali bar betasse insidet oppidũ. Alii uero dicunt hunc Rubro infundi mari.

Timatus fluuius est Mesiæ : ĩ quem solum aiunt lapidem quẽ toticulũ appellant reperiri.

Timauus Venetoꝝ fluuius ẽ : Cõcordiæ atq; Tergestæ oppidis pro ximus. Ex mõte quidẽ grandi per nouem ora effusus amplissimũ ante alia fontẽ facit : ex quo uno tandẽ exiens alueo ĩ adriaticũ fundit͂ mare in sinu Tergestino. Fuere tamẽ qui putauere hunc fluuium apud ante noridas esse : & ex Euganeo monte fundi : quod falsum est.

Timbra fluuius ẽ troianus in Sangariũ flumẽ exiẽs : penes quẽ tẽplũ erat Apollinis : qui & Timbreus a flumine denominatus est Verum alibi dicitur a tymbra herba : qua locus abundans est ĩ hoc templo ꝓ

insidias a paride achilles occisus est.
Tipnis fluui⁹ ē occensi ciuitati propinquus.
Tira fluuius ē macrocenis montibus propinquus: oppidū eiusdem nominis in ripis habens: non amplius longe a seudo scomo histri hostio c xxx. mil. pass.
Tyrus fluuius lyburnorom est: Iadræ coloniæ propinquus.
Tirus fluuius ē armeniæ. Ego puto quē supra cyꝝ diximus: eo ꝙ proximū Cambisi dicant esse. Sed ī hircania & scythia illi sunt.
Titanus fluuius ē messiæ: a quo & ciuitas denominata est.
Titaresus fluuius est in peneū fluuiū effluens: nec recipit̃ tamē. Hūc supra Orcon uocauimus: & quia ibidē de eo & post hæc ubi de peneo dictum est: sufficit.
Togisonus fluuius ē uenetoꝝ: ex agris patauoꝝ in paludes quas pad⁹ & athesis fecere effluens: apd̄ brundulū ī adriaticū mixtus cadit.
Tobus fluuius e caucaso monte ruit: & per suauos defluit.
Tonat sabeoꝝ est fluuius.
Tori⁹ alias torin fluui⁹ ē: hispaniæ ualentiæ saguntoq; ꝓpinquus.
Tormaidon siciliæ fluuius ē.
Tormeniū fluuius ē nauigabilis: circa quē pariræ & iothiphagi deinde sunt haud longe ab Alexandria: quam Alexandri macedonis iussu constituit leōnatus.
Tragodites fluuius ē ægypti: Arsicen ciuitatem præterfluit: quē Ptolemæus philadelphus a se ptolemæum appellari iussit.
Tarsimenus lydiæ fluui⁹ ē.
Trebia alias treuia fluuius est galliæ cisalpinæ: haud longe a placentia ciuitate ex apænino ī padum fluens: nobilitatus secunda uictoria Hānibalis pœni & clade. l. sempronii consulis.
Triopolo qui & assolus fluuius ē iuxta albomagarensium.
Tripolis fluuius: cui focitaea oppidū proximum: & tripolis supermінet castellum.
Trisorcas fluui⁹ ē colchoꝝ apd̄ basiles: & senastopoli castello ꝓpīqu⁹
Tritinobelunte fluuius est cantabroꝝ: deuales cingens & deciū.
Triton fluui⁹ ē africæ ad philenoꝝ aras ex palude uasta: cui & triton nomē ē: memorabilis aduentu primo ī terras Mineruæ: ut incolæ ueteres credere.
Triton fluuius est alter a superiori: secundū quosdam in campis nascitur dardaniis: & in ægeum effluit mare.
Truentus fluuius ē in adriatico littore hodie picenos separās ab aprutinis: cui esculum oppidū supereminet: & firmū picenū ꝓpinquus ē.
Tubero fluuius ē: per deserta æthyopiæ inter cineres puluere sq; potius ꝙ ripas solidas in rubrum effunditur mare

Tucia fluuius ē non amplius.vi.mil.passⁱ.ab urbe distans.
Turbidus ægypti fluuius est:ab ægyptiis segregans philistinos.
Turia fluuius ē hispaniæ:Valentiam paruo interuallo prætefluens & in supronensem hiberi sinum decidit.
Tusca fluuius ē numidiæ:haud lōge ab hippone regione.

u Ada fluuius ē mauritaniæ citra mōtes:quibus septē fratres nomen est:cui Rusigada & Siga paruæ urbes ꝓpinquæ:& port⁹ cui ab amplitudine magnus cognomē est.
Valdasus fluuius ē pannoniæ nō ignobilis:in danubium fluens.
Vallus phrygiæ fluuius ē.
Vandalicus fluui⁹ est ab extremis erumpens galliæ:a quo denominati sunt uandali populi ī ripis habitantes eiusdem.
Varianus uenetoꝝ ē fluui⁹:& labit̃ apđ Anaxum.
Varraga fluuius:cuius babylonii margines incolūt:cadēs ī uarrogā.
Varroga & hic babylonioꝝ fluui⁹.
Varus fluuius ē grandis:ex alpibus fluens ultra niceam:galliā transalpinā a cisalpina separans uetustissimus Italiæ terminus.
Vaterus fluuius ē apđ cappadocas:clariciæ oppido propinquus.
Varisius fluuius ē apud foroiulienses.
Santerno Vaternus fluuius ex agro fori corneliensis ī padū defluens:quē hodie arbitror santernū uulgo uocēt.
Vduba fluuius est hispaniæ ī regione lergaonum:propinquus saguntooppido:fide integra in Romanos socios clarissimo.
Vebar fluuius est apđ extremas indoꝝ siluas:quē penes nascūtur elephantes plurimi.
Velo fluuius ē celticus cognominatus apđ celtas:& promontorio celtico propinquus.
Vestigia fluuius est:in extremis Italiæ uersus siciliā:haud lōge ab eo loco:ubi iamdudū caulon oppido fuit.
Vfens fluuius est galliæ cisalpinæ:inter quē & athesim fluuium hisenones habitauere:q Romanos apđ alliam expugnauere:q ex alpibus cadens fluit ī padū.
Vfens alter a superiori, fluuius est uolscoꝝ:haud longe a terracina in tyrrhenū defluens.
Virdus fluuius circa Augustam fluens.
Virdis fluuius a picenatibus diuidēs aprutinos:& in truentū cadens:memorabilis eo ꝙ eius ī ripā quæ ad picenates uersa ē iussu Clemētis pontificis summi:ossa olim Mãfredi regis siciliæ:q̃ secus Calorē beneuenti fluuium sepulta erat:absq̧ ullo funebri officio deiecta fuerūt a Cōsentino cōsule:eo ꝙ fideliū cōmunionē priuatus occubuerit.
Virbi⁹ fluui⁹ ē laconū:apđ quē sut q dicāt hyppolitū eqs tractū arte

Aesculapii medici ĩ uitã reuocatũ: & ob id postmodum uirbiũ a flumi ne nominatum.
Visera fluuius est germaniæ.
Viscilia seu uinculus uel uistilia fluuius est germaniæ: & Dacis propin quus tendit ĩ oceanũ.
Vlulens dyrrhachii fluuius ẽ: ex quo dyrrhachio ministrãt aquæ.
Vmber fluuius est grandis albani a loegria diuidens: sic nomĩatus ab umbero quodam in eum locrini iussu deiecto.
Vmbro fluuiꝰ ẽ tusciæ nauigabilis inter uadas uoliternas & populo/ niã hetruscoꝝ uetustissimã ciuitatẽ in tyrrhenum effluens.
Vogesus fluuius est Lingonensium ripas corrodens.
Vonianus fluuius est Italiæ: adriæ coloniæ Aputinæ propinquus.
Vrbanꝰ fluuiꝰ ẽ pannoniæ nõ ignobil' in danubiũ fluẽs haud lõge a taurino.
Vrgis fluuius ẽ germaniæ clarus: & in oceanũ fluens.
Vsariensis fluuius ẽ: haud longe ab ansaga atq; nabale.
Vuulturnꝰ fluuius ẽ in samio oriens: & rapidissimo cursu uoluẽs saxa p campaniã labit: Capuamq; olim potentissimam ciuitatẽ alluit: & in tyrrhenũ haud lõge a cunis mergit.

X Antꝰ quẽ scribũt xãthꝰ auctores fluuiꝰ ẽ ex ida mõte secꝰ iliõnẽ dfluens: lõge maior fama q̃ ũdis. Hũc ĩcolæ uocauer camãdꝝ: q Symeõti iũctus facta palude quã palescamãdꝝ dicũt ĩ ꝓpõtidẽ fũdit Xanthꝰ alter a supiori fluuius ẽ p lyciã fluẽs: a quo & ciuitas noĩata.

Z Arotis fluuius ẽ psaꝝ: cui propinq sunt disimontani populi bi tumẽ arte pficientes: ĩ psicũ aũt sinũ exit hostio ĩpitis difficili.
Zelia fluuius ẽ propinquus lampsaco oppido: qđ ante pituissa dictũ est: insigne incola priapo.
Zitas fluuius ẽ thraciæ Dyonysiopolim crimos ante dictam alluens.
Zobetis fluuius ẽ hircaniæ: ĩ qua nemus ẽ umbrosũ altissimis arbori bus: & ĩ eois orit suis ũdis pinguefaciens solũ. Qui post q̃ aliquãdiu iter fecit: interueniente saxo ĩ ptes diuidit duas æque dispensatis aqs: & præceps inter saxa cautesq; ualliũ discurrens terrã subit: &. ccc. ita diis occultus elabit: & quasi ex fonte nouo ꝓrumpens iteꝝ exit in ter ras: nec diu & ĩ Ridagiũ fluuiũ cadit: & ꝙ idẽ eẽt q & superior. Ale xander macedo expientia patefecit. Nã quom iussisset ĩ superiorem ca uernã duoꝝ cadauera proiici: ab his quos p̃miserat: ad exitũ emissa fuisse compertum est.
Zonus septentrionalis est fluuius: cui attiaci & amarbi & Isani populi propinqui sunt.

